

**Koninklijke Bibliotheek. Ms 11616**

Papier; 255 feuillets; 0,329 x 0,22m; XVIIe siècle. En tête, gravure de la *Cartusia Bruxellensis*, par LUCAS VORSTERMANS. Reliure parchemin.

→ f° 253v

Historia Monasterij Nostræ Dominæ de Gratia, Ordinis  
Cartusienſis, olim extra et dein intra muros Urbis  
Bruxellensis.

---

Manuscriptum autographum est R.A. Domini Joannis  
Baptista De Vaddere  
Canonici Capituli Anderlacensis, A° 1691 ê vivis erepti.  
Numquam tijpis editum.

## Præfatio

Actor Cap. 17

Produnt monumenta Gallorum Carnuti, Gallice Chartres, in eo tractu, ubi quondam Drujdes Juridicendo suum habuere tribunal et altercantium diribuere dissidia, aram sumptuosam erectam in honorem Virginis, quæ intenerata prolem debebat eniti, illiusque fastigio inscriptum titulum : VIRGINI PARITVRÆ. Quod de alia nulla, quam Dei Genetrice intelligendum. Quamquam enim antiqua gentilitas, veræ fidei lumine destituta, mundi servatorem, è Virginis gremio, mirante natura, velut è nitidissimo thalamo ignoraverit processurum : Ex oraculis tamen Sijbillinus, imo Sacræ Paginæ vaticinijs, seu aliunde, sanctissimi mijsterij obscuram aliquam, velut in ænigmate, assequi potuit cognitionem. Ut olim Athenienses, ex iminista peste, idolis omnibus invocatus, non sublata : de Ignoto, id est vero deo, fecere conjecturam. Pagani igitur Galli existimantes, veneratione dignam præ cæteris matribus eam, quæ integra fætum ederet : nescientes divinam futuram sobolem, fæcundæ dumtaxat Virginitatis rationem habentes : altare illi, quamvis ignotæ condiderunt. Nos Christiani utrumque pergendimus, et Matrem Virginem, et Dei genetricem. Unde non unâ tantummodo arâ : sed innumeris per totum orbem ædificatis, quo postumus, non quo sufficimus honore prosequimur. Est insignis una in Bruxellensi suburbio, ad quam, summa solemnitate Brabantini recolunt diem, quo ei annunciatum est, quod illibat virginitatis flore, PARITVRA esset verbum incarnatum. Ad hanc, inquam, VIRGINI PARITVRÆ, id est ANNVNCIATÆ, vota sua nuncupant, ut pro se filium quem peperit, interpellet. Præclara sunt, quæ à duabus annorum centurijs et amplius præstitit clientibus beneficia, huc usque paucis cognita. Cuncta, quæ ad nos transmissa (plura enim oblivionis nube involuta) hoc voluminè patefaciam. Multa et varia præsentè aptavi materiæ, et concinnatæ ab initio rerum historiæ, quæ de essentia thematis nullatenus censenda, inservi datâ, operâ : post singula capita, annotationibus, in ore non multum usitato, adjectis ;

Ut videlicet similibus curiosi, à piorum opusculorum lectiones abhorrentes, quique vix leviter in ea conijcere dignantur oculos : dum sacro commentario, suis grata palatis immisceri cognoscent : Illud sibi comparare non detrectent, ac obtentum evoluerent : et quærendo quæ placent, incidant in loca, ubi de Virginis Æncomio, virtutibus atque prærogativis aliquid commemoratur : eaque ratione ad piam lectionem alliciantur, et interius fomilem concipiant devotionis. Languenti nauseantique stomacho insipidi sunt simpliciores et sine arte parati cibi : eos fastidit, respuit : Condituris et embammatibus, ut sapiant, efficit gnarus coquus : quæque nulla adjuncto, nullum videbantur habere saporem : diversi saporis additis ingredientibus, cupediæ, lantitiæque dulces et exquisitissimæ fiunt. Certe haud dubitandum vanarum prophanarumque rerum lectioni deditos, pias relationes velut crudum nimis et amariusculum suscipere cibum. Adjunxi igitur nonnulla, quæ non tam animis, quam auribus scripta videri possunt, velut condimenta : ut sacra ijs commixta, gratiora fiant palato legentium.

Seneca  
Epist. 101.

Cuiusmodi fortè videbitur indecens atque incongrua sacrorum huiusmodi prophanorumque mixtura. Illius minimè pertimescenda censura est. Præivere Sancti Patres Hieronimus, Augustinus, S. Cyrillus Lib. 3. contra Julianum apostatam et alibi, S. Joannes Chrysostomus, qui integrum ferè dialogum Luciani homiliæ in evangelium S. Joannis inseruit. Sedulius qui Eliam prophetam Phaëtoni ingeniosè comparavit, eo quod vocabulo græco ΗΑιδός, sol significatur. Et ipse S. Paulus Apostolus in Actis Apostolorum, ut confundat Athenienses idololatrias, et ad veri dei cultum invitet, verba poetæ Arati ——— allegat. Si Japonum atque

Actor Cap. 7.

Chinensium pannus ; si Turcarum peristromata impiorum sexta manibus, nostra adornent altaria si nequissimorum operâ effossium aurum, et improborum labore purgatum, tabernacula in quibus Augustissimum reconditur sacramentum, illustret ; minutue decens erit, versiculis, sententijs, paræmijs atque periodis eorum, qui ab Ecclesiæ gremio alieni sunt et veritati evangelicæ adversantur, spiritualem exornare discursum ac profano sacris misære si utilitatis inde aliquid sperare liceat ? Quæ Ægijptijs sustulerunt Israelitæ, partim proprijs impensa necessitatibus, partim in divinos usus conversa sunt.

Sic ubbo Emmins  
in hist. Trisica.  
Pont. Heuter. in  
Burgund. fecerunt

Primarum apud Belgas familiarum, ex quibus fautores sacre Eremi, Virginitate prodire inclijti famuli, in historia recensiti, schemata quædam contexui ; Non tam ad rerum dilucidationem, et in lectoris commodum, cujus non parum sublevatur memoria, dum personarum ab eodem stipite descendentium nomina, juxta ætatis gradus, in exiguo spatio, ordine digesta intuetur : atque ut superstites majorum suamque cognoscant progeniem : quam ut anito exemplo, digna genere suo pietate Virginem colere, et Christianam, honori ejus propagando, munificentiam exercere discant. Patiantur, quæso, non inviti genealogijs suis, hac opus augeri et exornari : ut quidam sacra vasa et prætiosa ornamenta, altari à se donata, suis gentilitijs tesseris aut nominibus insigniri, vel ædificijs ea insculpi, vel fenestris ære suo extractis appingi, à vani nominis ambitu alieni ; desiderant : ut spectantes, ad piam liberalitatem similiter excitentur. Aliorum quoque generationis libros (incertus an de Nostra Domina in vita benè fuerint meriti) quorum vel res gestæ hic erant describendæ, vel mentio, facienda, composui. Confido non infructuosè ; quamvis enim in illis pia non proponentur exempla imitanda :

saltem ijs progeniti in patrum suorum ~~progenies introire~~ et anorum stemmata respicere cupientes, ad piarum rerum perscrutationem, eodem volumine contentarum, fortè digredientur, ac sese ad piam contemplationem transferri sinent. Hinc suspicor studium istoc, ex tali susceptum causa, ac moderatum, sugillatum iri à nemine, nec ab Apostolo reprehendi in epistola ad Timoth : Prima : Sicut rogavi te ut remaneres Ephesi cum irem in Macedoniam, ut denunciare quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis et genealogijs interminatis quæ quæstiones præstant magis quam ædificationem Dei, quæ est in fide. Et rursus ad Titum : Stillas autem quæstiones et genealogias et contentiones et pugnas legis devita, sunt, enim inutiles et vanæ ; Alioquum et omnes Pentatheuco compræhensæ, et quæ in Paralipomenorum libris ac Evangelica utraque ab eodem taxari viderentur. Vanam tantum quorundam damnat occupationem, qui vanis et interminatis genealogijs erigendis mentem involvunt, et ætatem totam ijs texendis consumunt : tam insolenti præconio genus suum jactantes ut delirare videantur ~~patentur~~ : Quique pro avorum famæ incumbentes, nomen familiæ, quod illustre majorum suorum virtute factum, quia sua vident degeneratione obscurari, indesinenter, quasi illo solo nobilitas queat conservari prætendunt. Quam vanitatem in Appio pulchrè ris et Cicero, his verbis : Illud idem Pantania dicebat te dixisse. Quid Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obniam, genere ignobilis Cicero Appio noluit? Quæso, etiamne tu has ineptias, homo, meâ sententiâ, summâ prudentiâ, multâ etiam doctrinâ, plurimo rerum usu, addo urbanitatem, quæ est Virtus, ut Stoici rectissimè putant, ullam Appictatem aut Lentulitatem, valere apud me plusquam ornamenta virtutis existimas ? Cum ea consecutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima : tamen ista vestra nomina numquam sum admiratus : viros eos, qui vobis ea reliquissent magnos arbitrabar.

Cap. 1

Cap. 3

Epist. 7 Lib. 3  
ad Appium Pul-  
chrum

difficultates circa Ecclesiasticas ceremonias et cultum imaginibus exhiberi à Christianis solitum, suis Locis discutio. forsàn fusius, quam historici munus postulat. Fateor Lubens, Liberior me expaliari : ~~ut patè qui historici nomen mihi non vindicem.~~ Ago ~~tantum~~ enim præconem Laudum Virginis Matris, et stjlo nitor ejus celebrare æucomia, et quomodolibet ad illius obsequium et amorem, ~~quomodolibet~~ lectorem perducere : arbitratus ~~lectoris~~ me commoditati ejus consulturum : si ubi religionis Christianæ reperiet dogmata, illis tuendis, ibidem arma suppeditem.

Denum alijs quibusdam immoror diutius, quod sciam vel à ~~?????~~ paucis proponi, vel à nonnullis à ~~questudo~~ animosius, oppugnari et revocari in dubium : Ut Anastasi doctoris Parisiensis quæ semper sine scrupulo vera causa secessus Sancti Brunonis credita est : jam à quibusdam velut commentitia rejicitur : veram esse apodictice ostendam.

Epitaphia illustrium Partheniæ domus benefactorum, maximè Austriaræ et Burgundiæ familiarum Principum, quorum potissimum exemplo promotæ devotio, et liberalibus donis ædes dotata et consummata, à Swertio sepulchralium inscriptionum collectore non edita, repræsentò. Legentur in ijs velut in periochis ~~epitomis~~ uniuscujusque facinora et elogia : quæ dum cippis et mausoleis tantum incisa, tantum spectantium patent oculis; Volatica prælum faciet : Longe Lateque per orbem diffundi merentur, uniuscujusque famæ incrementum et accessionem haud exiguum allatura.

f° 4

#### ECU AVEC ARMOIRIES

(Lion avec langue et ongles rouges ; avec pendantif en étoile à huit pointes avec au milieu un rond divisé en 4 partie ; dans chaque partie un lion : lion dessus gauche= noir, lion dessus droite= rouge, lion dessous= couleurs inversées)

L'écu est surmonté d'une couronne à perles et est entourré d'une chaîne formée par dix lions (5 de chaque côté, alternativement noir/rouge) à laquelle est attaché le pendantif.

## Ex Archivis castri Montium Hannoniæ

Guilielmus de Ostrevant A° 1338 ad jugem connubij sui cum Joanna Brabantina memoriam, novo equestri conventui initium dedit : cui adscripti, proceres fæderis ~~et~~ ~~propinquitatis~~ nuncupabantur, vulgo CHEVALIERS DE L'ALLIANCE. Torquem gestabant nigris minijsque contextum leonibus, altero eandam alterius prehensam tenente. Subtus binæ jungebantur dextræ, sijmbolicè fidei significandæ : Ex ijsque pendulis catellis aureum numisma appensum, cui scutaria Hannoniæ icon insculpta, cijclico coloris coccinei margine circumscripta, accedentibus octo radijs acuminatis in stellæ formam digestis ac encausto depictis : unionibus singulorum cuspides fastigiantibus : inter quos micantes flammulæ erumpebant. ad irnum lamellæ hac epigraphe inscriptâ : TOVSJOVR LOYAL. quod, semper fidum, sonat. ~~In~~ primis verò comitijs, quæ numquam postmodum repetita, sequentes in ordinem adoptati fuerunt. D. De Bliqui, D. Baudrij toparcha de Roisin, Guilielmus de Chasseler, Ægidius toparcha de Ittre, D. de Ligne, D. de Montignij, in Ostrovandia, Joannes Comes de Monfort, Baro de Bousies, D. de Barbançon, Comes de Ravensberghe, et D. de Bossu

hæc mihi videntur suspecta.



## Discursus præliminaris.

Discursus  
præliminarisAptè Deiparam floribus æquiparari,  
ac Sanctos Patres comparatione istiusmodi usos.existimantes  
Terent. in  
Eunucho Act.  
2. Scen. 3

Quæcumque excellentioris naturæ, optima atque pulcherrima reputantur, seu præstantiori quadam qualitate, cætera sui generis supereminent, Floris nomine insigniri consuevimus. Quas in militia copias strenuitate præstantes commilitonibus : quos in litterarum Palestris vel Senatu doctrinâ, prudentiâ seu longo rerum usu alios antecellere : Quosque eleganti formâ præditos, gratiâ et corporis venustate reliquos anteire videmus, florem militiæ, Senatus, Academiæ et iuventutis vocamus ; æolo eo vocabulo eminentiores in illis qualitates, abundè satis exprimi, ??? ad eoque impensè, nec infra meritum laudari existi????

~~Hinc Parviono apud Comicum, ut Pamphila peregrinæ formæ virgini, ejus perfectissimum corporis habitum et oris delineamenta audiverat à Cherea deprecari, eximias à natura dotes collatas confirmet, flori eam similem facit. Ambos audite colloquentes :~~

~~CH haud similis Virgo est virginum nostrarum : quas matres student. Demissis humeris esse, vincto pectore, ut graciles sient, si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt : deducunt cibum T ? ? ? ? si bono est natura, reddunt curaturâ juveas,~~

~~Itaque ergo avocantur PA. Quid sua istæ ? ? ? ? ? figura oris PA~~

~~CH color? ? ? ? ? ? ? ? ? succiperum? PA sedecim PA. FLOS IPSE~~

Succincta laudatio ; cuncta quæ ad venustatis commendationem erant adducta, complectens. Si longè formosioris Virginis, cuius numquam efflorescet decor, cuiusque ad perfectionem desideratum nihil, hic enarrem cælitus largita dona, nunquid de illa rectius pronuntiabitur : est FLOS IPSE ? Sic eam appellare non dubitavit Salomon, Et post ipsum universa Ecclesia Catholica.

Floribus nihil rarius, aut formosius coloris et odoris suavitate vel ipsius etiam figuræ concinnitate occurrit. Adeo horum in artificio ad stuporem natura lusit. Hic purpura aut murice, alter argento aut auro fulget cælesti, alius serenitate, aut flammæ lumine radiat, alius omnis coloris aspergine variat. Hic simplici amictu velatur ; Ille denticulis et crenis artificiosi marginis laciniâ incidit. Sed et multis etiam medicinalis quædam indita vis. Hinc res alias in quibus elegantia rarior aut dotium naturæ singularium congeries reperitur, illicò cum flore conferimus. MARIE quam sub FLORIS titulo invocamus, à GRATIA et Natura excellentissima dona impertita, fide tenendum. Itaque quia terreni nos divina cælestiaque nequimus adequata mentis operatione concipere ut saltem perfectiori qua possumus, comprehendamus ??? ???? ad illa sublunarium et visui nostro expositorem comparatione utimur. Ideò Dei matrem, cujus dignitatem et pulchritudinem terrena involuti caligine, non satis mente percipimus : similitudine floris quæ perfectiora orbis exprimimus, hujus excellentiam, ?????, conamur magis conceptibilem facere. Quid enim est in floribus singulare, quid gratiosi à natura tributum, quod à GRATIA MARIE superabundantius non est elargitum ? Sua violentiam in Rosa et carijophillo quis non admiratur ? magis obstupescendum

Virginitatis in Virgine et matre fragrantissimus odor, toto cælo et orbe diffusus. Colorum varietatem contemplaris? Virginis innumeras virtutes considera: spiritali diversorum colorum ves? amictam exclamabis. Vim fructus producendi illis innatam prædicas? Aliam certè Weriozem à Spiritu Sancto Virgini ob umbrate concessam, fatendum est. Occultam florum qualitatem morbis medendis propriam ex tollis? fortior et nobilior illa in Virgine, quæ edidit in lucem filium, cujus livore sanamur. Quæque indies tot curat infirmos, tot debiles erigit, tot sanat ægrotos.

Neque tantum in hortis exculi, ac summo habiti in pretio: verum etiam agrestes in campis satis et viretis, sine semine provenientes ~~quibusdam~~ quamvis ornamentis aliquibus et virtutibus ex jam dictis spoliati, velut gemmæ, gratissimo suo colore virides sationes herbasque distinguunt, terræ superficiem exornantes, ut cælum micantia sidera

?????? Arborum quoque flos ut inquit Plinius, est pleni veris indicium, et anni renascentis, flos gaudium arborum: tunc se novas aliasque quam sunt, ostendunt.

Ad Virginem cuncta hæc aptissima similitudine traducuntur. Si velut ~~peristamat~~ peripesmata sine arte contexta terrestris globi convex eo flores condecorent atque venustent, Ipsa Deipara naturæ reparatrix: è pulvere conflatorum vasorum et in pulverem revertentium, Adami, inquam, posteriorum dives est ornamentum. Quo sensu eam sic ~~ab ævis enim~~ vocavit S. Ezijchius presbijter Hierosolijmitanus: Ecce Virgo, quænam? mulierum egregia, è Virginibus electa, præclarum naturæ nostræ ornamentum, gloria Luti nostri. Nunquid et ipsa nata iudicium veris temporis gratiæ quo creatura redimi et renasci ????? sanguine debebat redemptoris. Nunquid gaudium elanguescentium arborum ~~Ænæ sanguine ejusdem, sed~~ redivivi hortulani irrigatarum quæ nunc se alias irrigatæ, quam per se fuere ostendunt?

Satis jam credo declaratum, nullam floris perfectionem virtutemque adscribi, quæ non aptissimè Virgini que at accommodari. Congruam adeò Patres antiqui similitudinem hujusmodi putavere, ut sub illa Mariæ exprimere dotes atque laudes non dubitaverint.

S. Damascenus eam lilio et rosæ comparat: O Liliū inter spinas ex nobilissima et maxime regia radice ortum. Et paulo inferius: O Rosa, quæ ex spinis hoc est Judæis orta es, ad divina fragrantia cuncta perfudisti. Tota spiritus, thalamus es, GRATIARVM Pelagus. Hugo de S. Victore ut violam eam depingit: Purpuream, inquit ut violam, ipsam esse devotissimè cantare solemus. Quemadmodum in superiori quodam sermone breviter insinuanimus quæcumque in scripturis, quæcumque in creaturis sunt amabilia, quæcumque suavia, quæcumque dulcia, quæcumque pulchra, quæcumque redolentia, quæcumque iucunda, quæcumque pretiosa, quæcumque sunt laudabilia, ejus laudibus sunt convenientia. Sed prætermisiss omnibus alijs, de sola

Lib. 16. hist. naturalis Cap. xxv.

Sermone 2 de Deiparæ laudibus. ad illa verba: Ecce Virgo concipiet.

Oratione 1. de Nativitate B. Mariæ

Sermone 46. in assumptione B. Virginis

viola dicimus, ut qualiter beatissimam Virginem, non solum purpureo colore, verum et alijs quibusdam (proprietas suis evidenter significet ostendamus. Phisici suis in libris affirmant, et medici in suis confectionibus probant violam naturam habere frigidam, et idcirco contra calidos morbos esse bonam. Significat ergo recte carnalium extinctionem vitiorum, carnalia quippe vitia quasi calidi morbi sunt quia miseram animam quam tenent suis fervoribus incendunt. Quasi ergo viola membrum malè calentibus apponitur ut sanentur, quoties gratia cœlestis nobis infunditur, ut fervores vitiorum in nobis mitigentur, habet viola colores duos, viridem scilicet et purpureum, solint doctores per virorem cœlestium et immarcescibilem bonorum operum spem intelligere, cœlestia namque bona quasi semper virent et numquam marcescunt, dum a perpetuo suæ bonitatis ac pulchritudinis statu nulla mutabilitatis aviditate decidunt. Quæ dum firmiter, Constante, et indesinenter speramus, quasi eorum immarcescibili virore nos coloramus. Possumus quoque per virorem cujuslibet virtutis aut boni operis inchoationem intelligere. In germinantibus enim de occulto sine terræ prodeuntibus viror primum apparet. Quasi ergo novelli germinis virorem in nobis proferimus, dum nascentis in nobis et ex nobis virtutis vel boni operis nostra pulchritudine decoramus, possumus ~~quoque et iam per virorem cujuslibet virtutis aut boni operis inchoationem~~ etiam per virorem virtutum et bonorum operum immarcescibilem intelligere perpetuitatem. Quasi enim semper in nobis virescunt, dum in nobis absque defectu subsistunt, purpura autem Regum est, hinc est quod Alexander rex Syriæ misit Jonathæ purpuram, et auream coronam Velut regio munere honorando, benè ergo purpura regalem significat ~~dignatem~~ dignitatem, **Beata ijsque** virgo Maria verè purpura fuit, quæ super ordines eorum Sanctos regali dignitate velut ~~Dna~~ domina mundi et Regina cœli effulsit, quæ se præ omnibus regaliter egit et rexit, vitia depressit, virtutes erexit, depressit in semet ipsa superbiam, erexit humilitatem etc habet. etiam viola bonum adorem, per quem bonam designat opinionem. Non solum bona conscientia, sed et bona opinio est necessaria, etc verè ergo

ut viola odorifera fuit, cujus odor non tantum homines respersit, sed et Angelos in admirationem sui convertit. Vere odorifera fuit, cujus odor non solum verram, sed et cœlum implevit, omnis denique viola naturaliter caput, id est flosculum suum ad ima deflectit, ac per hoc humilitatem, convenienter exprimit, quam virtutem in beata Maria excellenter fuisse quis dubitet? cum ab Angelo pronunciaretur mater Dei, et per hoc verè Divina mundi et Regina cœli humiliter respondit, Ecce Ancilla Domini; verè ergo et in hac viola fuit, quod verè caput ad ima deflexit, dum in eo quod major extitit, semessipsam amplius humiliavit, eligens non alta de se sapere, sed magis humilibus consentire, etc.

Sed cui nos ~~Deum~~ Nostram Dominam flori congruentius conferemus? An castæ Peoniæ ~~capite~~, quam Galli vocant, fleur de nostræ Dame; an Rosæ ~~mysticæ~~ ut in litanijis lauretanis ~~nam~~ fuit enim cæteris mulieribus rubore terrenarum tribulationem per patientiam **venustior**, et odore bonorum operum redolentior, ut Rosa cæteris floribus. An purpureo amaranto, qui vulgò flos amoris, quod tota amabilis; An flammeæ violæ, ut Hugo citatus, An Hijacinto qui maximè durat, An Calthæ aureo splendenti colore, quia domus aurea à fidelibus appellari consuevit. ~~dum epiphani~~ ~~??????????~~ An floribus odoratis Siciliae, qui ut teste Diodoro, per totum continenter annum florent, totamque speciem floridam et jucundam contemplantibus ostendunt? Joannes Geometra Poëta Græcus in distichis, quæ in honorem tantæ matris composuit, eam variorum florum nominibus salutatur:

Lib.4. Bibliotheca  
hist. Cap. 3.

Hijmno. 2.

\* apprimè

Salve flos \*apprima tenax, benè olens et utrinquæ,  
Conspicuo ornatu et dotibus ingenij.  
Salve Lilia quæ, violas, madidamque Anemonem  
Narcissumque refers, candidiorque nive es.  
Salve perpetuæ vitæ stirps atque amarantus  
Flos sacro, qui non marcet, honore vigens  
Salve cincte fruten flammis, violæ aureus ardor  
Omnigem \* flores cum tribulisque sati  
Salve hijacinti punicens decor, alma notantur  
Quo libertatis sijmbola, nulla necis

\*floris

**Nos cum SS. Epiphanio ac Damesceno quia inter duas vepres collocat a sertur imago, eam Lilio inter spinas, assimilabimus Atque cantabimus cum Alano Insulensi:**

Lib. de planctu  
naturæ. Cap. 1.

Argentoque suo nobile lilium  
Prædicabat agros, imagre vallium.

Lilium enim inter spinas oriens, quantò magis à spinis purgitur, tanto major odor ab eo emittitur. Lilium spinis præcellit odore, præeminet colore. Et B. Virgo, quanto majorem à Indæis sustinuit persecutionem, tanto ipsius patientia ~~magis~~ maiori bonæ opinionis fragravit redolentia.

Lib. 3. Cap. 116

Dioscorides de materia medica, inter Lilij virtutes hanc nobilissimam ponit : quod illius semina seu radices cum vino potæ, serpentium morsibus opitulatur ~~contra~~ fungorum ~~venenis~~ etiam veneno adversari affirmat Plinius.

Lib. 21. hist.  
Nat. Cap.  
19.

Efficacius hæc præstat MARIA. Noxialis pommi veneno Adami infectæ posteritati ~~de~~ ~~virginæ est consecuta medelam~~ medelam tulit et ~~conferata est ad virginem~~ ~~?????~~ damnati morsus consiliatoris, Tartarei inquam serpentis ~~caput~~ contrivit caput ~~????~~ Regius quoque flos ~~????~~ appellatur, non tantum à Junone Regina (ex cujus lacte progenitum fabulantur poëtæ) denominatione sumpta : sed à Regia, qua præstat celsitudine, quod tanta proceritatæ supra flores alios attollitur, ut ad tria interdum cubita surrigatur. Optimè ergo Maria huic comparatur, quippe quæ alios virtutibus ac favoribus supereminet, Et ideo præ cæteris electa fuit et angelorum regina coronata, quia omnes sanctitate præcelluit. **Pulcherrime** in Revelationibus S. Brigitte sub hac specie depingitur, à S. Agnete loquente ad sponsam, de dilectionæ habenda ab ipso sponso ad virginem sub floris figurâ.

Cap. XXX.

Filia dilige Matrem Misericordiæ.  
Ipsa enim similis est flori sive  
cirpo cujus figura similis est gladio.  
Qui quidem flos habet duas extremi-  
tates acutissimas et cuspidem gracilem.  
Altitudine vero et latitudine super  
alios flores se extendit. Sic Maria  
flos est florum, flos qui crevit in  
valle et super omnes montes se dila-  
tavit. Flos, inquam qui nutriebatur  
in Nazaret et in Libanum se difun-  
debat. Hic flos super omnia habuit  
altitudinem, quia benedicta Regina  
Cæli super omnem creaturam excedit  
dignitate et potestate. Habuit et ipsa  
Maria duas acies sive extremitates  
acutissimas, tribulationem scilicet  
cordis in passione filij et constantiam  
certaminis contra incursiones diaboli,  
quia numquam peccato consentieba etc.

~~~~~

Cap. 12.

Homilia de adventu

Et Cap. 52 earundem revelationum ubi ipsa Virgo per florem in horto natum mirabiliter designatur Lilio comparari videtur. Tu es quasi flos in horto, quem licet diversi oderiferi flores circumstent, tamen ipse omnes excellis in odore, pulchritudine et virtute. Flores isti sunt omnes electi ab Adam usque ad finem mundi, qui in horto mundi plantati, diversis virtutibus nituerunt et floruerunt. Sed inter omnes qui fuerunt, et qui post futuri ~~erunt~~ sunt, tu excellentior fuisti in odore bonæ vitæ et humilitatis. In pulchritudine gratissimæ Virginitatis, in virtute abstinentiæ. Sicut lilium ut scribit D. Ambrosius super lucam nullius annui usus ~~requirit~~ cultum requirit, nec sicut erga proventum cæterorum fructuum, ita etiam ~~in orbem~~ erga istius floris generationem sollicitis in orbem redit labor actus agricolis. ~~Sic quoque Christus dominus ex Maria intacta virginitate, et nullo humano intercedente cultu prodijt. Et ut Sanctus ait Bernardus : Sicut non humana floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus favore~~

Cant. 2.

Homilia de adventu

Sic Maria, intacta Virginitate et nullo humano intercedente cultu edidit salvatorem, unde meritò de se dicere potest. Ego flos campi et Lilium convallium. Est enim non tantum horti sed et flos campi Maria : Nam ut d. Ambrosio conformis loquitur melli fluus Bernardus : sicut flos Campi non humano floret ad miniculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus simo, sic Virginis floruit aluus, sic inviolata, integra et casta Mariæ viscera tamquam pascua æterni nitoris floruerunt cujus pulchritudo non vidit corruptionem Et ut magnus Alanus scribit in sententijs In amplitudine hujus mundi, vel ut in medio CAMPI, speciositatem virtutum retinet, sanctis cogitationibus viret, bonis operibus floret, et nobis fructum æternæ Beatitudinis patit spiritus S.. GRATIÀ Figuratur et alio loco in S. Brigittæ revelationibus pulchriorè ~~per florem~~ dulcissima mater à filio glorioso per florum, sed ~~mijsticum~~ : et ~~incomparabilem~~ : quia tamen natus in Valle dicitur, libium videtur intelligem ?????? ??? sacro nostro lilio in campis progenito applicabimus gloriosi filij verba, quæ sunt hæc : Mater etc. \_\_\_\_\_

Cap. 51

N. 31.

Page à revoir

Mater mea tu es similis flori qui crevit in una valle, circà quam vallem erant quinque alti montes, et crevit flos ipse de tribus radicibus, cum recto hastili quod nullos habebat nodos, hic flos habebat quinque folia plena omnisuavitate. Vallis autem excrevit cum flore suo super istos quinque montes, et folia floris dilataverunt se super omnem altitudinem Cœli, et super omnes Choros Angelorum. Tu dilecta Mater Mea tu es vallis illa propter humilitatem tuam quam præalijs habuisti, hæc excessit quinque montes. Primus mons erat Moyses, propter potestatem. Ipse enim habuit potestatem in lege super populum meum, ac si fuisset conclusus in pugno suo. Tu autem Conclusisti omnium legum Dominum in utero tuo, ideò tu altior illo monte. Secundus Mons erat Helias qui sic sanctus fuit, quod cum anima et Corpore fuit assumptus in Sanctum locum. Tu autem Charissima Mater Mea anima tua assumpta fuit super omnes Choros Angelorum ad Thronum dei et cum ea est mundissimum Corpus tuum, Ideò tu altior Helia. Tertius Mons erat fortitudo Sampsonis, quam habuit super omnes homines, tamen vicit eum diabolus fallacia sua. Tu autem vicisti diabolum fortitudine

tua. Ideo tu fortior Sampson. Quartus Mons erat David qui fuit vir secundum Cor meum, et voluntatem meam, et tamen cecidit in peccatum. Tu autem Mater Mea sequebaris omnem Voluntatem meam, numquam peccasti. Quintus Mons erat Salomon, qui fuit plenus sapientia, Tamen fuit infatuatus. Tu Vero Mater Mea plena fuisti omni sapientia, et numquam fuisti insipiens, nec decepta, ideo altior Salomone. flos autem prodijt de tribus radicibus quia tu à inventute tua habuisti tria, scilicet obedientiam, charitatem, et divinam intelligentiam, de his enim tribus radicibus crevit hastile rectissimus, sine omni nodo, id est voluntas tua quæ numquam flectebatur nisi ad velle meum, flos etiam iste habuit quinque folia quæ excreverunt super omnes Choros Angelorum. Verè mater mea flos istorum quinque foliorum es, primum folium est honestas tua, in tantum quod Angeli mei, qui sunt honesti ante me, Considerantes honestatem tuam, viderunt eam supra se esse et eminentiorem illorum sanctitate et honestate, ideo tu altior es angelis. Secundum folium est misericordia tua, quæ tanta fuit quod cum videres omnium animarum miseriam compatiebaris eis, et passa es maximam pœnam in morte mea. Angeli sum pleni misericordia, tamen numquam patieuntur dolorem, sed tu pijssima Mater miserta es miseris quando sentiebas omnem dolorem de morte mea, et propter misericordiam voluisti magis pati dolorem, quam exemptam esse ab eo. Ideò misericordia tua excessit omnium Angelorum Misericordiam ; Tertium folium est

mititas tua, Angeli quippe mites sunt et cupiunt omnibus bonum, sed tu Mater mea charissima, ante mortem tuam habuisti in anima tua, et Corpore voluntatem, quasi angelus, et fecisti omnibus bonum, et Nulli adhuc negas, qui rationabiliter petit suam utilitatem. Et ideò mititas tua excellentior est Angelis. Quartum folium est pulchritudo tua, Angeli enim Considerant alter alterius pulchritudinem, et pulchritudinem omnium animarum, et omnium corporum admirantur. Sed animæ tuæ pulchritudinem vident esse super omnia quæ creata sunt, excessit pulchritudo tua. Quintum folium erat divina delectatio tua, quia nihil delectabat te nisi deus, sicut nec delectat angelos aliud nisi deus, et quilibet eorum sentit et sentiebat delectationem in se, cum autem viderunt delectationem tuam inte ad deum, videbatur eis conscientia tua, quod delectatio eorum arderet in eis, quasi lumen in divina charitate. Videntes autem dilectationem tuam esse tanquam ardentissimum rogam, ardentem ferventissimo igne et sic altum quod flamma eius appropinquabat dejtati mea. Et Ideo mater dulcissima benè ardebat delectatio tua Divina, super omnes choros angelorum, hic flos quia habuit hæc quinque folia, honestatem scilicet, misericordiam, mititatem, et pulchritudinem, et summam delectationem, Erat plenus omni dulcedine. Quicumque autem voluerit gustare suavitatem debet appropinquare suavitati et recipere eam in se, sic et fecisti tu

bona Mater. Tu enim fuisti sic dulcis patri meo, quod ipse recipit te totam in spiritum suam, et dulcedo tua super omnes placuit ej, flos etiam portat semen ex calore, et virtute solis, ex quo crescit fructus, sed benedictus ille sol, scilicet. Dejtas mea, quæ suscepit humanitatem de Virgineis tuis visceribus, nam sicut semen ubicunque seminatur, tales flores germinas quale semen fuerit. Sic membra mea conformia fuerunt membris tuis in forma et facie, tamen ego fui vir, tu Virgo fœmina, hæc Vallis exaltata est super omnes Montes cum flore suo, quando Corpus tuum exaltatum est super omnes Choros Angelorum cum sanctissima anima tua.



miris esse præconijs, Tanta illius animus supernæ intelligentiæ luce perfusus erat tantamque gustus suavitatem percipiebat, præsertim in hymnis Davidicis, ut ejus comparatione nullus fratrum ejus putaret se, vel verbum unum assequi et intelligere, porró reipsa sæpius declarabat quam cuperet seipsum, tum fratres suos omnes salutari sapientia, scientia, et vitæ sanctimonia instructos esse. Scripsit non parum multa, plura etiam scripturus nisi capitis ægra valetudo obstitisset. libenter redigebat in compendium prolixas nimium Sanctorum Vitas, Volens consulere legentium utilitati, qui plerumque longa fastidiunt, et gaudent brevitate. In psalmodijs et nocturnis Vigilijs quam attentus quiam devotus et ut intellectu plusquam humano præditus fuerit dici pro dignitate satis non potest, verum ne nos prolixiores simus lectorem ad ejus scripta remittimus, facilè indè perspecturum quam de seipso viliter senserit cujusmodi fuerit in pijs meditationibus, sanctis speculationibus, luculentis illustrationibus, quam fervens amator Dej, et virtutum hostisque et osor vitiorum. Interim tamen brevibus expediemus, quis ejus vitæ finis fuerit, ubi imprimis hoc prætereundum non est, quod ante obitum suum pluribus hebdomadibus nihil omnino neque esculentum, neque poculentum sumpserit præter lactis serum quotidie confitebatur, interdum bis terne per diem quotidie in Venerabili Eucharistiæ Sacramento sumebat cupidè et ardentè amplexabatur amoris ulnis dilectum unicum animæ suæ dominum Jesum, atque ut id posset commodius quotidie in cella missa celebrabatur. Erat patientissimus in perferendis dicorum ulcerum acerrimis doloribus, suaque mirabili tollerantia ministros suos qui illi agrotanti aderant haud mediocriter ædificabat et compungebat. Si quid necessarij Ministerij illi esset impendendum, non asperis ut solent agroti plerumque sed blandis et suavibus verbis causa amoris Dej sibi ut impenderetur orabat. Volebat sibi ad lectum quo decumbebat, vel legi quippiam boni vel orari, vel passionem Dominicam recenser, vel laudibus Dej, et sanctorum insisti, ipse interim attentissimè auscultans et præcipites voces aut singultantes subindè corrigens. Ministris delassatis solebat dicere, requiescite iam paullum, ego aliquid boni meditabor, et quia ut ipse dicebat non semper in tantis ærumnis et doloribus spiritali fruebatur consolatione, cum multis altis suspirijs, et pectoris tusionibus, illud psalmi alta voce crebrius iterabat Non est oblitus clamorem pauperum, et psal IX alia similia. Sæpe in vita sua fratribus suis prædicare extollere, et in memoriam pro exemplo servanda in adversis omnibus patientia redigere solebat illud fortissimi Martyris Genesisij præclarissimum, ad Imperatorem Verbum : Non est rex præter Christum, pro quo si milies occidar, ipsum mihi de ore, ipsum mihi de corde, auferrè non poteritis ; Atque tandem etiam in ejusdem egregij Martyris quem tantopere dilexerat ferijs præsentè, conventu et psallentibus

Est Carthusiani Nostri instituti insigne cœnobium apud Dhistemium Oppidum Diœœsis Leodiensis. In hoc Monasticæ Vitæ ingum suave, amplexus est Venerabilis pater Petrus Dorlandus, ubi vixit perquam religiose ; Cuius cum omnia referre iam non sit integrum è pluribus pauca commemorabimus, maximè ut quisquis chronicon Carthusianorum, cuius ipse auctor est legere volet, aliquem virtutum et sanctitatis ejus gustum ex his percipiens majorem ex lectione tam pij operis fructum consequatur, fuit ergo is pater multa integritate, probitate et devotione conspicuus, tum quoque haud vulgari eruditione instructus præsertim quod ad sacras litteras atinet, ita ut non immerito pectus illius quoddam divinæ scripturæ posset armarium appellari, divinorumque apotheca Charismatum : quibus fretus omnes docebus, compungebat, admonebat hortabatur et tum ad dei amorem, tum sui ipsorum salutare odium inflammabat talis erat semper sermo illius, talia quoque scripta ejus quibus præter gratiam spiritus, id est etiam suus quidam dictionis ornatus et elegantia; afficiens suaviter et efficaciter permovens lectorem benevolum ac pium, quin et tepidum inflammans, pigrum extimulans, durum compungens, porrò in sermone suo, sive ad laicos, sive ad religiosos is haberetur, diligenter observabat. Illud sapientis, justus sui accusator in principio sermonis. Contemnebat enim laudes, vitabatque iactantiam et sui ostentationem, despiciebat autem ex animo seipsum, reum se proclamabat, accusabat se, culpasque suas et negligentias licet illa longè minores essent, quam ipse sentiret, atque interdum sermonem in aliquot horas protrahens, medullitus compunctus quemadmodum Aptus monet seipsum iudicabat, et tartari flammis adjudicabat, fervens spiritu et zelo iustitia contra seipsum, adeo, ut plerunque etiam Saxea pectora ipsum cernentium et audientium emolirentur, ac pietate liquescerent. Ex hac autem minimè fucata humilitate, vera sui agnitione, sincero sui odio et contempta crevit in illo amor Dej, qui illi auxit fiduciam speranti in miserationibus Dominj, in ejus lætandi Justitia, et in ejus beatissima passione contra omnes aëreas potestates præsertim in fine vitæ suæ, frequens illi in ore illud Zachariæ Monachi discipuli Abbatis Moijsis de quo in vitis Patrum legimus pallium suum sub pedibus deponentis, et conculcantis, atque dicentis nisi quis sic fuerit conculcatus, ~~et tanquam in mola bene contrite~~ Monachus esse non potest, quod ipse pluribus Verbis hunc in modum efferre suisque filijs vel fratribus ; tanquam suavissimum edulium proponere solebat, nisi monachus inquiens patienter, et æquo animo ita fuerit conculcatus et tanquam in mola benè contritus atque fidelis inventus, non est monachus, ferè semper pro ratione, Statu, et conditione personarum quibus loquebatur cum oitus iucundum illi erat de divinis scripturis disserere, Verbum Dej audientium pectoribus inserere, idque in virtute et fervore spiritus, erant sanè verba illius quasi gladius acutus, et penetrantia valdè, quasi stimuli et quasi clavi in altum defixi quasi malleus conterens petram, et saxea auditorum corda. Mire delectabatur lectione scripturarum non modo divinarum verum etiam Sanctorum, et devotorum Patrum, præsertim quæ mentem S. Spiritus salutari unctione imbuerent, instruerent, atque ad veram pietatem erudirent, atque accenderent, quas etiam solebat

## Liber Primus.

Caput 1<sup>um</sup>

Causæ belli inter Wenceslaum  
 Brabantiæ Ducem et Ludovicum  
 Maleanum Flandriæ Comitem  
 Prælium commissum in SCHEVT Velt,  
 in quo Brabantini cæsi ~~æ-inter~~ Joannes de  
Ascha eos ~~Ducis vexillifer~~ Joannes de Ascha  
 vicus de Moortenbeca. Pax Athi  
 concluditur.

Radulphus de Rivo  
 in historia Episco-  
 porum Tongrensi-  
 um

~~Primus sublato~~ Sublato è vivis Joanne illius nominis tertio Brabantinorum duce, altissima pace fruebantur relictæ ab ipso ditiones, stabiliendæque deinceps magnis sperabantur affinitate cum finitimis, iisque potentissimis contracta proceribus, quibus dux adhuc superstes trinam femineam sobolem elocaverat. Mariam enim juniorem Reinaldo duci Geldriæ : Margaretam Ludovico Maleano Flandrensium comiti desponderat ; Joannem verò majorem natu Ducatus Brabantiæ, ac cæterarum paternarum ditionum, prærogativâ ætatis heredem, quæ primo nupta Guilielmo de Oostervant Hannoniæ ac Hollandiæ comiti, orbatam marito, Wenceslaus Luxemburgensis accepit in uxorem. Quod ita curaverat prudens pater, futurum sperans, ut amicitiam magnorum principum, quibus sanguine junctus Wenceslaus, Longam suis relinqueret et pacem ~~Hoc etiam commodum imi??am generes relaturis arbitratus~~ ~~???? ipsorum bello laccessi et alter????djutorios in digere ut ingeret, in promptu suggestiæ forent, ac tanto faciliore negotio : Quos præ alijs amicitiam devinendas. Arbitrabatur quoque causâ contigu?? multum ??? ab ??????????? negotio impetraturos~~ Et is bello fortè laccessitus, copijs promptissimè adjuvaretur à sibi conjunctis affinitatis nexu vicinis, quos præ cæteris colendos, non tenenè hortatur Hesiodus :

???????????????????? non temer è hortatur Hesiodus.

L.1. operum et  
dierum.

Amicum ad convivium vocato, inimicum verò relinque.  
Cum vero potissimum vocato, quicumque te propè habitat.  
Si enim res aliqua fortuita eveniat,  
Vicini discincti accurrunt, cinguntur autem cognati.  
Noxa tam magna est malus vicinus, quantum bonus commodum.  
Nactus est bonum, quicumque nactus est vicinum bonum.

Haræus in anna-  
libus Brabantia.

Sed secus omnia evenere, et pacem hanc atrocissima bella subsecuta, quæ non nisi copiosâ sanguinis effusione restincta. Tanti incendij fomes, indicisa hereditas. Siquidem Ludovicus cum Wenceslaum Lovanij inauguratum ducem Brabantia cognovisset : se verò ( : Licet Margaretam Joannæ sororem duxisset, cui à patre decem annua florentinorum mumum millia connubialem dotem promissa hactenus pendere Wenceslaus recusaverat :) universâ Brabantiâ excludi : missis legatis, aliquam illius partem doti uxoris ad scribi postulavit. Ys benignè habitis responsum datum, uti comes Mechliniam conveniret, ubi cum duce controversiam componeret. Cæterum cum hinc sine ulla pacificatione discedendum videretur : comes sollicitatis Mechliniensium animis, promissis ijs novis privilegijs, ac concessis stapulis seu nundinis trium mercium, piscium, salis, et avenæ, tantum effecit, ut ibidem gratissimus haberetur. Unde quasi proclamato bello, cum Mechliniam validis præsijs comes implevisset ; Dux contra arces aliquot Mechliniæ propinquas et limitem Flandricum munivit. Mox comes Montanus Germanorum auxiliaribus adductis, Mechlinienses graviter afflixit, Bruxellenses verò permixti Antverpiensibus Wasiam, Gandavum usque incursionibus varijs exurebant.

Meijerus in an-  
nalibus Flandriæ

Divæus in anna-  
libus Brabantia

His ita constitutis Wenceslaus circa finem anni MCCCLV, ad comitia Trajecti ad Mosam indicta profectus est : ubi fædus cum Carolo IV, Imperatore fratre suo, non satis æquis Ludovico visis legibus, pepigit : Nimirum ut Wenceslaus ac Joanna Ducatus Lotharingiæ, Brabantia et Limburgi quoad viverent possiderent.

Wenceslao tamen nihil ex ijs invitâ uxore alienare liceret ; si Joannam sine liberis priorem mori contingeret, ipsi Wenceslao Ducatus permanerent si Joanna Wenceslao sine liberis mortuo rursus nuberet, proles ex eo connubio succederet : si ambo sine liberis succederent, ducatum dictorum successi penes Carolum aut alium quemvis proximum Luxenburgensis familiæ heredem foret. Omniam hæc legati urbium Brabantiae rata habuere, Joanna verò sic fieri permisit, quod sorori suæ Margaretæ ejusque marito Ludovico comiti gravissime esset offensa.

Dintterus in his.  
Manus.

Anno 1356

Ludovicus intellectis ijs, quæ Trajecti acta fuerant, contracta roboratissimo è Flandricis præfecturis exercitu in Brabantiam venit, Bruxellam usque villas agrosque passim exurens : Quo comperto Lovanienses, delectu suis imperato, cum cohortibus aliquot ductore Bernardo Bornevallis Domino, equite Bruxellam properarunt. Ubi habito cum Bruxellensibus colloquio, persuasisque ijs, ut una contra Flandrum irent, quamvis à prudentioribus monerentur, ne se potentiori objicerent, sed eo usque cunctandum foret, donec novus miles, qui Trajecti à Wenceslao collectus, exercitui jungeretur, ac ita firmiore spe victoriæ hostem aggredierentur. Spreto tam sano consilio, imminentem suburbij Flandrum sine mora adoriendum rati, summovendumque : simul quod animatam accentamque ad præliandum multitudinem conspiciebant, Bruxellâ movent et adversum Ludovicum copias educunt. Consederat tum comes cum validissima manu in Campo Scheut : aderat selectissima Gandensium, Brugensium, ac Iprensium juvenus, quibus omnibus ad pugnam instructis initium prælij à Brabantinis adventantibus expectabat : Qui ut erant pugnae cupidi impetum incondito agmine in hostes fecere : sed summâ virtute excepti. Comes Montanus perruptâ adversâ acie, Flandros à tergo cædens Wenceslao victoriam pexerisset, nisi Joannes de Ascha hereditarius, ducis Brabantiae vexillifer abiecto signo, suos

Divæus, Meijerus  
et alij.

(dans la marge : texte barré)

attractisset in fugam ( ????oria morte tout le reste du § est barré)

Archiva carthusiæ  
Bruxellensis  
Lib. 5. Hermate-  
narum  
Anno 1356  
Veus Chronicon  
vernaculum  
Brabantiae

Id bellum regredior

1357

Victor itaque Ludovicus ipsam ducis sedem Bruxellam occupavit, aliaque non pauca Brabantiae loca. Wenceslaus denuo Bruxellâ recuperatâ, multis cladibus attritus, pacem p̄poscit. Ad illam stabiliendam Wilhelmus Palatinus comes Hannoniae arbiter utrimque electus, eoque adnitente Athi Hannoniae oppido quartam Junij ictum est fœdus, multis additis conditionibus. Inter cætera ; ut Margaretæ comitis uxori, Antverpia cum adjacentibus quatuordecim vicis doti assignaretur. Ludovico Mechliniam Pro belli impensis Wenceslaus cederet. Wilhelmo ob labores in saucienda pace dominium Heusdanum, quod tunc Brabantici juris erat, concederetur. Unde natum vulgare proverbium :

Joannes de Leijdis  
in Chronico Belgico  
L.30

Heusden mijn,  
Mechelen dijn.

Heusden sid nostri juris, Mechlinia vestri.

Carè profectò hoc bellum constitit Wenceslao : nec pace acquisivit, quæ Marte retinere sperabat. Hæc est alterutrius pro exigui fundi conservanda recuperandave possessione, sæpe conditio litigantium : ut quod quæstioni subijcitur, non solum amittat : sed bonam insuper substantiæ partem, impensis distrahendo comsumat.

Liber primus.  
Caput 1<sup>um</sup>

Causa belli inter  
Wenceslaum Brabantiae  
ducem et Ludovicum  
Maleanum Flandriae  
Comitem  
Praelium commissum  
In Scheutvelt, in quo  
Brabantini caesi, Joannes  
De Ascha vicus de  
Moortenbeka. pax Athi  
concluditur.

Sublato è vivis Joanne illius nominis. tertio Brabantinorum duce, altissima pace

Radulphus de Rivo  
in historia Epijs-  
coporum Tongren-  
sium

ferebantur relictæ ab ipso ditiones, stabili endæque deinceps magis sperabantur affinitate cum finitimis, iisque potentissimis contracta proceribus, quibus dux adhuc super stestrinam femineam prolem elocaverat. Mariam enim juniorem Reinaldo duci Geldriæ, Margaretam Ludovico Maleano Flandrensium comiti desponderat ; Joannem verò maiorem natu Ducatus Brabantia, ac cæterarum paternarum ditionum, prærogativâ ætatis heredem, quæ primum nupta Guilielmo de Oostervant Hannoniæ ac Hollandiæ Comiti, orbatam marito, Wenceslaus Luxenburgensis accepit in uxorem.



Quod ita curaverat prudens pater, futurum sperans, ut amicitia magnorum principum, quibus sanguine iunctus Wenceslaus, Longam suis relinqueret pacem, et is bello fortè laccessit, copijs promptissimis ad iuvaretur à sibi conjunctis affinitatis nexu vicinis, quos præ cæteris colendos non tenere hortatur Hesiodus

Lib. 1. Operum  
et dierum

Amicum ad convivium vocato, inimicum vero relinque.

Cum vero potissimum vocato, quicum te prope habitat.

Si enim res aliqua fortuita eveniat,

Vicini discincti accurrunt, cinguntur autem cognati.

Noxa tam magna est malus vicinus, quantum bonus commodum.

Nactus est bonum, quicumque nactus est vicinum bonum.

Sed secus omnia evenere, et pacem

Haræus in Anna-  
libus Brabantiae

hanc atrocissima bella subsecuta, quæ non nisi copiosâ sanguinis effusione extincta. Tanti incendij fomes, indivisa hæreditas. Siquidem Ludovicus cum Wenceslaum Lovanij inauguratum duces Brabantiae cognovisset : se vero ( : licet Margaretam Joannæ sororem duxisset, cui a patre decem annuâ florentinorum nummum millia connubialem dotem promissa hactenus pendere Wenceslaus recusaverat :) universâ Brabantiaâ excludi : missis legatis aliquam illius partem doti uxoris ad scribi postulavit. Ijs benignè habitis responsum datum, uti comes Mechliniam conveniret, ubi cum duce controversiam componeret. Cæterum cum hinc sine ulla pacificatione discedendum videretur, comes sollicitatis Mechliniensium

Meijerus in Flandria  
Annalibus

animis, promissis ijs novis privilegijs, ac concessis stapulis seu nundinis trium mercium, piscium, salis, et avenæ, tantum effecit, ut ibidem gratissimus haberetur. Unde quasi proclamato bello, cum Mechliniam validis præsijs comes implevisset, Dux contra arces aliquot Mechliniæ propinquas et limitem Flandricum munivit. Mox comes Montanus Germanorum auxiliaribus adductis, Mechlinienses graviter afflixit, Bruxellenses vero permixti Antverpiensibus Wasiam, Gandavum usque incursionibus varijs exurebant.

His ita constitutis Wenceslaus circa finem anni MCCCLV, ad comitia Traiecti ad Mosam indicta, profectus est ; ubi

Divæus In annali-  
bus Brabantiae.

fœdus cum Carolo. IV, Imperatore fratre suo, non satis æquis Ludovico visis legibus,  
pepigit : nimirum ut Wenceslaus ac Joanna Ducatus Lotharingiæ, Brabantiae et  
Limburgi quoad viverent possiderent.

Dinterus in hist.  
manus.

Wenceslao tamen nihil ex ijs invitâ uxore alienare liceret ; si Joannam sine liberis  
priorem mori contingeret, ipsi Wenceslao Ducatis permanerent. Si Joanna Wenceslao  
sine liberis mortuo rursus nuberet, proles ex eo connubio succederet : si ambo sine  
liberis ~~sua~~ decederent, ducatum dictorum successio penes Carolum aut alium quemvis  
proximum Luxenburgensis familiæ heredem foret. Omnia hæc legati urbium  
Brabantiae rata habuere, Joanna vero sic fieri permisit, quod sorori suæ Margaretæ  
eiusque marito Ludovico comiti gravissimè

esset offensa.

Anno 1356

Ludovicus intellectis ijs, quæ Traiecti acta fuerant, contracta roboratissimo è Flandricis præfecturis exercitu in Brabantiam venit, Bruxellam usque villas agrosque passim exurens : Quo comperto Lovanienses, delectu suis imperato, cum cohortibus aliquot ductore Bernardo Bornevallis Domino, equite Bruxellam properarunt, ubi habito cum Bruxellensibus colloquio, persuasisque ijs, ut una contra Flandrum irent, quamvis à prudentioribus monerentur, ne se potentiori objicerent, sed eo usque cunctandum foret, donec novus miles, qui ???????? Traiecti à Wenceslao collectus, exercitui iungeretur, ac ita firmiore spe victoriae, hostem aggrederetur.

Divæus, Meijerus chronicon vernaculum Brabantia et alij

Spreto tam sano consilio, imminentem suburbij Flandrum sine mora adoriendum rati, summovendumque : simul quod animatam, accensamque ad præliandum multitudinem conspiciebant, Bruxellâ movent et adversus Ludovicum copias educunt. Consederat tum comes cum validissimâ manu in Campo Scheut : aderat selectissima Gandensium, Brugensium, ac Iprensium iuventus, Quibus omnibus ad pugnam instructis initium prælij à Brabantinis adventantibus expectabat : Qui ut erant pugnae cupidi impetum incondito agmine in hostes fecere : sed summa virtute excepti. Comes Montanus perruptâ adversa acie, Flandros à tergo cædens Wenceslao victoriam peperisset, nisi ~~Joanne~~ Joannes de Ascha hereditarius Ducis

Brabantia vexillifer abiecto signo, suos attraxisset in fugam.

Cæsi sunt magno numero Brabantini : multus ubique cruor et plurima mortis Imago,  
occorrebat, adeò ut Impleta videri potuerit pars Illius prophetiæ : Exivit Sanguis de  
Lacu iræ dei usque ad frænos equorum. Tanto quippe ardore pugnatum est,  
eaque cædes fuit, ut de cruento flumine quod in septentrionem versus vergit et in  
urbis sese piscinas exonerat, non plus aquæ fugiens, miles, quam sanguinis biberit :  
unde loco nomen adhæsit Moortenbeca, quod ædis seu mortuorum torrentem sonat.  
Moort enim Belgis est pro violenta cæde, Intertum, occisione. Unde latinis mors, ait  
noster geropius. Alij longè ante et aliunde locum, nomæ illud sortitum volunt.

Archivia Carthus.  
Bruxellensis

Lib. 3. Herma-  
tenarum

Anno 1356

Accepta hæc clades decimo septimo mensis augusti die Mercurij : quem quod adeò funestus Brabantinis Illuxerat, Bruxellenses fatalem, belgico Idiomate den quaeden woensdach. Indigitavere, multi et enim civium et moenium egregij defensores tunc ceinderunt, qui casum totius patriæ metuentes et quoddam funus mundi considerantes, in tanta circumspectione salutis publicæ, solum pro se timere non noverant. Ex quibus etiam nonnulli cana consilia In armis et annis Iuvenilibus meditati, tantum hoc agebant, ut hostem destinerent et à finibus suis arcerent, qui et ideo penè Innocentes erant, quod non tam vim inferrent, quam repellerent. ~~Horum causam deus de gente non Sancta discrevit, quorum et ista vox est~~



Lib. 3. Revel.  
S. Brigittæ

~~in psalmo : iudicet deus et discernat causam. Discrevit in fddelium sanguinem ab Infidelibus, et noxium ab innoxio cruore. Ex antiquarum scripturarum monumentis haberi legimus, agrum dominicum adeò plenum pignoribus sanctorum, ut si mensurares terram centum pedum in longitudine et totidem in latitudine, et seminares eam puris granis tritici, quolibet vero granum daret fructum centuplum, adhuc essent plures martijres et confessores Romæ à Sancto Petro usque ad cælestinum Pontificem. De belgico solo nostro non ausim idem dicere, tamen deo cui omnes capilli nostri numerati sunt, et ipsi quoque quotquot interram hanc ceciderunt noti ac numerati sunt, et super arenam~~

~~multiplicabuntur. Illustres sunt agri multi, fecundique novalis caesorum fidelium  
eruo, sed nullus illustrior fortassis hoc ipso, qui in circuitu nostro est, unde et ab  
eorum funeribus locus hic in oculis dei pretiosus ( : ut verisimile fit) est habitus, et  
divinitus in funiculo distributionis dimensus, ac authore Christo conferratus. Hic et  
antiqua lex ista sepulchralis renovata est : ubi corpus hominis condas, locus sacer esto.  
Sed ne temerarium illis daremus olim sepulchrum, diversum et divisum Deus hinc et  
hinc sub auspicijs Virginis Matris Tutelaris erigi voluit sacellum, In perpetuum  
recordamentum caesorum suorum, quorum etati vel tempori, si praestitisset, ut vitam  
pro fide profunderent, per misericordiam~~

Domini Dei filij eius Jesu Christi, nec aciem gladij defugissent nec calentes equuleum metuissent.

Cum igitur eandem Dei misericordia numquam senescat, sed semper revirescat in exaltatione et rememoratione fidelium suorum, eâdem manu et misericordiâ obstetricante restauravit eis monumentum, et memoriam eorum resuscitavit ex favilla et cinere, sub quo pronuper incinerarierat eam hæresis, dum hanc ædem Virginis Matris de gratia restituit et post tristia excidia sartam tectam esse iussit.

Ad bellum regredior, Victor Itaque Ludovicus, ipsam ducis sedem Bruxellam occupavit, aliaque non pauca

f° 19v

anno  
1357

Brabantiæ loca. Wenceslaus denuo Bruxellâ recuperatâ, multis cladibus ~~ass~~ attritus, pacem poposcit. Ad illam stabiliendam Wilhelmus Palatinus comes Hannoniæ arbiter utrimque electus, eoque adnitente Athi Hannoniæ oppido quartâ Junij ictum est fœdus, multis additis conditionibus. Inter cætera, ut Margaretæ comitis uxori, Antverpia cum adiacentibus quatuordecim vicis doti assignaretur. Ludovico Mechliniam pro belli impensis Wenceslaus cederet. Wilhelmo ob labores in saucienda pace dominium Heusdanum, quod tunc Brabantici juris erat, concederetur. Unde natum vulgare proverbium :

Joannes de  
Leijdis in  
Chronico Belgico  
Lib. 30.

Heusden mijn, Mechelen dijn.

~~Mechelen dijn.~~

Heusden sid nostri juris, Mechlinia vestri.

~~Heusden sid nostri juris,~~

~~Mechlinia vestri.~~

Carè profectò hoc bellum constitit

Wenceslao : nec pace acquisivit, quæ Marte retinere sperabat. Hæc est alterutrius pro exigui fundi conservanda, recuperandave possessione, sæpe conditio litigantium : ut quod quæstioni subijcitur, non solum amittat : sed bonam insuper substantiæ partem, impensis distrahendo consumat.

Annotationes ad  
Cap. 1<sup>um</sup>.

Joanne illius nominis Tertio. Stirps mascula Brabantina non fuit extincta cum hoc duce, super est illa hodie in Lantgravijs Hassiæ. Henricus enim secundus Brabantie Dux mortuâ primâ uxore Mariâ filiâ Philippi Imperatoris, Ex quâ sustulerat Henricum ducatus

heredem et quatuor filias, secundam duxit, Sophiam filiam Ludovici Lantgravij et S. Elijsabethæ, ex qua genuit Henricus Hassiæ Lantgravium, ex quo Principes moderni descendunt. Ducatus tamen Brabantiae pervenit ad domum Burgundicam post mortem Joanne filiae. Barlandus patrem insigni elogio celebrati : Joannes, inquit, haud multo post ex humanis decessit, anno principatus quadragesimo Tertio, à Christi ortu M.CCCLV. præcedaneis ferijs D. Nicolai, nobilitas mœrore affecta corpus defuncti in monasterio, quod nostrâ linguâ Vileer, sepulchro multis cum lachrijmis intulit, Amiserat enim principem modestum, iusti tenacem et reipublicæ gerendæ maxime Idoneum. Trithemius dicit eum in habitu ordinis sepultum risitur etiamnum in choro ante primarium altare eius mausoleum

in cuius coronice ~~lapides~~ Lijdiij Lapidis recubat, virilis ~~?????~~ ipsum representans, statua, affabrè sculpta, paludamento hamatè tunicæ superinduto, pedibus manibusque trunca. Maria verò eius uxor, filia comitis Ebroicensis — regis Francie fratris, sepulchrum nacta est Bruxellis apud Minoritas.

Mariam Juiorem Raijnaldo duci Geldriæ. Horum Sponsalia celebrata fuere in arce Vincennensis Silvæ in Gallia, procurante Philippo Francorum regæ anno M.CCC.XLvij. ambo sine liberis discessere : Raijnaldus cognomine pinguis Carthusiam propè Arnhemium constituit à fratre suo Eduardo Victus in prælio Chieltano anno 1361 carceri traditur, ex quo post decennium dimissus in morbum incidit, præ nimia corporis obesitate in vinculis contracta, quo interiit anno 1371, sepultus in Valle Comitum. Maria

coniuge orbata, Turhoutum se recepit, ubi arcem illam extrucit, quam Guicciardinus scribit esse mediocrem, atque tutum satis in repentino motu præsidium, anno 1597, fortuito, ut volunt incendio conflagrata est. Non contenta arcis ædificio, ut loco maior accederet dignitas, præter publicum pauperum et peregrinorum receptaculum, canonicorum collegium in æde D. Petro Sacra instituit, cui contulit splendida sacrorum ornamenta. Inter quæ hodieque super est tapes acu pictus ante summum altare propendens, ipsius Mariæ manu confectus eleganti et antiquo opere, præferens D. Petrum Ecclesiæ patronum in Cathedrâ sedentem, cinctum sine inde Joannâ et Mariâ geniculantibus — additâ hac Epigraphe :

Sancte Petre peccatorum solve  
Vincula, potestate tibi tradita.



Præterea pijs mulierculis (: begginas has vocant :) fundum dedit et templum posuit, et monasterium Canonicorum regularium condidit in Corsendonck. Mortua est Bruxellis apud sororem anno 1392. calendis Martij, et tumulata apud minoritas iuxta Matrem.

Margaretam Ludovico Maleano. Se his fuse Meijerus in Annalibus Flandriæ. Uicam reliquerunt prolem, eamque fæmineam, Margaretam, quæ nupsit Philippo Duci Burgundiæ.

Joannam Prudentissimam Prudentissimam heroina quot extant Brabantiarum rerum scriptores, tot eius laudum præcones præfuit annis 51 : sepulta est Bruxellis in choro Carmelitarum quorum familia conscientie suo moderatorem delegerat cujus memoriam extantem apud Cuperum in historia manus. cap. VIII quam hic inserendam judicavi quæ est talis : Reverendus P. Joannes Ducis S.T. doctor quem ob singulares animi dotes (erat enim consilio ~~prudens~~ providus animarum zelo servens, eloquentiâ et probitate vitæ excellens) Plebanum S. Gudilæ Bruxellis et consentiente summo pontifice Canonicum Buscoducensem constituit Serenissima ac Pijssima Brabantia ducissa Joanna ( cui usque ad extremum vitæ confessarius fuit ) quæ in choro nostro Carmeli Bruxellensis sepulta resurrectionis diem præstolatur. Obijt ipse etiam Bruxellæ plenus dierum et bonorum operum. Anno 1433. Fovit amorem Joanna erga Carmelitas ~~???~~ imitata patrem Joannem, qui ~~tan~~ in tantum eos dilexit : ut Priorem conventus ~~pro tempore~~ perpetuum Tribunalis nemorum judicem in ædibus dictus Broothuijs erecti creaverit, assignatis monasterio illius officij intuitu centum quinquaginta ligni mensionis annuatim. Carmelitarum ~~Bruxell??~~ conventus Mechliniensis

Inscriptio sepulchralis Joannæ Principis æneo limbo conditorij sequens ~~Joannæ Principis sequens~~ incisa legitur

Flandrico idomate :

Hier leet begraven saliger  
gedenckenissen die hogheboren  
vermoghende Vorstinne  
Vrouwe Joanne bijder  
gratien Godts hertoghinne  
van Lothrijck, van Brabant  
ende van Limborch, Marck-  
gravinne des heiligs Rijckx,  
outste dochter des derden  
Hertoghe Jans van  
Brabant ende Vrouwen  
Marien dochter Lodewijckx  
Greven van Evreux, die  
soon was Philips Coninck  
van Vranckrijck, welcke  
Vrouwe Johanne hadde  
drie broeders, te weten  
Henricken, Janne ende  
Godevarde, die alle drij  
∫aewel sij ende elck  
vanhen aen Coninlijck  
bloedt te huwelijcken  
state waren komen

afflijvich wordenden sonder  
eenighe wettighe gheboorte  
achter te laeten, Ierst  
te manne hadde Willem  
Graeve van Henegouwe,  
van Hollant, van Zeelant  
ende Heere van Vrieslant,  
ende na dat hij afflijvich  
was Wencelijn van Bohem  
Hertoghe van Luxemborgh  
ende Grave van Chineij,  
aller bijden levenden lijve  
Hertogen Jans haer vaders  
voorschreven, ende dese  
vrouwe Joanne hadde  
oock twee susteren  
Daeraff die auste was  
geheeten Marguerite  
die te man hadde Lode-  
wijck Grave van Vlaenderen  
etc. daeraff sij hadde een  
dochter oock geheeten  
Marguerite, die te manne  
hadde Philips sone des  
Coninckx van Vranckrijck  
Hertoghe van Bourgoignen, etc

daeraff sij hadde drij sonen,  
te weten Janne, Anthonis  
ende Philips. Ende d'ander  
haere jonckste suster  
was gheheeten Maria, die  
te manne hadde Reynalt  
Hertoghe van Gelre, ende  
starff sonder wettighe  
gheboorte. Welcke voor-  
schreven vrouwe Johanne  
naer dat sij LI Jaer lanck  
hare landen in groote eeren  
hadde beseten ende geregeert,  
starff oock sonder eenighe  
gheboorte van haren lijve  
achter te laeten int jaer  
ons heeren XIV. Hondert ende  
VI die eersten dach van  
December.

Eam sic reddas latine :

Hic iacet sepulta piæ  
memoræ illustris et potens  
Princeps Domina Joanna

dei gratiâ ducissa Lotharingiæ,  
Brabantiae et Limburgi,  
Marchionissa S. Imperij,  
primogenta Joannis Tertij  
ducis Brabantiae et Domine  
Mariae filiae Ludovici Comitis  
Ebroicensis, qui erat filius  
Philippi regis Francorum,  
quæ Domina Johanna, tres  
habebat fratres, scilicet  
Henricum, Joannem et  
Godefridum, qui tres ( : quamus  
omnes et singuli uxores  
duxerant regij sanguinis : )  
mortui sunt nulla superstite  
prole legitimâ. Primo  
nupta fuit Wilhelmo  
comiti Hannoniæ, Hollandiæ  
Zelandiæ et Domino Frisiæ.  
Quo mortuo maritum nacta  
est Wenceslaum Bohemicum,  
ducem Luxenburgensem et  
Comitem Chiniacensem, ambos  
Viniente duce Joanne patre

suo præscripto. Et huic Dominæ  
Johannæ etiam erant duæ  
sorores, quarum senior  
Margareta nuncupatam quæ  
iuncta fuit matrimonio  
Ludovico Comiti Flandriæ etc.  
Ex quo peperit filiam eiusdem  
nominis, quam Philippus  
filius Regis Francorum  
dux Burgundiæ accepit in  
uxorem etc. Ex quo peperit  
tres filios, scilicet Joannem,  
Anthonium et Philippum  
Et alia Jnior vocata  
Maria quæ nupserat Raijnaldo  
duci Geldriæ et moriebatur  
sine prole legitima.  
Quæ prefata Domina Johanna  
postquam LI annis suas  
ditiones summo honore  
possederat et rexerat :  
obiit etiam nullâ ex se  
prole relictâ, anno

domini M.CCCC.VI calend.  
decembris.

Circum ipsam urnam viginti nuper solidæ molis effigies cernebantur, septem ab unoquoque latere : tres infra caput : totidem sub pedibus, quæ Burgundiæ domus Prinipes, eique affines repræsentabant, insignia gentilitia cuique propria gestantes. Ab annis aliquot quia nimium cariosæ ac mutilæ, sublatae sunt et tumulus ære regio reparatus. Ipsius Joannæ cubans lignea statua, cijclade amicitur, adiac et illi infantis simulachrum. Quidam cum Divæo et Miræo arbitrantur esse Wilhelmi filij sui, quem ex Wilhelmo primo marito genuit : sed falluntur : epitaphium enim pueri Joannæ elogio ad scriptum, cuius exemplar annotanimus, prædicat gerere formam pronepotis sui

Anthonij ducis Burgundiæ, cui ducatum Brabantiaë, sesqui plus minus anno ante obitum cesserat :

Hier leijt begraven Willem  
van Brabant, zoon An-  
thonis, Hertoghe van  
Lotrijck, van Brabant  
ende van Limborch, dien  
hij hadde van Vrouwe  
Elijsabeth Gorlitz sijnren  
tweester ghesellijnen,  
die dochter was Jans  
Hertoghe van Gorlitz,  
Zoone Carles des vierden  
Roomschen keisers ende  
Conicx van Behem, ende  
broeder Wenceslijns  
Roomsche ende van Behem  
Konincx, ende Seghemondts  
Konincx van Honguerien,  
ende naemaels Roomsche  
Keysers, welcken Willem  
nijet langhe es leefde,



ende ætatis suæ ense primus  
ende sterff als men schreef  
d'iaer ons heere duijsent,  
vier hondert ende thien  
opden thiensten dach des  
maendt van Julio

Quæ in ~~linguam latinam~~ latinam linguam scribet convertere.

Hic sepultus Jacet Wilhelmus  
Brabantinis filius Anthonij  
ducis Lotharingiæ, Brabantiæ  
et Limburgi, quem sustulerat  
ex Domina Elizabetha Gor  
litiæ, secunda conthorali  
suâ, Joannis ducis Gorliti  
filii, Carioli quarti Romani  
Imperatoris ac regis  
Bohemiæ filiæ, atque  
Wenceslai, Romani et Bo-  
hemiæ Regis, ac Sigismundi  
Regis Hungariæ post-  
modum Imperatoris.

mense primo  
Ætatis suæ

Romanorum fratris. Qui  
Wilhelmus non diu superstes  
fuit. Obijt anno. M.CCCC.X  
decimo die mensis Julij.

Meminit quoque obitus et humationis serenissimi feveri Joannes de Leydis Carmelita In analibus Lib 32. Cap. 5 Elizabetha, inquit, concepit ex Wilhelmo Duce Brabantiae et genuit filium, Wilhelmum nomine, ~~ex~~ quem exfonte levauerunt Bruxellae in Ecclesia Sanctae Gudilae Dux Wilhelmus de Bavaria Comes Hannoniae et Hollandiae et frater eius Dux Joannes electus Leodiensis, sed idem Wilhelmus iuuenis obijt, sepultus sub tumbâ Joannae Ducisse Brabantiae apud Bruxellam in monasterio fratrum Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo

Oostervant.. Austrovandiam antiquus

comitatus, fuit peculium perpetuæ fiducia, seu appanagium minorum natu filiorum Hannoniæ comitum ; membrum est illius Provinciæ, habebat que metropolim Buccinium, Duacum, ~~aliq~~ aliaque loca complectebatur. Ab Austovandia quidam Austrasiam erivari volunt : quæ conjectura eo roboratur, quod sanctus ~~?????????~~ ~~sanctus enim~~ Adalbaldus dux Duacensis et sancta Regina eius coniux, qui ambo Dononiense monasterium in Atrebatensi diocesi fundarunt, Comites de Oostervant ex Regum Austrasiæ prosapie prosapia procreati fuerunt. Jacobus de Guise, f. 9, vol. 2, cap. 4 dicit, id nomem ortum ab Ostrogothio, qui tractum istum subiugarunt anno 453. postquam Attila ejus fuit propè Chalonium. On dit, inquit, que ces batailles contre ces huns furent en Ostrogothie, c'est

Anno 764. Vide  
molanium in  
natalibus SS  
Chron. Locri(?)  
et alios

In annalib.  
Hannoniæ ad  
Annis 451

a dire Ostrevant, comme dit Thomellus, Car Heruac contre Walamer bataillant, fonde le château que maintenant on appelle Hormaing, et Walamer, se tenoit en une forte place, qui s'appelle Waters. Et in fine eiusdem capitis dicit. Et a esté tousiours le paijs appellé Ostrogothiam ou Ostrevan. Sed hanc opinionem refutat Franciscus Vinckant. vide, quæ habet de hoc comitatu Doutremannus in historia Valencenensi, lib. 1, cap. IV et parte 2, cap. 7.

Extant Tornaci in bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis manuscriptæ Instructiones Gallicæ quondam D. Dionijsij Villerij Canonici et Cancellarij Tornacensis : quibus ostenditur tractum de Ostervant minime subiectum Gallico Imperio. Item apud D. Philippum de Bologne eiusdem Ecclesiæ

Canonicum reperitur idioma gallico manuscriptus codex tractans de omnibus Oostrovandiæ Comitibus ; fuerunt aliqui inter illos de ordine Carthusiensi bene meriti, quorum facile præcipuus Franco de Borsalia ultimus maritus Jacobæ Comitissæ Hannoniæ et Hollandiæ. In eum anno 1469 extitit munificus fundator Carthusiæ Delphensiæ ex sequentibus litteris patet.

Universis presentia visuris seu audituris. Ego Egidius Joije presbyter Canonicus Ecclesiæ Sti Donatiani Brugensis Curatus, seu pastor Ecclesiæ prochialis sancti Ipoliti martijris ~~pppp~~ In Delff partium Hollandiæ, Traiectensis diocesis, Illustri simique principis ac Domini Domini Caroli Ducis Burgundiæ, Brabantiæ etc. Cappellæ

domesticæ cappellanus, quia in commissa mihi pastoralis curæ administratione subditis  
meis, illis præsertim, qui circa ecclesiasticam disciplinam ferventiores existunt et ad  
perfectionem diligentiores tendere videntur. Cupio gratosus existere divini quæ  
/ per præsentis, Quod ad piam petitionem nobilis Domini Domini Franconis de  
/ Borsalia comitis de Oostervant nec non venerabilium ~~principum plurium~~ patrum  
/ plurimum mihi dilectorum prioris domus Cappellæ prope Angiam et prioris domus  
/ Vallis Regalis prope Gandavum ordinis Carthusiensis monasterium seu domum  
/ eiusdem ordinis ad laudem Dei omnipotentis et honorem beati Bartholomei apostoli

/ propè Delff infra limites prochiæ meæ erigere cupiverim, ut ijdem Carthusienses et  
/ quos duxerunt eligendos, Ecclesiam, altaria, Cimiterium, ambitum, cellas, officinas et  
/ cætera omnia ad prædictum monasterium pertinentia, ordinare, fondare, erigere et  
/ tandem consummare. Et cum optimum fuerit eadem facere consecrari : horas que  
/ Canonicas iuxta morem ordinis exercere. Et ut prior seu presidens ibidem aut alius  
/ Idoneus per eum admissus fratrum commensalium, familiarium et hospitem  
/ confessionibus diligenter amitis, de commissis pœnitentiam salutarem iniungere, ac  
/ eosdem absolvere, nec non ecclesiastica sacramenta Corporis Christi videlicet ~~scilicet~~  
/ et extremæ unctionis

/ præfectis personis omnibus et singulis ministrare. Et ea in loco decenti conservare, ut  
/ etiam in eorum cimiterio fratrum, commensalium, familiarium et hospitem  
/ prædictorum nec non quorumcumque Christi ~~????~~ fidelium sepulturam ibidem  
/ eligentium, decedentium corpora sepelire valeat, et valeant, pro et successoribus  
/ meis gratiosè indulgeo per præsentem et concedo, salvo quod pro qualibet persona  
/ extranea de parochiæ mea ibidem sepelienda solvent ~~???~~ mihi vel successoribus meis  
/ ~~unam~~ pro tempore unam unciam argenti puri seu duo lood vel valorem eius in  
/ pagamento infra octo dies à die sepulturæ computandos ~~????????~~ pro ~~?????~~ portione  
/ verò canonica, ac pro indemnitate Ecclesiæ



/ meæ præfatæ et obligationibus ac obventionibus quibuscumque singulis annis unum  
 / lood cum medio vel valore eius infra octavas Paschæ bona fide realiter et in effectu  
 / solvere promiserunt, In testimonium et Robur omnium præmissorum Sigillum curæ  
 / meæ sæpè dictæ præsentibus duxi appendendum. Datum anno millesimo  
 / quadringentesimo sexagesimo nono, secunda die augusti, ?????? collatione ?????suo  
 ??????????????

Wenceslaus Luxenburgensis, primus hic dux Luxenburgensis à fratre Carolo ~~III~~ IV,  
 Imperatore creatus anno ~~16~~ 1333 in conceptionis Deiparæ

Barthelius in  
historia Luxen-  
burgensi

pervingilio, prole nulla sibi superstite ( : cum antea filius eius Joannes quondam Argentinensium Episcopus ac deinde Moguntinensis, Archiepiscopus laudatissimus, humanis rebus esset exemptus : ) morte solutus in Aureæ Vallis Cisterciensis ordinis monasterio sepulturæ est traditus, cui eiusmodi Epitaphium, ut sequitur

Cij gist le Tres excellent  
et vaillant Prins Wenceslaus  
de Boheme duc de Luxembourg,  
Brabant, de Lembourg,  
de Lothier et Comte de Chijnij,  
qui treppassa l'an 1333 ~~La~~  
La nuit de conception de nostre Dame  
nostre dame prie pour  
prié pour lui que Dieu & a l'ame.

Comes Montanus. Seu Bergensis. Gerardus filius Guilielmi qui anno 1337. Inghelhemij ludis hattilibus inter fuit

Wasia. Tractus est Flandriæ fertilissimus. Vulgò castellania seu terra Wasia vicatur. Gerit pro scrutaria icone rapam argenteam in area miniata. Dominorum feriem exhibet Miræus in Chronico Belgico ad annum 1038. Leguntur in præmemorata Tornacensi bibliotheca monumenta hactenus tñpis inedita, in quibus demonstratur Wasiam Flandriæ partem semper à Gallico domanio ?????? fuisse independentem. Olim fuit Hollandiæ comitum castrense peculium.

Anno 14...  
Integrum vero

Reliqua vero pars.  
ab Heetfeldicis à  
ducibus Braban-  
tiæ ~~et eunque~~  
passessa tandem  
Philippo ~~Comite~~  
Burgundo Comite  
Sti Pauli et  
Lipuijobum  
?????possessa qui  
eam ???dedit  
transtulit anno  
1422 in Petram  
de Pipenpoij ejus-  
que successoribus,  
qui eam ???pravit  
Joanni de Grim-  
bergis Gerard  
Chronicon ejus de  
et archiva  
Pipenpoij Afflig.  
eam ??? Sti Joanni

Lib. 2. cap. 7.  
hist. Sacræ.

Lib. 2. Cap. 6.

Joannes de Ascha hereditarius ducis Brabantiae vexillifer. Erat hic quidem ex antiqua Ascanorum propagine, quæ longo tempore ante Grimbergenses, alias Bertholdos, toparchia Ascam, septem modo pagos complectente, posita est : sed lineâ femininâ Grimberganæ suæ masculæ connubiali vinculo juncta Anno 1227. qua rationæ ad Grimberganos (écrit au-dessus : dimidium ~~paternum partiale~~) Ascanum peculium revenit pro una parte ~~ante enim~~ ante hac enim integra ducensis post annis visariam(?) aliquando misum, et à duobus simul dominis possessum ex infra referendis licebit conjecturare. Eorum verò emortua stirpe ad gentiles de Jasse, eaqum deficiente, ad nobilem familiam de Coutereau, cujus stemma inferius dabimus. Placet hic ordini feudatarios Aschæ dominos, et ex illis hereditarios ducis vexilliferos exhibere. Licet fortè non omnes ex ad veterem Ascanam ~~primariæ propaginis~~ familiam ~~pertinentes fuerimus~~ ~~????????~~ pertinentes fuerimus assecuti, ob penuriam monumentorum illius ævi, quo floruerunt.

Toparchæ Ascani ex veterem ~~ascana familia.~~  
ascana familia.

1

Mattheus dominus Aschæ Eques clarissimus, ? ?de nomine suo ? ? ? ? ? vobusque ? ? ? ? ? litteris Henrici Comitis Brabantensis, quibus anno 1086. fundat Monasterium Affligeniense.

2

Henricus enstuit rebus fortiter gestis in asiatica expeditione anno 1096 ; teste Guilielmo Tijriensi, qui eum missum ligatum à Godefrido Buillonio ad Imperatorum Constantinopolitanum commemorato. Consule eundem Lib. 3, Cap. 6 ubi iterum honorificam facit de Henrico mentionem. Item Cap. 17. et 22. Lib. 6. Ubi eum vocat, virum probitate singularem. et Lib. 7, Cap. 1 de obitu ejus ita disserit : Henricus de Ascha vir et generis titulo et strenuitate commendabilis apud castrum Turbessel consumptus est ibique sepultus. Fratrem habuit Godefridum in eadem expeditione, militari gloriâ insignem. Functus est legatione ad Calemanum regem Hungariæ, ad petendum transitum pro cruce signatis per eam regionem : ut narrato idem Tijriensis : Missus est, inquit, vir nobilis Godefridus de Asca Henrici frater, eo quod ejusdem regis à multis retrò temporibus, familiaritatem habuerat, cum quibusdam honestis viris et nobilibus ut ejusdem legationis fungatur officio. Cui, postquam legationis suæ causam exposuisset, Rex in hæc verba respoindit : Placet vir amicitiatum Godefride, cui meritis exigentibus, jam pridem nostram consulimus gratiane, quod ad nos ingressus es, tum ut veterem renovemus amicitiam etc.

3

Miræus in Notitia  
Eccles. Cap. 136

Henricus II interfuit anno 1125. donationi, quam Arnoldus Comes Arschotanus fecit omnium bonorum suorum, quæ possidebat in Buggenhaut, monasterio Affligemiensi, in quo prefatus Comes habebat Joannem fratrem monachum. Fratres habuit Arnoldum et Waltherum.

4

Gerardus Ascanus anno 1137. Partes fovit(?) Bartholdonum in bello Grimbergensi.

5

Archiva  
Abbatiae  
Forestensis

Arnulphus de Asca subsignavit aano 1145. Litteris Godefridi tertij Brabantiae ducis, quibus confirmavit privilegia monialium Forestensium. Fuit ei frater Goswinus. ~~Nominatus uterque in litteris, Godefridi ducis, anni 1173 quibus confirmat allodium Goswini de Erpe datum, et.~~

6

Miræus in  
Not. Eccles. Cap.  
234Archiva  
monasterij  
Affligem.Ex monumentis  
Ecclesiae Divae  
GudilaeCommentaria  
rerum quotidiano-  
rum Brabantiae

Henricus de asca cum fratre Leonæ ~~subscriptis litteris~~ Godefridi III. Brabantiae ducis, quibus anno 1173 ratificatur acquisitionem villæ de Quedincourt pro monasterio Forestensi. Et anno 1175, renunciavit juri, Levandi decimas Affligemiensis Ecclesiae, quas annis ~~aliquot ?????~~ usurpaverit : de quâ re extatit litteris Ducis Godefridi. Interfuit etiam conventioni factæ inter Ducem prædictum et Philippum Flandriae Comitem super contractu matromij Henrici filij Godefridi et Machtildis, Comitissæ neptis. anno 1179 ~~Repe???~~ Chirographum ~~????~~ ~~subscripsit~~ quoque adscripsit pacificationi factæ inter Henricum I. Brabantiae ducem et Otthonem Geldriae comitem, eamque cum alijs nobilibus juramento confirmavit anno 1199. In Epistola conventus Epternacentis scriptam ad Henricum VI Imperatorem anno 1191, trium Ascanorum fit mentio Udonis, Godefridi et fratris ejus Henrici de Ham.

7

Ex ijsdem com-  
mentarijs

Richildis Ascana, Domina de ~~Aldenarda~~—Asca ~~vixit anno~~ uxor primo Gisleberti domini de Aldenarda, postea Waltheri, Toparchæ de Sotteghem, vixit anno 1209.

8

Arnulphus filius Richildis, cui mater superstes dedit dimidium peculium Ascanum ~~superstes dedit~~, idibus Maij anno supradicto.

Domini Ascani vesteris familiae  
Grimberganæ seu Bertholdicæ ex  
Qua primi hereditarij Brabantiae  
Ducis signiferi : quorum hic  
Series ponitur.

9

Archiva Monast.  
Affligem.

Guilielmus de Grimbergis duxit superioris Arnulphi forte filiam Elizabetham dominam Aschæ : dedit uxore approbante ~~anno 1231~~. Abbatiae Affligemiensi decimas omnis terræ arabilis in ~~de in paroch~~ pago de Aschæ. Quam donationem confirmavit Henricus II, dux Brabantiae pro festo S. Bartholomei anno 1231. Claruit in Prelio Stadingensi anno 1234 in quo ducale Brabantinorum signum prætulit, teste Divæo. Et hunc primum vexilliferum fuisse Lego ; Brabantia ducis ut ex hac sententia patet. Vivindesit etc.

Autumoque ob rem strennè tum gestam, ei à duce concessum, ut ejus posterì munere signiferi in perpetuum fungerendur fuitquoque sic assessor concilij Cortenbergensis tempore Henrici...Wilhelmus miles de Grimbergis dominus de Aska salutem, etc. super controversia quæ vertebatur inter illustrem Principem duum nostrum Henricum ducem Lotharia et Brabantia ex una et Arnoldum ducem de Wesemael ex altera super ea, quod prædictus dux asserebat prædictum dum Arnoldum ad B. Petrum in Lovanio pertinere et dicto Arnolde ex adverso sustinente quad non ad S. Petrum, sed ad S. Gertrudem in Nivella spectaret etc. pronuntianus arbitrando dictum Arnoldum de Wesemaele ad S. Petrum in Lovanio pertinere actum apud claustrum de Cortenbergense, ??? Sti Lucae evangelistæ Anno 1244.

Miræus in  
Donationibus

10

Deltroque ita  
antiquus Manus.

Guilielmus Grimbergensis II, Aschæ dominus filius superioris, quem Guido Dampetra Flandriæ comes donavit dominio de Opdorp anno 1258. fratres habuit Joannem in prælio Woringans clarum Anno 1288. 5. Julij cum Roberto nepote max recensendo. Utrumque extollit Emorico Dongelbergius in descriptione illius certaminis

————— Tua laus Ascane Roberte

Nec patruì memoranda tui postrema Joannis.

Custodia et cura vexilli commissa ~~fuit tunc~~ tunc fuit Rasoni de Grez, alias de Grave, equiti clarissimo, qui in Anglicanis expeditionibus summa cum gloria anno 1327. Militavit : à duce fortè surrogatus in locum Guilielmi, præ senectute aut infirmitate inepti ad arma. Prælatus Poëta de illo ibidem cecinit in hunc modum :

————— Similique suum de Grave Rasonem

Signiferum munit circa.

Et alio loco :

Iamque tabat suffossus equus rasonis et una

Brabanti se fundit humi spectabile signum.

Alter Guilielmo frater Henricus dominus de Morseke, duxit Joannam de Spineto et S. Bernardi ad Scaldim monasterium prædijs locupteravit Anno 1259, ~~fuit testis clientelæ~~ ~~fuit~~ fuit testis clientaris professionis factæ cæmeraci Richardo Imperatori anno 1268, à Joanne 1, duce Brabantia

11

Robertus de Grimbergis Aschæ dominus Guilielmi filius duxit primo Mariam de Bergis ut patet ex tabulis quibus anno 1292 dederunt decimas, quos habebant in Opdorp Abbati ac Religiosis sancti Bernardi ad Scaldim. Mariâ mortuâ duxit Isabellam de Blois, eaque defunctâ, tertiam adscivit Mariam Barbansoniam, quæ anno 1335. cum liberis marito fuit superstes ???????? quos ~~Robertus~~ Circa hæc tempora, reperta est secunda crux miraculosa in Ascha, ad quam stupenda edita postmodum prodigia, quod cum innotuisset Pontifici Benedicto XII, plurimas indulgentias, cruces in Ascha piè et religiosè visitantibus, Mariâ prædictâ procurante, concessit anno 1337. Originem miraculosæ inventionis non erit incongruum paucis hic enarrare, ex prima parte Novalis Sanctorum Brabantia. Mulier erat ibidem omista debitis : cui cum pignoris loco vestem apud Judæos usuras exercentes deponere voluisset, ijdem promiserunt grandem pecuniæ summam, quæ solvendis omnibus debitis ac necessarijs comparandis sufficeret ; si sacrum Christi corpus ore sumptum, indeque clam extractum, ad eos deferre vellet. Mulier auri cupiditate denicta, facturam se pollicetur : ad sacram synaxim accedit et dominicum corpus in paschate ore sacrilego sumptum, ex eoque sacrilega manu detractum, furtim templo adsportat judæis idipsum traditura. Verum tanti sceleris in itinere conscientia illam stimulante, mutato animo sacrum Christi

# Interfuit  
celeberimo  
ordinem  
conventui, anno  
1290 in quo  
Joannes I dux  
Brabantiae eis  
sanctiones edidit,  
quas venaculi  
Landt-Reuren  
appellatas inter  
quos una in  
quibus multa in  
iisdem civilium  
rerum jura  
statutuntur ac  
inter caetera ut  
Stryratori  
lignea terra cervix  
praedicatur Inter  
fuit Bellatore  
strenuus in prelio  
Wavringano suo  
dignis corepti  
Comitis de Viande  
que et domini de  
Peruweijs in horti  
ex stirpe  
Brabantini orti,  
antiqua Brabantiae  
signa preferens  
argenteam  
? ? ? ? ? fasciam in  
scuto miniato.  
Subscripsit  
Satutis ? ? ? ? ?  
Cortenbergensis  
cum alijs  
nobilibus a° 1312)

corpus in aridam almun, fortè ibi in via repertam, deposuit. Mirum dictu, alnus illa sumpto veluti à dominico corpore vigore restoruit, ac quamvis prossus arida, frondibus et ramis jucundissimè exornata est. Quo miraculo attoniti omnes undequaque ad praedictam arborem confluxere, plurimisque ibi caecis, claudis ac alijs languentibus divino munere sanitas restituta. Hinc factum ut cum assiduo peregrinorum concussu segetes circumquaque arborem illam latè conculcarentur, fundi possessor arreptâ securi arborem abscindere sit aggressus : verum inter ipsum opus, singula ligni segmenta bina inter se invicem, crucis in morem sanguineque respersa decidere videt. Quod etiam cum mulier illa una cum alijs, quos sei novitas eò pertraxerat, stupens animadvertisset, totam tandem sei seriem tremens aperuit. Hoc vero audito incolae unanimi consensu è praedictae arboris ligno crucem efformari curaverunt, ac in ASCHÆ pagi ecclesia ad honorem et memoriam venerabilis sacramenti adservari : ubi indies magna et stupenda patrata fuere miracula. Exinde cum vice quadam peregrini aliqui, crucis illius vivendae cupidi, Ascham contenderent, et in via, num adhuc ab eo loco longe sernoti essent à susticit quibusdam erpetijssent. Eorum unus : O stulti, inquit, tantosue(?) crucis hujus ergo labores assumitis ?cui non plus ego fidei, quam cruci illi super nucem istam positae (arborem quandam nucem juxta demonstrando) adhibeo. Mox vero, sum ipse, sum peregrini in designatam arborem oculos attolentes, spectabilem crucem in illius medio conspexerunt, quam humiliter genibur flexis fuit venerati. Ævulgato miraculo cleris ac scabini supplicatione solemni crucem illam mox detulerunt in templum et juxta majorem alteram crucem posuerunt.

Ex archivis Monasterij Swevicani

Miræus ex hibens prosapiam nobilis familiæ de Pipenpoij in donationibus Belgicis scribit Petrum de Pipenpoij filium Gisleberti et Philippinæ Diestensis, junctum matrimonio Mariæ de Heveræ, fuisse Asschæ dominum ?????? sed non video, quo fundamento, it adruetæ queat. Nisi ratione alius notabilis peculij, quod i Ascano territorio ab eo empti.

12

Robertus II. Aschæ dominus Brabantia hereditarius signifer. Hic ~~primus~~ Grimbergensi nomine omisso Ascanum se inscripsit. Uxorem habuit Isabellam filiam Florentij de Borsele, vixit anno 1324. Ut patet ex tabul quibus notum facit se Swivicanae Abbatia monialium juxta Teneramundam predia donassæ

13

Joannes filius Roberti duxit Agnetem de Leefdael filiam R... militis Castellani Bruxellensis et Agnetis Cliviensis. Hic inter fuit pugnae Scheutanae anno 1356 Confirmatione chartæ Cortenbergensis subscripsit, hoc modo : Joannes à Grimberga dominus Aschæ. Interfuit quidam Robertus de Ascha prælio Basuiliano(?) anno 1370. in quo Wenceslaus Brabantia dux captus. An hujus fuerit natu minor filius vel nepos, non satis apparet (double croix, suivie de : Laisse du blanco pour 6. lignes) (*dans la marge* : un long texte barré)

14

Guilielmus III. Ioanni Antonij Brabantia ducis filio admodum charus. Quidam referunt hunc Guilielmum occubuisse cum ipso duce in Prælio Azincuriano anno 1415, ac duralæ signum, in Gallias cum opulentis spolijs ablatum. Sed historiographi, qui conflictus hujus habent descriptionem, nihil simile commemorant : Imo, an certamini interfuerit dubitatur, quæ de ipso Poëta vernaculus in Chronico rijthmico habet, annectenda existimavi :

Sonder attene heb ick verstaen  
Met den sinen van Asche die Heere  
Dat hem eenighe mispresen seere  
Dat hij niet sijnen heere tier tijt  
Niet inne en ginck inden strijt  
Ende hij tijts ghenoegh was daer  
Ick hebbe oock sommighe voorwaer  
Ghehoort daer aff van Assche den heere  
Verantwoorden herde seere  
Des laet ick dat bestaen daer jegen  
Menich wort tunrecht wet beteghen

15

Joannes II. Dictus de Grimbergensis, Aschæ dominus, ~~Prætor Bruxellensis anno 1406~~ signavit 4. Novembris anno 1415. Litteras perpetuæ consociationis, factæ inter Prælatos et nobiles Brabantia, in obsequium et defensionem Joannis IV. ducis Brabantia

Laissé en blanco une demie page

16

Joannes III. Aschæ dominus duxit Corneliam de Bautersem dominam de Merxem, Rume, Hamme, Beverloo, Quaetmechelen, filiam Gerardi et ~~domi~~ Isabellæ de Launaij. Recognovit feudum Ascanum anno 1440, die 20 Julij. Isabella de Grimbergis, quæ in antiquis codicibus dicitur filia domini Aschæ (hujus fortè soror nupsit anno 1455.

Joanni domino de Longchamps.

Hic à Gerardo de Pipenpoij emit reliquam territoria partem ?????? unius estimatam sabi à Petro, Gerardi Papæ oppignaratam, qui eam pro se fuisque successoribus à

Philippo Burgundo Comite S. Pauli et Lignij gratis obtinuerat acquisiverat cujus partis feudataria dominus fuisse successor Heetveldios vid ste?ma eorum.

17

Joanna de Grimbergis filia major natu Joannis heres Ascani feudi, ultime ex Grimbergana familia clientelam professa est anno 1471. die 11. Octobris vidua existens de Ægidij de Jasse, Toparchæ de Bierges



Domini Ascani et vexilliferi  
 Brabantiæ hereditarij ex  
 familia de Jasse

18

Joanne de Jasse vel Jauche conjugum superiorum filia domina de Aschæ nupsit Guilielmo de Wijdeu alias de Tongris Equiti, recognavit feudum Ascanum jure retractus anno 1479. 8. Januarij.

Margarita heres comitis de Wijdeu et Ascani territorij nupsit Joanni de Coutereau dammatin equiti domino de Pruisieux et Tournelles in Gallia ; his nuptijs feudum Ascanum una cum Brabantiæ vexillisei hereditaria dignitate devolutum est ad convereanos versibus paucis Gallicis, in manuscriptis familiæ monumentis, hac modo expressum legitur

Ce riche paijs d'Asche de Grimberghe un partage  
 Honnoré d'une c roix que l'on va adorant  
 Ceux de Coutereau l'ajant acquit par mariage  
 Ont le droit de porter léstandart de Brabant.

Ascani Toparchæ et hereditarij  
 Brabantiæ vexilliferi ex familia  
 de Coutereau

19

\*Vulgo audit  
 Le Guidon de  
 Brabant

Joannes de Coutereau Dammartin Eques, baro de Jasse, Dominus Aschæ et Wijdeu ducis Brabantiæ hereditarius vexillifer uxorem primam habuit Mariam d'Argenteau, mortuam sine liberis. Sepulta est in choro Ecclesiæ Ascanæ ad latus septentrionale. Tumulus sequentem inscriptionem continet.

Suæ amantissimæ conjugii Mariæ d'Argenteau  
 Clari equitis Joannis d'Argenteau domini  
 D'Ochen et Winne filiæ, clarus eques  
 Joannes Coutereau Baro Jasseanus, de Wijdeu,  
 et in Ascha dominus poni jussit. Obijt illa  
 XII. Octobris Anno M.DLV.

Secundum verò duxit Catharinam de Brandenbourg filiam ~~Theobaldi~~ Theodori Baronis de Brandenbourg et Catharinæ de Liedekerke, Vicecomitis d'Audembourg, quæ decessit 12. januarij 1620. anno ætatis 85, tumulum nacta est in choro Ecclesiæ Ascanæ ad latus meridionalæ, stemmatibus gentilitijs hinc inde appositis Brandenbourg, Longchamp, Ene et Cruppé paternis, Liedekerke, Moerbeke, Ladowe et Berlette maternis, cum sequenti Epitaphio

Cij repose noble et genereuse dame,  
Catherine Baronne de Brandenbourg,  
dame de Gentines et de Steenockesele,  
Vefve de feu messire Jean de Coutereau  
Baron de Jauche, sire d'Assche,  
Wijdeu, Staijne, etc. En son vivant  
Lieutenant des fiefs de sa Majesté  
Catholique en Brabant, aijant vescu  
en sa viduité LIX ans trepassa le  
XII de janvier MDC XXI aagée (sic)  
de LXXXV. ans. Priez dieu pour son âme

Ipse ~~ver~~ Joannes jacet in medio chori ante summam oram. Conditorium habet ex lapide cæruleo, cui incisa consigninearum ~~marium~~ gentium octo insignia Coutereau familia per antiqua ex Gallijs oriunda, Baijart, Herdincx et Berchem, paterna. Wijdeu, Hove, Jausse et Assche materna cum ~~magno~~ scuto gentilitio de Coutereau, subjectâ hac epigraphe PRISIEVX ~~et pauli~~ et inferius sequens latina inscriptio legitui

Generosus eques Joannes Coutereau Baro Jaceanus  
dominus de Ascha et in Ascha, de Wijdeu, de Releghem etc.  
Curia feudorum Brabantia locum tenens æqui arnantissimus  
divini cultus et reipublicæ studiosissimus relicta nobili Catharina  
Brandenburga uxore altera arnantissima cum tribus filijs et  
une filia annos LXVII. cratus, defunctus est anno domini  
M.D.LXI. mensis septembris die XVII. Requiescat in pace.

20

Guilielmus de Coutereau dammartin Baro de Jasse dominus Aschæ etc. duxit Mariam de Coutereau majorem natu filiam ~~domini~~ Henrici domini de Westmale et Catharinæ de Halmal ex qua genuit filium et filiam. Sepultus est in Steenockeseele in medio chori Ecclesiæ Parochialis : quatuor leanes sustinent ~~lapidem~~ monumentum in quo et ~~ipsius~~ Guilielmi et ejus affinium ~~ejus~~ conspiciuntur insignia, cum hac inscriptione.

Cij gist noble et genereux Seigneur  
Messire Guillaume de Cotereau  
Baron de Jauche, Sire en Assche  
Seigneur de Guideu, Gentines  
Steenockeseele etc qui mourut  
le VII. d'Octobre l'an M.DCXXII.  
Prie dieu pour son ame.

21

Guilielmus de Coutereau superioris filius Baro de Jaussche et Aschæ dominus duxit Catharinam de Coutereau heredem de Westmael et Soncel ex qua proles quatuor procureavit.

~~Vexillum quod As~~ Signum ducale Brabantiae quod Ascani toparchæ in prælijs circumferre solent est atrii colores præferens ab una parte depictam ~~habens~~ Virginis MARLÆ imaginem vadijs circumfusam ab alia ipsius ducis insignia, aureum nempe leonem ungnibus et lingua exertis Elbisque rubris elevato eum corpore in pugnam ~~evibrantem~~ ~~Primus~~ ~~quorum~~ ~~primus~~ ~~author~~ ~~est~~ ~~Henricus~~ ~~dux~~ ~~primus~~ ~~Brabantiae~~, 4 istius nominis princeps qui regnavit ab anno 1183 usque ad annij 1234. Tempore induciarum deponeretur ~~ae~~ ~~custo~~ ~~diebatur~~, in vicino Aschæ Affligeniensi monasterio, unde belli urgente necessitate extractum ad castra ~~transportabatur~~ deportabatur distat Ascha Bruxellis et Alosto pari intervallo, duarum nimirum levarum et mediæ, sita in extremitatibus Brabantiae, Estque municipium amplum ac patria Judoci Badij Tijpographi Parisiensis doctrinâ et libris scriptis clari, qui inde Ascensus est dictus. Ascham à Romanis inhabitatam testantur, et vallum Romanum in Vicinia, itemque via militaris, vulgo Kassije, quæ inde Bavacum ducit

Ista tetus M.S.  
belli Stadingensis

Bernardo Bornevallis) ~~Bra~~ Vocatur in annalibus Brabantiae eques clarissimus, ex nobili et perantiqua Calstrensi fuit familia. Obijt mense januario anno 1376, conditus Lovanij in Franciscanorum cænobio ad dextram partem chori. Præcessit eum in hoc munere Valterus à Maloponte eques, qui obiit anno 1352. Bernardo successit Joannes filius, qui cum sororem Henrici Bergarum Pricipis duxisset, natâ inter eos controversiâ, publico ordinum conventu sopita est ; bellica ejus virtus laudatur à varijs historiographis. Extat monumentum ejus ex ære Cijprio apud Dominicanos Lovanij. Magnum decus huic familiae adjecit suâ sanctitate et doctrinâ Henricus à Calstris Ordinis Prædicatorum. Vitam ejus à Joanne Gillemanno Canonico regulari in Rubea Valle conscriptam, edidit duaci Hijacintus Choquetius dominicanus. Arma quoque Calstrensi Lipsij nostri uxor ex hac domo prognata est. Hodie nullus tam inclijtæ ~~illius~~ stirpis superest. Possedit longo tempore pagos Heverleam, Lindam et Belandiam. Illius monumenta speciosa custodinut vestales in Parco. Bellis sacris plurimi inter illos illustres extiterunt. Megenardus anno 1130 : Ottho. anno 1152. Arnoldus 1185. Reginerius an. 1188. Arnoldus in nobili et virtute Lovaniensium clara steppensi clade an. 1213. Joannes tertio consul in prælio Balswiliano occisus anno 1371.

## Annotationes ad Cap. 1

~~...vijs Hassiæ  
Henricus enim  
2. Brabantiae dux  
mortua prima ux-  
ore Mariâ filia  
Philippi impera-  
toris ex qua sustu-  
lerat Henricum  
ducatus heredem  
et 4 filias secun-  
dam duxit So-  
phiam, filiam Lu-  
dovici Lantgravij  
et Stæ Elizabethæ  
ex qua genuit  
Henricum Hassiæ  
Lantgravium ex  
quo ??? Princes  
moderni descen-  
dunt~~

Visitur etiamnum  
in Choro ante pri-  
mariū altare ejus  
mausoleum, in cu-  
jus tornice lapi-  
dem recubat viri-  
lis, ducem repre-  
sentans, statua,  
affabrè sculpta,  
paludamento ha-  
mate tunicæ su-  
perinduto, pedi-  
bus manibusque  
truca. Maria verò  
ejus uxor, filia  
comitis Ebroicentis,  
regis Franciæ  
fratris, sepul-  
chrum nacta est  
Bruxellis apud  
Minoritas

Vide Hoijbergium  
in notis ad Cor-  
sendoncam Lato-  
mi

Joanne illius nominis tertio) Stirps mascula Brabantina non fuit extincta cum hoc Duce superest illa hodie in Lantgravij Hassiæ. Henricus enim 2. Brabantiae dux mortuâ primâ uxore Mariâ, filiâ Philippi Imperatoris ex qua sustulerat Henricum ducatus heredem et quatuor filias, secundam duxit Sophiam, filiam Ludovici Lantgravij et S. Elizabethæ ex qua genuit Henricum Hassiæ Lantgravium ex quo Princes moderni descendunt. Ducatis tamen Brabantiae pervenit ad domum Burgundicam post mortem Joannæ filiae. Barlandus Patrem insigni elogio celebrat Joannes, inquit, hand musto post ex humanis decessit, anno principatus quadragesimo tertio, à Christi ortu M.CCC.LV. præcedaneis ferijs D. Nicolai. Nobilitas mærore affecta, corpus defuncti in Monasterio, quod nostra lingua Vileer, sepulchro multis cum lachrymis intulit. Amiserat enim principem modestum, iusti tenacem, et Reipublicæ gerendæ maximè idoneum. Trithemius dicit eum in habitu ordinis sepultum Visitur extat etiamnum in summo choro ante primariū altare superbū ejus mausoleum cuijncumbit effigia virilis statuae fabrè sculpta, sed mutilata. Uxor ejus Maria, filia somitis Ebroicensis, Gallie è Evreux filijs regis Franciæ fratris, nacta est sepulchrum Bruxellis apud Minoritas

Mariam juniorem Raijnaldo duci Gelriæ) Horum sponsalia celebrata fuere in arce Vincennensis Sijlvæ in Gallia, procurante Philippo Francorum Rege anno M.CCC.XLVII. ambo sine liberis discessere. Raijnaldus à fratre suo Eduardo victus in Prælio ~~Ticht~~ Thieltano, carceri traditur ; Ex quo post decennium dimissus in morbum incidit, præ nimia corporis obesitate in vinculis contracta, quo interiit. Maria conjuge orbata, Turnhoutum se recepit, ubi arcem illam extruxit, quam Guicciardinus scribit esse, mediocrem atque tutum satis in repentino motu præsidium ; ~~See~~ anno 1597. fortuito ut volunt incendio conflagrata est. Non contenta arcis ædificio, ut loco major accederet dignitas, præter publicum pauperum et peregrinorum receptaculum, Canonicorum collegium in æde D. Petro sacra instituit, cui contulit splendida sacrorum ornamenta. Inter quæ hodieque superest tapes acu pictus ante summum altare propendens, ipsius Mariæ manu confectus eleganti et antiquo opere, præferens D. Petrum Ecclesiæ patronum in Cathedra sedentem, cinctum hinc inde Joannâ et Mariâ geniculantibus, addita hac Epigraphe.

Sancte Petre, peccatorum solve  
Vincula, potestate tibi tradita

~~Denique~~ Præterea Pij mulierculis (begginas has vocant) ??? fundum dedit et templum posuit, et Monasterium Canonicorum regularium condidit ~~in Corsendonck~~ in Corsendonck. Mortua est Bruxellis apud sororem anno 1398, Calendis Martij, et tumulata apud Minoritas juxta Matrem.

Maragaretam Ludovico Maleano) De his fusè Meijerus in annalibus Flandriæ. Unicam reliquerunt prolem eamquæ femineam, Margaretam, quæ nupsit Philippo Duci Burgundiæ.

Joannam) Prudentissimam heroinam. Tot Quot extant Brabanticarum rerum scriptores, tot ejus laudum Præcones. Præfuit annis. 51. Sepulta est in choro Carmelitarum Bruxellis, ~~in ejus ? ? ? ? Mausolei legitur sequens inscriptio Flandriæ~~ ~~Lamina æræ incisa~~ ubi sequens inscriptio sepulchralis ærao limbo conditorij incisa legitur flandrico idiomatæ :

Hier leet begraven saligher ghedenckenissen  
die hogheboren Vermoghende Vorstinne Vrouwe  
Jehanne bij der gratien Gots Hertoghinne  
van Lotrijck, van Branbant ende van Limborch,  
Marckgrevinne des Heijligh Rijckx, ouste dochter  
des derden Hertoghen Jans van Brabant  
ende Vrouwen Marien dochter Lodewijcx Greven  
van Evreux die soon was Philips Coninck van  
Vranckrijck, welcke Vrouwe Jehanne hadde  
drie broeders, te weten Henricken, Janne, ende  
Godevaerde, die alle drij hoe wel sij ende elck  
van hen aen Conincklijk bloet te huwelijcken  
State waren komen afflijvich worden sonder  
eenighe wittige geboorte achter te laeten,  
ierst te manne hadde Willem Greve van  
Henegouwe, van Hollant, van Zeelandt, ende  
Heer van Vrieslant, ende na dat hij afflijvich  
was Wencelijn van Behem Hertoghe van Luxen  
borgh ende Grave van Chineij, Allet bijden  
tenenden lijve Hertogen Jans haer vaders  
voorschreven, Ende deze vrouwe Jehanne hadde  
oock twee susteren daer aff die auste was ghe-  
heeten Marguerite die te man hadde Lodewijck  
Grave van Vlaenderen etc. daer aff sij hadde  
een dochter oock geheeten Marguerite, die  
te manne hadde Philips sone des coninx van  
Vranckrijck Hertoghe van Bourgoignen etc.  
daer af sij hadde drije sonen, te weten, Janne,  
Anthonis ende Philips. Ende d'ander hare jonckste  
suster was geheeten Maria die te manne hadde  
Reijnalt Hertoghe van Gelre, ende starff sonder  
wittighe gheboorte. Welcke voorschreven Vrouwe  
Jehanne naer dat sij ~~enen vi~~ LI iaer lanck

hare landen in groote eeren hadde beseten  
 ende geregeert, starf oock sonder eenighe  
 gheboorte van haeren lijve achter te laeten  
 in't iaer ons Heeren XIV. hondert ende VI.  
 den eersten dach van December.

~~§ Hanc sic latine reddas.~~

Hic iacet sepultu piæ memoriæ illustris ac potens Princeps domina Joanna dei gratiâ Ducissa Lotharingiæ, Brabantiae et Limburgi, Marchionissa S. Imperij, primogenita pannis tertij ducis Brabantiae et Dominae Mariae filiae Ludovici comites ~~Ebroicensis~~ Ebroicensis qui erat filius Philippi regis Francorum. Quæ Domina Johanna tres habebat fratres scilicet Henricum, Joannem et Godefridum, qui tres (quamvis omnes et singuli uxores duxerant regij sanguinis) mortui sunt nulla superstite prole legitima. Primo Nupta fuit Wilhelmo Comiti Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ et domino Frisiæ. Quo mortuo maritum nacta est Wenceslaum Bohemium, Ducem Lucenburgensem et comitem Chiniacensem ambos vivente ~~patre~~ Duce Joanne patre suo præscripto. Et hæc Dominae Joanna etiam erant duæ sorores quarum senior Margareta nuncupata quæ juncta fuit matrimonio Ludovico Comiti Flandriæ etc. ex quo peperit filiam ejusdem nominis, quam Philippus filius regis francorum Dux Burgundiæ accepit in uxorem etc. ex quo peperit tres filios scilicet Joannem, Anthonium et Philippum. Et alia junior vocata Maria, quæ nupserat Raijnaldo duci Geldriæ et moriebatur sine prole legitima. Quæ præfata domina Joanna, postquam LI annis suas ditiones summo honore possederat et rexerat, obiit etiam nulla ex se prole relicta anno domini MCCCC VI. cal. decembris.

Sur une languette collée :

Eam sic reddas Latinè.

Hic jacet etc.

Circum ipsam urnam viginti nuper solidæ molis effigies cernebantur, septem ab una quoque latere : tres infra caput : totidem sub pedibus quæ Burgundiæ domus principes eique affines representabant ; insignia gentilitia cuique propria gestantes. ~~Ipsius Joannæ lignea culanti statuæ clypeade amictæ, alia infantis adjacet. Quidam cum Divæ et  $\Lambda$  Ab annis aliquot, quia nimium cariosæ et mutilæ, sublatae sunt, et tumulus ære regio reparatus. Ipsius Joannæ cubans lignea statuæ, clypeade amicitur ; Adjacet illi infantis simulacrum. Quidam cum Divæ et Miræo arbitrantur esse Wilhelmi filij sui, quem ex Wilhelmo primo marito genuit : sed falluntur. Epitaphium enim supradicto Joannæ elogio adscriptum, cujus exemplar annotavimus, prædicat gerere formam pronepotis sui Antonij ducis Burgundiæ, cui ducatum Brabantia, sesqui plusminus anno ante obitum cesserat.~~

Hier leijt etc.

En ses trophées de Brabant. Quæ quia si eadum præpetustate ex etæ ??? utilæ suquus esse ut ??? aliquos fructunt sublata et urnaligne... humuli quam ambiebant æræ regio reparata.

Joannis de Leijdis  
carmelitæ. Lib.  
32

~~Narrat Christophorus Butkens~~ In hujus sepulchri circuitu ante paucis ab hinc annis ~~????~~ viginti statuae cernebantur septem ab unoquoque latere : tres infra caput : totidem sub pedibus, representantes domus Burgundiæ Principes, ~~vel~~ et illis affines, insignia gentilitia cuique propria gestantes. ~~fors?? ante Belgicos ???, hodie verò ???~~ Statua ipsius Joannæ è Ligno ~~?????~~ sculpta ~~more antique~~ cijklade amicitur. Adjacet illi infantis effi?? sunt quidam cum Miræo Divæo et Haræo arbitrantur esse Wilhelmi filij quem ex Wilhelmo primo marito genuit ; sed falluntur. Constat ~~ex ????????~~ esse filium pronepotis sui, ~~???~~ Antonij ducis Burgundiæ, cui ducatum Brabantia sequiplus minus anno ante obitum cesserat meminit illius quoque Joannes de Leijdis Carmelito in annalibus ~~tradide ??? Verba Anthonis, hujus rei nobis fidem facientis adscriba :~~ Elizabeth inquit concepit ex Anthonio Duce Brabantia et genuit filium, Wilhelmum nomine, quem ex fonte levaverunt Bruxellæ in Ecclesia Sanctæ Gudilæ Dux Wilhelmus de Bavaria Comes Hannonia et Hollandia et frater ejus Dux Joannes electus Leodiensis ; Sed idem Wilhelmus juvenis obiit, sepultus sub tumba Joannæ Ducissæ Brabantia apud Bruxellam in monasterio fratrum ordinis B. Mariæ Virginis de Monte Carmeli.

Anno 764.  
vide Molanum in  
Natalibus SS.  
Chron. Locrij et  
alios

In annalibus  
Hannonia ad  
annum 451

Oostervant) Austrovincia, antiquus comitatus, ~~div~~ fuit peculium perpetuae fiduciae, seu appennagium minorum natu filiorum Hannonia comitum ; Membrum est illius Provinciae, habebatque metropolim Buccinium ~~Galia è Bouchain~~, et Duacum aliaque loca complectebatur. Ab Austrovincia quidam Austrasiam derivari volunt, nec absque fundamento : Sanctus enim Adalboldus dux Duacensis, et Sancta Regina ejus conjux, qui ambo Dononiense monasterium in Atrebatensi diœcesi fundarunt, comites de Oostervant ex regum Austrasiae prosapia procreati fuerunt. Jacobus de Guise L. 9. vol. 2, Cap. 4. dicit id nomen ortum ab Ostroghotis, qui tractum istum subjugarunt Anno 453, postquam Attila cæsus fuisset propè Chalonium. On dit, inquit, que ces batailles contre ces Huns furent en Ostrogothie, c'est à dire Ostrevant, comme dit Thomellus, car Heruac contre Walamer bataillant, fonda le château que maintenant on appelle Hormaing, et Walamer se tenoit en une forte place, qui s'appelle Waters. Et in sine ejusdem capituli dicit. Et à esté tousjours le païs appelé Ostrogothian ou Ostrevan. Sed hanc opinionem refutat Franciscus Vinchant. Vide, quæ habet de hoc comitatu doutremannus in historia Valencenensi. L. 1. cap. 18. et parte 2. Cap. 7. ~~Ostervandia~~ ~~comitis ?? titulo insiquitur quidam Franco de Bursalia ultimus maritus Jacobæ~~ ~~comitissæ Hannonia et Hollandia ??? anno 1469 fundator Carthusia Delphenses ???~~ ~~subscriptis litteris ?martij?????????~~

Extant Tornaci in Bibliotheca Ecclesiae Cathedralis manuscripta in structiones gallica quondam D. Dionijsij Villerij Canonici et Cancellarij Tornacensis quibus ostenditur tractum de Oostervant minimè subjectum Gallico imperio manuscripta. Item apud D. Philippum de Bologne ~~tra~~ eiusdem Ecclesiae Canonicum reperitur ~~un~~ idiomate Gallico manuscriptus codex tractans de omnibus Oostrovan diae comitibus. fuerunt aliqui ~~inter~~ inter illos ~~????~~ de ordine Carthusiensi benè meriti, quorum facilè præcipuus Franco de Bursalia, ultimus maritus Jacobæ comitissæ Hannonia et Hollandia ; is enim anno 1469. extitit munificus fundator Carthusia Delphensis, ut ex sequentibus litteris patet.



Wenceslaus Luxenburgensis) Primus hic dux Luxenburgensis à fratre Carolo IV. Imperatore creatus anno 1383. in conceptionis Deiparæ pervigilio. prole nulla sibi superstita (cum antea filius ejus Joannes quondam argentinensis, humanis rebus esset exemptus) morte solutus in Aureæ Vallis Cisterciensis ordinis Monasterio sepulturæ est traditus, cui ejusmodi Epitaphium Gallico idiomate apposuerunt, ut sequitur

Cij gist le tres excellent et vaillant Prins  
Wenceslaus de Boheme Duc de Luxembourg,  
Brabant, de Lembourg, de Lothier et  
Comte de Chijnij, qui trepassa l'an 1383.  
La nuit de conception de nostre Dame,  
prie pour luij que Dieu en à l'ame.

Refutatur quorundam opinio, arbitrantium Ducem Brabantia, aliquando fuisse unum è septem electoribus Romani imperij.

Miræus in Diplomatum

~~Hic~~ Sequenti post cladem Scheutanam anno ad Curiam Imperialem à fratre suo Carolo prædicto celebratam in metensi urbe profectus, contendit cum duce Saxonie Rudolpho de munere protospatarij : sibi que non quidem titulo ducis Luxenburgensis, sed Brabantia, competere sustinebat ; ~~sed~~ At Saxonica domni authores omnes, qui de Imperij statu tractant, ??? munus id attribuunt. Et Ceremon. Eccles. L. 1. sectione 13, cap. 3. Tit. de recept. alien. Princ. Elect. Imp. id expressè continet, sub his terminis : Dux Saxonie Archimarchallus est et ense nudum ante Cæsarem præfect. ~~??? id sibi vendicasse ratione~~ Wenceslaum autem id sibi vendicasse ratione Ducatus Brabantia et Marchionatus S. Imperij insinuat diploma desuper enaratum à Carolo Imperatore, quod inter cætera habet : Considerantes quod prædictus frater noster Ducatum Brabantia et Marchionatum prædictos (quorum virtute ense ipsum ad gestandum, ut præmittitur, et senendum sibi dari patebat) à nostra Celsitudine nondum suscepit in feudum etc. sed his dignitatibus talem prærogativam annexam, quo argumento persuaderi poterit ? An quia, ut quidam gravissimi scriptores sustinent, olim dux Brabantia è septemiris electoribus unus fuisse dicitur, eaque ratione jus, quo se prædecessores abdicaverant, postliminiò recuperare conatus fit ? Non videtur verisimile. Neque credendum Duces Brabantia cum alijs sex ad electionem imperatoris concurrisse. Sustinent id quidem Baronius, Sigonius, Haralus et alij : sed quam infirmo nitantur fundamento, paucis ostendit Windekus in commentario de origine electorum imperij ~~nuper quidam ??? hac materia ??? ejus scriptorum exemplam manuscriptum penes ??? est nondum quod ????????~~ Non pigebit apponere, quæ ad rem nostram habet.

disquiramus

~~Præcipue~~ Sed Propius accedamus ad ~~????~~ testimonia ab oppugnatoribus adducta, et anijs probetur, rata non esse quæ de doctore redinivo traduntur. Primum est S. Brunonis aliam plane causam sui sæculo recessus, prodentis in epistola quam ~~de~~ de Calabria finibus scripsit ad Radulphum Viridem Ecclesiæ Remensis Præpositum. Quamquam (inquit) longo terrarum tractu, et prolixiore temporis spatio, corpora ab invicem sejuncta sunt, animus tamen benevolentia tuæ ab amico avelli non potuit et paulo post. In finibus autem Calabriae, cum fratribus religiosis et aliquot bene eruditis eremum incolo, ab hominum habitatione satis indique remotam, et paulò post. Quam (contemplationem) tu frater charissime utinam unice diligeres, ut ejus amplexibus fatus divino caleres amore. Et paulò post. fuge ergo frater mi fuge has molestias et miseras omnes et transferte à tempestate hujus mundi in tutam et quietam portus stationem. et paulò post. Quapropter opere pretium est diligenti examinatione prudentiam

~~Observamus in hic inquit Launoijus, instituenda Carthæ~~ Hic observam hijc S. Brunonem ~~?????~~ occasionem reliquendi sæculum sumpsisse, ex collectione quam cum Radulpho de salsis mundi oblectationibus et veris æternæ vitæ gardijs habuit, ac altum filere de regressu doctoris mortui ad vitam : ergo ~~et~~ fabulosa conversionis S. Brunonis causa dicenda est, inquit, qui cum Launoijo sentiunt. ~~sed simul~~  
Peremptoriam huic obiectimi ad fet solutionem author didascalicus : Potuerunt, ait fol. 18. et 19. conversionis S. Brunonis plures esse causæ. Non primo monitu S. Augustinus divinæ gratiæ dudum respondit sed multoties vocatus à deo tandem conversus est etc. Idem sibi moras nectenti evenisse S. Bruno, præcitata epistola, Manisessè fatetur. Tamesti enim repentino irradiatus divini luminis illapsu, enim amicis suis, Radulpho et Fulcio, unanimiter deo spopam disset, etiam voto emisso (quantocius sæculi depositis affectibus) monasticem profiteri, in cassum tamen abijse tam pium propositum

Ac promissum ordem contextu subindicat. Quod (votum nempe in vicino, ait peractum esset, nisi Fulcius Romam abiisset ; ad cuius reditum peragenda distulimus : quo moram faciente alijsque intervenientibus causis, divinus amor elanguit et friguit animus, ferrorque evanuit. Opus igitur fuit Brunoni adhuic fortiori incitamento, quo vinculis amoris sæculi repentè disruptis vocationi divinæ reipso tandem ob sequeretur. Vix porro efficacius velum esse potuit, horribili illo spectaculo, quo animitus concussus, absque ulla mora adimplevit, quod tam diu ante spiritui sancto promiserat.

Venio ???? ad testimonium Guigonis V. Carthusiæ Prioris. qui vitam S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani ex mandato summi pontificis scripsit, non vero incunabula Carthusianæ Religionis ex professo, Equidem fuisset locus narrandi prodigium resuscitati doctoris ad adventum S. Brunonis, si illud recens fuisset. Verum S. Hugo produentus somnio divinitus immisso statim agnovit hos 7 Viros stellas esse 7 ducatum sibi præstantes itineris ad solitudinem Carthusianam, in qua viderat deum suæ dignationi habitaculum construentem. Hoc enim propriè tangit vitam S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani et divinam approbationem Ordinis Carthusiensis, cuius imple complantator fuit.

Alios sexaginta scriptores à carthusianis PP. hujus assertionis velut sponsores adhibitus  
 figurenta nobis impofuisse credemus? An pari ratione, quæ D. Epiphanius et  
 Damascenus de Virginis obitu ~~????~~ prodidit cum reiicienda eo quod nullus facer author  
 in ~~scriptura~~ novo testamento de eo quidquam scriptum reliquerit? Multa profectò ab  
 ijs omissa, sola traditione ~~recepta rectè suscript~~ ~~????~~ recepta si quis convellat,  
 temeritatis nunquid insimulabitur. Ut si negaret. ~~Matrem domini, in canaculo~~ ~~???~~  
~~erant congregati fuisse~~ ~~???~~ ~~presentem cum spiritus sanctus super eos descendit, eo~~  
~~quod. Luca. In ??? apostolorum de ea non faciant mentionem, vel Christum post~~  
~~resurrectionem ei prium non apparuisse, quia omnes id Evangelistæ silent. Quis~~  
~~Indæorum nobis cædem, qua Herodes in innocentes grassatus est tradidit? Philo illis~~  
~~temporibus vicinus, ne minimo verbo indicat. Flavius Josephus diligens rerum~~  
~~Judaicarum scriptor, eam præterit : an fortè quia factum inimmænæ ipsum latuit!~~  
~~Nentiquam id credendum. Nee formidene quidam pelitiam dicendam~~ Am quia heredes  
 formidabat Herodis putas contienisse necque id verum videtur cum in Judaicis  
 antiquitatibus non veritus sit perstringere tjrani impietatem in propriam fabulem et in  
 cunctos ex æquo sævitiam ~~nisi fortè forsam~~ arti... Politicam quandam ad hoc eum  
 movisse rationem ~~vel quia gentis suæ non exideret gratiâ~~ ne scilicet hanc narrando  
 crudelitatem, in quam plures Herodios mandato exercuera, visus fuisset gentis suæ  
 gloriam attenuare. S. Paulus modum conversionis suæ à S. Luca in Actis apostolorum  
 descriptum nuquam in ~~epistolis~~ scriptis suis aperet ~~non recitat~~ cum tamen in prima ad  
 Galatas ~~illum~~ eum congrue potuisset exprimere Satis sit exemplum N. duos authoram  
~~præcipuorum testimonia loca à ??? objecta ???, quæ si suffragari~~ ~~????~~ ipsi non  
~~suffragari, cætera reddentur ina???~~ Primam est iptius S. Brunonis in ~~cepistola~~ ee  
~~Calabriæ finibus ad Radulphus Viridem Remensis Ecclesiæ præpositum scripta :~~  
~~Quamquam, inquit, longo terarum tractu, et prolixiore scripsis spatio corpora ab~~  
~~invicem sejuncta sunt, animus tamen benevolentia tuæ ab amico nielli non potuit. Et~~  
~~Paulò post. In finibus antem Calabriæ cum fratribus Religiosis etaliquot bene eruditis~~  
~~esenum incolo ab homium habitatione satis indique seniotam. Et paulò post. Quam (=~~  
~~contemplationem : ) In frater carissimè niram vuice diligeres. Ut ejus amplexibus sotus~~  
~~divino caleres amore. Et paulo post Fuge ergo frater mi, fuge has inlestias et miserias~~  
~~omnes, et transfer te à tempestate hujus mundi in tutam et quietam portus stationem.~~  
~~Et paulò post : Qua propter aperæ presium est diligenti examinatione prudentiam,~~  
~~istam perpendere. (dans la marge : N. de S. Huberto)~~

Cap. 18. L. 16.

Cap. 10. L. 17

Cap. 9.

N.

De S. Huberto

Primus hanc historiam in dulium revocare nisus est Papirius Massonius recens scriptor  
 Lib. 3. Annal. Franc. pag. 232. ab autoritate negativa ducit argumentum his versis

Sanctorum exuniæ. Quarum annis singulis festum solemniter hic, et alibi aliarum, Carthusiani celebrant ~~infra octava anni~~ in octavis omnium sanctorum. Quo die post lectionem Apostolicam in Capitulo per lectorem recententur reliquiæ IJsq̄ue recensitis additur (ac plurimorum aliorum, quorum omnium meritis et precibus adjuvemur) statimque Prior surgens nudato capite, incipit psalmum, Laudate dominum in sanctis ejus, quem et alij surgentes nudatis capitibus, alternatim prosequuntur, lectore in sedem suam revertente : et ad Gloria Patri, omnes prosternuntur. Sequitur Kijrieijson, Christe eleijson, Kijrieijson, Pater noster, Ave Maria. Hebdommadarius subjungit. Lætamini in domino et exultate justi est dominus vobiscum etc. Oremus. Propitiare quæsumus domine nobis famulis suis, per sanctorum tuorum, quorum reliquiæ in hac præsentī requiescunt Ecclesia merita gloriosa et eorum pia intercessione ab omnibus semper protegamur adversis, per dominum etc.

## Annotationes ad Cap. 2

Raijmundi Diocris  
resuscitati historia  
~~veram esse et~~  
~~editu???~~ propug-  
natur

fuit Theodoricus  
primo monachus in  
Monte Blandinio ad  
S. Petrum Gandavi

Obijt S. Ludovicus  
anno 1270.

## Dum cum collegis Bruno interest exequijs Raijmundi)

Cum ab annis aliquot hæc historia è Romano Breviario à Sacra Congregatione ritibus dirigendis præfecta summoneretur, subortum est de illius veritate dubium et inter viros præstantes doctrinâ viros præstantes graves altercationes internata : quidam commentitiam esse arbitrabantur, et stijlo in sigmenta reserebant, alij ut genuinam acerrimè defertabant. Bartholdus Nihusius fluctuans initio inter utramque opinionem Romam scripsit et per Janum Nicium Eriythræum triscitatus est è sacra congregatione, cur esset expuncta ex lectionibus horarijs, et responsum accepit, id nentiquam factum, quod judicaretur fabulosa, sed alia de causa. Ut videre est in ipsius epistola, quam didascalicæ epistolæ Andreæ de Saussaij Vicarij Archiepiscopi Parisiensis prefixit ; ubi dicit ab aliquibus in testem hujus veritatis adduci Theodoricum Abbatem S. Trudonis, qui scribit, visum sibi suis vel oculis defunctum illum, quem caput è feretro erigentem et nominatum fuisse Raijmundum. En hic testem oculatum.

Huic subjungam testimonium authoris anonijmi ex M.S. antiquissimo codice collegij Metensis, quem Claudius Tifaine Parisiensis perspectæ integritatis ac doctrinæ, descriptum ætate S. Ludovici regis existimat, et potuit author adhuc esse antiquior. Liber est Gallico idiomate, sed osco, vel casco, id est ut Gell. L. 11 c. 7. loquitur nimis obsoleto et ex culcato, conscriptus. Titulum præfert : Des quatre fleuves du Paradis, pour nettoijer, annoblir, clore et renforcer la cité de l'ame. Ejus Libri Cap. 3. Tigris fluvius allægoricè exponitur de timore Dei, in cujus divini doni fructum, et ut appareat quam multi à timore Dei parturiant Spiritum salutis, adducitur narratio de conversione S. Brunonis occasione doctoris damnati, his verbis, ne apice quidam immutato ex scriptis, concepta.

L'on raconte q'il fu vu mestre à Paris qui sus tous les autres mestres de celui temps avoit excellence en sens et en science. Il estoit selon ce que il apparissoit pars dehors de honeste convlation (?) : ne apparissoit en luij nulle mauvaise condition, ne nul vilain pechie, ce n'estoit de vaine gloire pour la grant science et pour le grant sens que nostre Sires li avait doné. Or a... on temps de celui grant mestre que Bruno, Radulphus, Fluvius ; ut conijci potest ex epistola S. Brunonis scripta ex Calabria finibus ad ipsum Radulphum trois ecoliers vindrent à Paris pour cause d'estude, qui estoient de mot grant hantece et de mot grant noblece, et se mistrent en la doctrine de celui grant mestre et au gouvernement come il feust de tous les autres mestres le plus excellent. Et quant il i orent esté pour lonc temps leur mestres mourut, dont il furent mot dolens, Et ce il avoient esté diligens de li honorer a sa vie, encore en furent il plus diligens à sa mort.

\* cujus consortij  
fuit verisimiliter  
Theodoricus S.  
Trudonis abbas

Et par especial devotion il veillierent la nuit en ouroison environ le cors, et quant il orent dite leur vegille de mors il commencerent leur sautier à useillie, et quant il orent dite la premiere matine, le cors qui ilenc gisoit mort se sourdi en son seant, et dist ces paroles. Celui est droiturier qui ma jugié. Lors ces trois clers et leur \* compagnie qui estoient environ le cors, furent mot esbahis: et ne pourtant il ne lessierent pas leur bonne euvre, Et comencierent la feconde matine dou sautier : et quant il lorent achevee, le ~~cors~~ cors mort se sordi en son seant aussi comme il avoit fait devant et dist : celui est juste et droiturier qui ma jugié et condampné. Et lors les trois clers furent plus esbahis que il n'avoient esté par devant et se saignierent et tres devotement comencierent la tierce matine : et quant il lorent achevee le cors dou mort se sordi la tierce fois et dist : celui est juste et droiturier qui ma jugié et condampné 7 ans tourmenteurs livré et baillié. Et en ce disant aussi comme vu estorbillan de vent se feri entre eux qui emporta le cors, ne ne sorent que il devint. Et les trois clers qui ses trois clers avoient esté et ses deciples furent mot esbahis et esmerveillies. Et maris de si merveilleuse aventure qui estaoit avenue à leur mestre. Adonc se partirent de celui lieu et s'en allerent en leur prime et enquesterent encoe et entre ceux qui avoient demouré onecques lui leur mestre de sa vie pour savoir se il en i avoient mil q'onques eust veu ne seu en luij pechié pourquoi il deust estre si horriblement dampné. Et quant il orent si diligament enquis et encherchié, il ne trouverent nulle chose en luij que l'en deust jugié à pechié mortel selon ce que l'en dei pouvait veoir par dehors, ne mes le pechié de vaine gloire. Et lors ces trois clers qui estoient personnes de mot tres grant hantece et de mot grant pouvoir, et de vive mot grant noblece conçurent en leur cuers si grant tremeur dela justice nostre seigneur pour ce que il avoient veu, que il accorderent tous trois ensemble, que pour leurs ames sauver et le peril de pardurable dampnement eschivé il delesseroient la con.sion du monde, pour, ce que sa vanité et sa seule vaine gloire ne les deceust ; et s'en iroient en aucun lieu desert et solitaire et serviroient nostre seigneur et tinroient solitaires en penitence durement et asprement. Et aussi comme il l'accorderent par le conseil dou S. Esprit il le firent et s'en allerent en Bourgoigne en un lieu desert plein de montaignes : et la entre les montaignes il firent leur celles, et vesquirent mot religieusement et mot asprement et mot saintement. Et par ces trois sains hommes et par ceux qui prindrent exemple a eux et vesquirent et converserent aussi comme eux, fu commencee et est encor maintenue et gardee l'ordre des chartreuxe selon ce que j'aij oi conter devant Madame la Comtesse de S. Pol a vu des grands greigneurs hommes et de plus ansciens de celle ordre de Chartreuxe.

Obscurum videri potest quod S. Bruno et socij dicantur secessisse in Burgundiam, cum secessent in Sabaudiam. Sic enim appellat Dorlandus in Chronico Cap. 1, Vitæ S. Brunonis, et alij veteres, regionem in qua est maior Carthusia cum aiunt S. Brunonem cum socijs montes Sabaudia adijisse, quia tunc temporis limbus ille oræ Delphinatium spectabat ad Sabaudiam, et Cartusia est in hodiernæ Sabaudia collimitio. Olim autem, non modo Sabaudia et Delphinatium regio universa, sed etiam valles quæ ad Ebredunum sunt et Pedemontio adjacent, veteris Burgundia appellatione signabantur. Eamque ob causam Hugo de S. Caro qui Barchinometæ oriundus erat ab antiquis scriptoribus dicitur fuisse ex veteri Burgundia cum esset ex ea valle Ebreduno contemnira. Quod monere oportuit, ne hic auctor falsitatis argueretur, eo quod dixerit S. Brunonem secessisse in Burgundiam, quamvis constet, erenum Carthusia ab hodierna Burgundia distare plurimum :

Quibus hæc narratio alia ac longè diversa videtur ab ijs quas habet Surius, Vincentius Belluacensis et alij plerique authores idem prodigium et S. Brunonis conversionem recitantes ; id eos scire velim ~~inulta~~ solere adijci detrahique quædam emblematica, quæia nec in hie alijs forte defun ~~de esse fatendum~~ est. Sic et Christus, inquit, annotator ad vitam S. Brunonis, prima veritas, qui nec fallere nec falli potuit, narraturus pænam divitis purpurati, absque periculo mendacij vel commenti affingit Lazaro recumbenti in sinu Abrahæ digitum, et diviti Damato epuloni qui non esset in statu merendi vel orandi, legitimam orationem ; aliaque intermiscet ad captum nostrum emblematica, quæ salva rei geste principe narratione et veritate bene consistere possunt. ~~Idem hic est iudicium~~

Sicut narratio de inventione S. Crucis per B. Helenam non insimulatur falsitatis, quamvis apud varios graves authores quoad narrationis substantiam concordet, magna sit quoad negotij adjuncta, circumstantiasque diversitas.

Neque deficient valdè antiqui authores prodigio damnati doctoris adstipulantes, quamvis eorum suffragatio in tanta Carthusianæ traditionis constantia non fit necessaria. Eorum autoritates convellere ~~nittur~~ satagit Joannes Launoijus Sorbonæ doctor in libello, cui titulus: Defensa Romani Breviarij correctio circa historiam Sancti Brunonis, Cap. 5. Sed quam infirmis rationibus, vel ille solus locus sufficienter indicabit. Ubi P. Polijcarpum 60. authores ~~ad pro~~ prodigium tradentes ~~ad struendæ~~ recententem, malæ in scribendo fidei connocere tentat : Inter ineditos, inquit, dictus Lannoijus, primum occurrit is, qui chartam foundationis majoris Carthusiæ scripsit. In hac enim charta ne unus quidem apex est de doctore vel Canonico Parisiensi, qui post mortem redinivus denunciatione feralis de se iudicij Brunonem in eremum pepulerit, sed ibi sola exprimitur facta ab Hugone donatio illius loci, in quo monasterium ædificatum est. Hoc totum Reverendissimus Prior Generalis ingenue professus est domino ~~Can~~ Nubleo cansidico Parisiensi, viro cum primis erudito et humanissimo, qui ex illo patre mensem abhinc unum quæsivit, unum charta foundationis majoris Carthusiæ contineret id, quod continere Polijcarpus scripserat. ~~in~~ Sed Reverendissimus pater Generalis monitus quid illi impingeret Launoijus, respondit his conceptis verbis ~~Nihil est~~ 18. Martij anno 1646 : Nihil est magis falsum, quam dicere, me attestatam esse, quod in Charta foundationis ordinis nostri, nihil contineatur de prodigio defuncti damnati. Ego ne, cogitari quidem id asserere quid in cæteris fidei merebitur, qui ficta pro certis veritati astruendæ allegat ? Vide Honoratum Leotardum ~~contra~~ adversus Herculem Commodianum, Seræ 2. Cap. Quæsito 3.

~~Addere juvat~~, Supereste etiam nunc in Majore Carthusia antiquissimus M.S. codex in octavo titulinâ alutâ convestitus, quo prodigium doctoris damnati diffusè expositum continetur. Domnus Chrijsantus Paulinus, religione et sapientiâ clarus, confirmat, cum superioribus annis coadjutorem in Carthusia ageret ejus codicis adeò antiqui inspectione, plærosque hospites dedoctos esse

Nec quod dicatur facta in ædibus defuncti falsitatis arguit : non enim statum omnia, prout contigerunt cuique innotescunt ~~et exortam~~ habeat singularum ~~notitiam~~. Et verisimile est rem ~~???????~~ ~~tempus:??~~

~~Paulo ante~~ non ita pridem peractam quando coram comite S. Pauli narrata adèoque relationem, circumstantias omnes, ab alijs postea descriptas perdidit, sive eamque exactam habuisse notitiam, cum nequidem ipsius S. Brunonis nominis neminerit.



Existimationem de falso damnato doctoris prodigio ex Lannoiji ac similium sermonibus conceptam. Viso enim adeò antiquo codice et tam perspicuè tamque plenè expressa in eo damnati doctoris anastasi, summittebant humeros, nec insimulari ~~????~~ novitatis, narrationem pro qua sataginnis ultro fatebantur.

Addere junat, quod ab perpetuam hujus ex pavescendi judicij memoriam ab eo tempore in officii defunctorum lectione omissa ~~???~~ sunt duo prima verba, Responde misi. Vidi ego exemplar unum, Troiæ in Gallia as usum Ecclesiæ Rhemensis impressum. Jacobus de Breine Benedictimus, in theatro sua nono antiquit Paris, erasa quoque testatur. Extant, inquit, non pauci libelli horariarum precum, Parisijs impressi, imo et nonnulli ante Tjipographiam natam manu ex grati in quibus hæc damnati doctoris historia in schemate representatur. ~~Addo quod in~~ Addo quod in proprio officio horarum ad usum Ecclesiæ Parisiensis hæc verba ~~prime lectionis secundi nocturni officij defunctorum~~ sublata funere ad annum 1607, quo officium diæceseos recusum fuit ~~ut prius~~, tunc enim restituta sunt ut prius : quod DD. Canonici in suum dedecus dicerent redundare, hoc persuasum vulgo, damnatum illum fuisse suæ Ecclesiæ Canonicum. ~~Ob quam forte rationem.~~

Nec magnoperè moramur, inquit, supra dictus annotator, qui obijciunt lectiones noni breviarij Romani, in quibus hæc historia subticetur. Quis enim breviarium à breviando dici nesciat ? ~~In ????~~ ~~pendirum ibi multa mittuntur, nec tamen ideo, quæ vel amittuntur, vel desiderantur damnata aut axpuncta dicenda su???~~ Et certè constat Romanos censores non ex falsitatis sed prolixitatis causa mutationem lectionum induxisse. Cum enim essent justò longiores ideòque forent decurtandæ, satius visum fuit eam de doctore damnato narrationem, quæ nullum S. Brunonis ornamentum continebat recidere, potius quam illa quæ ad ejus virtutes aut propria decora spectabant ~~spectabant~~ Potuit et huic rerisioni facilitatem accersere, quod Lannoijus, qui tum præsens Romæ aderat ~~eum alijs~~, urgebat cum alijs nonnullus, ut eam ~~quoque~~ narrationem etiamsi vera esset, præteriretur. ~~Quod Et certè censores Romani alia ex causa quam falsitatis~~

~~???~~ ~~????~~ ~~quia~~ Ea esse et erant civitatis regiæ vota, ac Parisiensis Cleri et Academiae proterea infamiæ notâ laborantium ~~est~~ non igitur omissa vel desiderata in lectionibus in compendium missis damnata et ex puncta dicenda. Si quis sustineat : Rogabo eum. In primis lectionibus percelebris fidei S. Brunonis confessio posita fuit, quæ in recensoribus omittitur, propterea sequitur eam à S. Brunone non factam fuisse. Non solum fides ~~est~~ et fidei confessio authentica est, quæ reperta fuit in calce cujusdam Martijrologij Anno 1614, in domo Sancti Stephani de Busco, cum hoc prologo: fidem magistri Brunonis, quam communiter fratribus suis protestatus est, cum sensisset sibi appropinquare horam mortis, ut ingrederetur viam universæ carnis scriptam curavimus servari eo quod satis intimè rogaret, ut fidei suæ coram deo testes essemus. Explicit prologus S. Mater Ecclesia ~~?????~~ declaravit fidei suæ professione non privabit, quandoquidem sine hac sanctus esse nequit.

Nunc detorquenda ~~fortissime~~, quibus Lannoijus uritur avitæ traditioni oppugnandæ tela. Roborat is suam sententiam sedecim authorum testimonijs vel potius ~~ipsium~~ ~~silentio~~ taciturnitate, qui de origine ordinis Carthusiensis scribentes, ne verbulo quidem anastasis Raijmundi meminerunt. Primum est S. Brunonis aliam plave causam qui à seculo recessus prodentis in epistola, quam ex Calabriae finibus scripsit ad Radulphum Viridem Ecclesiæ Rhemensis Præpositum. **2.** Guigonis V Carthusiæ Prioris in vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani. **3.** Guiberti Abbatis de Nonigento in tractatu quem de vita sua composuit **4.** Veteris manus. codicis statutorum et consuetudinum ordinis ubi vita S. Brunonis exaratur. **5.** Petri

Cluniacensis dicti Venerabilis L. 2. de miraculis cap. 28. **6.** Authoris vitæ Godefridi Episcopi Ambianensis L. 3. cap. 8. **7.** Jacobi de Vitriaco Cardinalis Cap. 18. historiæ occidentalis. **8.** Sigiberti Gemblacensis ad anum 1084. **9.** Roberti de Monte Sigiberti continuatoris ad annum 1131. **10.** Roberti de Chorçeon apostolicæ sedis in Gallia legati in summa M.S. quæst. 8. De simonia Cat. 17. **11.** Monachi Antissiodorensis in Chronico ad anno 1081. **12.** Cujusdam scriptoris nomine Adami in floribus historiæ quos Gregorio Nono Pontifici dicavit. **13.** Vincentij Bellonacensis in speculo historiali L. 26. Cap. 82. **14.** Humberti Burgundi V. Prædicatorum generalis sermone 24. ad Carthusienses. **15.** Joannis Frasqueti Monachi S. Germani Antissiodorensis in Chronico. **16.** Guilielmi Nangiari in Chronico M.S. de ordine et origine Carthusianorum ad anno 1132. **17.** Joannis de S. Victore in Memoriali M.S. historiæ ad anum 1322. Horum autoritatibus suffultus, portentosam doctoris Parisiensis resuscitationem ab antiquo traditam, nunque accidisse sustinet. Cur enim, inquit, illa silentio præterijstent quæ ad commendandam D. Brunonis et sociorum conversione et sæculi fugam conducerent verum an quia hi silverunt,

Maximè obijcitur testimonium Guiberti Abbatis de » Noningento

f° 41v

Page blanche

Caput ~~octavum~~ septimum.  
 Cura Sacelli concreditur fuit aliquo tempore  
 tribus anachoretis  
 Herniosus Virginis ope  
 sanatur et ali miracula  
 fiunt ad ejus invocationem.

Quia igitur Carthusienses intra pomæria civitatis se suaque transtulerant, et jam novæ Carthusiæ fundamenta jecerant, ne se penitus curâ Sacelli suburbani abdicasse viderentur, sarta tecta illius restaurare cæperunt et cum de substituendis ejus loci cultoribus et custodibus deliberarent, obtulerunt se sponte, nec acciti tres anachoreticæ vitæ professores, qui sibi custodiam illius committi rogitarunt. Verum quia id inconsulto Illustrissimo Mechliniensi Antistite fieri non potuit de re tota retulit ad eum V. P. Hercules Winckelius ordinis Carthusiensis per Belgium Visitator Provincialis in hæc verba : Illustrissime et Reverendissime, paucis ab hinc diebus ad me venerunt tres Eremitæ unus Gandavensis et alij duo Leodienses, qui hactenus in quodam deserto prope Monasterium Lobiense juxta oppidum Tuinum diœcesis Leodiensis vixerunt, sed propter prædonum grassantium quotidianas excursions, residentiam suam deserere sunt coacti, qui me rogant, ut sibi partem aliquam nostri per hæreticos desolati et solo ferè adæquati monasterij de Scheut ab inhabitam dum velim concedere : In hunc finem mihi exhibentes tam Vicarij generalis Leodiensis quam Episcopo Gandavensis testimonia ipsorum retroactæ vitæ probitatem et integritatem comprobantia. Ego vero cupiens omnino in loco dicti nostri monasterij quondam plurimis miraculis claro et devotissimo, priscæ religionis vestigia aliqua remanere et populi vicini devotionem promovere, communicato prius consilio cum priore nostri Conventus Lovanniensis, hujus provinciæ mecum visitatore generali, meoque conventu, ipsorum petitioni inclinatus, ipsis usum Sacelli B. Mariæ Virginis de Gratia nuncupati cum nonnullis ædificijs et horto ipsis designatis sub beneplacito Illustrissimæ et Reverendissimæ Paternitatis Vestræ et cum consensu dominorum Decani et Capituli Ecclesiæ collegiatæ Santi(sic) Petri Anderlacensis, sub quorum patronatu dictum monasterium situm est, ipsorum jure in omnibus salvo annuendum et concedendum putavimus.

In hæc verba supplicatum fuit Reverendissimo Archipræsuli cujus apostilla fuit ist hæc : Per nos licet, ut hoc sacello

utantur hi anachoretæ, quam diu se gerent sic ut ædificent. Actum Mechliniæ Anno 1597. Aug. 26. et signatum Matthias Archiepiscopus Mechliniensis. Successerunt itaque hi tres in locum Carthusiensium. Verum brevi admodum perstiterunt in hoc loco tempore ; expulsi sunt, nec potuerunt stare, quod ex eorum munero essent, de quo dixisset ille alius:

Nos numerus sumus et fruges consumere nati.

Horat. Lib. 1;  
Epist. 2

In quorum corporibus anima nihil faciebat, sed in toto possidebat illos sanguis et fumosissimus ille vapor qui de insano igne procedebat. Nundinatores enim et decoctores facti largitionum, quas pro redemptione animarum suarum offerebant fideles, damno quoque familiari flagitium aliud addebant, quod nec à vi quidem exrena abstinerent. His igitur expulsis locus ad Priores hæredes et ædiles redijt, penes quos semper usque in præsentem diem cura ædilitatis resedit ; Hoc Sacellum quod Deus fundaverat, virgo mater dotaverat, omnis vicinia et ipsi qui longè qui propè erant in sanguine Christi coluerant restaurare conati, ex Pandachio tenebroso et sordido, ac magis animalibus quam hominibus apto Pastophorio lucem eruere certabant, pristinoque nitori restituere. Nec in hoc operam suam desiderari passi sunt : sed cura reliquorum ædificiorum posthabita curam omnem suam ad conservationem Sacelli converterunt : Nec tanti fuit nuquam illis reliquum monasterium et templum (quod integrum ferè adhuc extabat) quam hoc unum primarium D. Virginis Matris domicilium quod vel ex eo liquet, quia templum et domum à fundamentis demoliti sunt ; sed Sacellum sartum tectum conservarunt.

Maximas interius ac veras gratias sospitatri suæ Divæ Virgini agebant, præcantes toto animo singularem mansuetudinem ejus, ut eos et se stabilire dignaretur in eodem loco, quando jam postliminio reversi, nullis suis meritis, pristinas possessiones et amissa bona per misericordiam Christi recuperassent. Experimentum igitur habentes illius erga se providentiæ cultum illius ab ipso lare, Uti dicitur, cæperunt ampliare : nec tamen major umquam sed longè inferior fuit domus hujus gloria, quam primæ illius quæ tot miraculorum prærogativa refulsit ; sed nimirum sicut visus est Deus olim in antiquo testamento secundum hominum capacitates non secundum plenitudinem divinitatis operari in eis, ita et Thaumaturga hæc divæ matris imago clementiæ suæ profusionem ~~dispersit~~ dispescit aut contrahit secundum præsentem justitiam hominum et fidem : Quia ergo non in sacerdotibus religio devota sicut olim ; non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, nec in moribus ea disciplina est ; sed negotiationis quæstuosæ nundinatio et cupiditatis ardore recuperandis aut ampliandis facultatibus insudatur, hinc minor est divæ matris in homines benevolentia et favor.

Nec tamen ita continet misericordias suas, ut non aliquando scintillæ quædam veteris ejus potentiæ erumpant, licet rarius quam

quam olim : nec verò aninus testata suppesunt hodie quam quæ olim edita sunt miracula ; quæ quia ferè gesta sunt in oculis nostris, libet hic unum atque alterum ex eis commemorare. Imprimis testatissimum est illud quod Anno 1623 contigit et actuarij manu consignatum est, et relatum in tabulas privatas Ecclesiasticas his ferè verbis: Anno domini 1629. 11. Martij coram me Huberto van Roijen Notario publico supremi Concilij suæ regiæ Majestatis admissio, Baseleæ in Wasia cum testibus infrascriptis comparuit in persona propria Engelbertus Puteanus Jansonius annorum 29, et testibus mox citandis apprimè notus, in verbo veritatis asserens et affirmans se à primis annis hærniosum fuisse, idque, quia infra annos pubertatis sensit, sed non discevit ( : referente matre ipsius Margareta Quiswaeter, quæ in octiduoano puero vitium hoc notavit : ) incertum an ab ortu ipsi congenitum fuerit, an violentiori fletu sibi consciverit. Hoc autem non tam scit quam sensit sibi frequenter adèo grave molestumque fuisse, ut tæderet etiam eum vivere, propter quod et opus suum coactus est sæpius intermittere, et arreptum non semel iter abrumpere ; sed præcipuè anno 1623, cum comitatu aliquo Verrebrauca protectus Burgum, quod leucâ plus minus ab est Antverpiâ, tam subitos et vehementes sensit in se dolores irruisse, ut de progressu desperare debuerit, nisi præstâ ei fuissent comites viæ quorum ope et opera sublevatus et subinde per manus attractus Swindrechtum pervenit, ubi eum cum ad hospitem meritorium ductassent in lecto reclinarunt. Non multo post audiens apud imaginem B. Virginis in Scheut, innovari miracula, spem recuperandæ salutis concepit, et votum vovit se in eodem votivum nummum argenteum oblaturum prima favente occasione, vel deficientibus viribus, missurum : quem et actutum, per sibi notum Martinum de Kesele uxoris suæ fratrem misit, ac mox optatam salutem salutem in brevi consecutus est, adeo absolutam et perfectam absque velius artis medicæ adminiculo, ut ex illo usque in præsens tam firma sit usus valetudinæ tamque vitâ plenus est, ac si numquam hoc vitio laborasset : sed nec ullas exinde veteris mali reliquias percepit, sive lucta, sive saltu sive cursu, sive denique æquato se agat incessu. Deposuit insuper idem attestans se domesticosque suos, si quando in febrim incidant ordinariè solære votum eidem dominæ nostræ nuncupare, moxque certam ferè semper sequi medicinam, quod sibi jam ter quaterue meminit accidisse. Et quia miracula et beneficia Dei, nec non et Beatæ matris ejus manifestare gloriosum est, et eum qui contulit beneficia silere, qui accepit prædicare consentaneum est ; Hinc est quod idem ipse beneficiatus sub jurisjurandi religione confirmare paratus est, rem ita se habuisse, unde et sollicitè curavit per une notarium publicum hæc notari. Actum Baseleæ in Notariatus mei conclavi præsentibus tessibus idoneis M. Joanne Swertio Chirurge et Guilielmo Antonio utroque loci hujus inquilino ad hoc requisitis intra erat : quod attestor et signatum : idem qui supra Van Roijen notarius publicus.

Referuntur et alia vel potius tacentur, quæ tamen lucem merebantur, si testibus idoneis et actuariorum manu confirmata fuissent : verum quia nobis propositum est legitima tantum et testata commemorare, consultdò alia incerta et occulta præterimus, quæ sicut huic divæ et Dominæ nostræ non adstruimus ita nec destruimus. Certè quidam memores acceptorum beneficiorum ~~non~~ obtulerunt non ita pridem Divæ donaria, qui quia ea nec venditari, nec accepta beneficia prædicari amant, nos neque eorum nomina prodimus scilicet verentur ne proclamata vilescant : sed absit ut redundantia clementiæ cælestis libidinem faciat humanæ temeritatis ; vel fortè verentur ne in gratiam peccent : negat beneficium qui beneficium non honorat, Et vero quod Deus e Diva mater ejus tantopère commendant, hoc prædicare par erat. Verum alijs fortè curæ et cordi erit post hac spicilegium in hoc latè patente agro et anno dominicæ benignitatis legere.

### ~~Annotationes ad Cap. VIII~~

~~Tres Eremitæ) Vide Horatium Turselinum in historia Lauretana Cap. ... dicentem, curam et custodiam ~~-----~~ sanctissimæ Virginis adicula Anachoretis commissam.~~

Hier leijt begraven Willem van Brabant  
 Zoon Anthonis, Hertoghe van Lotrijck,  
 van Brabant, ende van Limborch, dien  
 hij hadde van Vrouwe Elizabeth Gorlitz,  
 sijneij t'weester ghesellijnnen, die dochter  
 was Jans Hertoghe van Gorlitz, Zoone  
 Karles des vierden Roomschen Keijzers  
 ende Conics van Behem, ende Broeder  
 Wencelijns Roemschen ende van Behem  
 Konincs, ende Seghemondts Konincs van  
 Honguerien, ende naemaels Roemschen  
 Keijzers, Welcken Willem niet langhe en  
 leefde, ende \* sterf als men schreef d'iaer  
 ons heere duijsent, vierhondert en thien :  
 op den thiensten dach der maent van Julio.

\* ætatis suæ  
 mense primo

Quæ in Romanam linguam  
 lubet convertere

Hic sepultus jacet Wilhelmus Brabantinus  
 filius Antonij ducis Lotharingiæ, Brabantia  
 et Limburgi, quem sustulerat ex domina  
 Elizabetha Gorlitha, secunda conthorali sua, Joannis  
 ducis Gorlithij filia, Caroli quarti Romani Imperatoris  
 ac Regis Bohemiæ filij, atque ~~fratris~~ Wenceslaj, Romani  
 et Bohemiæ regis ~~fratris~~, ac Sigismundi regis  
 Hungariæ ~~fratris ac postmo~~, qui postmodum  
~~Romanorum~~ Imperatoris ~~fratris~~ Romanorum,  
 fratris. Qui Wilhelmus non diu superstes fuit.  
 Obijt Anno M.CCCC.X. decimo die Mensis  
 Julij

Meminit quoque ~~hujus principe obitus????????~~ ~~Sepulchri~~ obitus et humationis  
 Serenissimi Pueri Joannes de Leijdis Carmelita in annalibus Lib. 32. cap. 5  
Elizabeth, inquit, concepit ex Antonio duce Brabantia et genuit, etc.



Collatione facta cum suo originali viridi munito sigillo, eidem ꝑcordasa per me, et erat  
subsignatum De Longe.

~~Extat liber manuscriptus comitum de Oostervant in Monasterio.....~~

Jacobus Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Mechliniensis, omnibus has visuris salutem in domino, ad promovendum Sacratissimæ Dei Genetricis virginis Mariæ cultum, augendamque, quantum in nobis est, erga eam fidelium pietatem, concedimus omnibus qui in Sacello eiusdem Virginis Matris in Scheut, juxta hanc urbem Bruxellensem, quinies in eisdem festis, et per eorum Octavas, sabbatinis vero diebus tertio, reliquis antem anni diebus semel devote salutationem angelicam regitarint, quadraginta, viginti et decem respective, dies de vera indulgentia, in forma Ecclesiæ consueta, Datum Bruxellæ die quinto Junij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo quarto, et erat subsignatum Jacobus Archiepiscopus Mechliniensis, infra scriptum N. Marius Secretarius, cum sigille episcopatus.

f° 45v

Page blanche.

Lib. 8. Dominium Heudanum, quod tunc Brabantici juris erat. Emptionis titulo. Joannes enim IX. Heusdæ dominus id vendiderat cum universo districtu instigantibus dijnasta Gravendonckis et Joanna Alshantis, Joanni III Brabantiae duci. Quod egerrimo animo ferens Scaffenburgensis comes, qui Sophiam unicam Joannis Heusdani filiam uxorem duxerat, et nihil à Brabantiae duce impetrans, Guilielmo Bono comiti Hollandiae universum districtum vendidit : unde grave exortum bellum inter Brabantos et Hollandos. Historiam accuratè exsequitur Reijnerus Snoijus. Oppidum est non inelegans conditum anno D.CCLXXXIX. Vide Guicciardinum in descriptione Belgica et Joannem de Leijdis Lib. 4. Cap. 12 et Lib. 7. Cap. 13 Dijnastarum ejus catalogum libet attexere ; Præmitto quæ huc spectantia habet Joannes de Leijdis : Robertus, inquit, Comes Teijsterbandiæ habuit pro armis tanquam junior filius Clivensis scutum Blavium cum octo aureis sceptris. Comitatus autem Teijsterbandiæ continebat in se Bommelewaert, Teijbreaert et terras de Arckes, de Hoesden, de Haltena de Vianen, de Culenburg, Buren, usque ad antiquam Mosam. Accepitque Robertus comitatum Teijsterbandiæ de manu fratris sui Ludovici in feudum et illa portio sibi debebatur, et comes Clivensis suscepit illam in feudum ab Episcopo Trajectensi. Roberto fuit uxor Kunegunda filia comitis de Hoij ex qua genuit tres filios. Ludovicum, qui successit Patri in comitatum Teijsterbandiæ, Robertum, cui pro parte hereditaria obligit districtus Heusdanus, factusque speciale dominium, et Theodoricum dominum de Haltena.

Primus igitur toparcha Heusdanus fuit prædictus robertus. Hic fugiens impetum Danorum et Norwegiarum, Brabantiam petijt, ubi obiit plenus dierum anno 857. Uxorem habuit Idam filiam comitis de Cuijc.

Balduinus filius Roberti Danis omnia invadentibus(?), adhuc adolescens cum Reinaldo Andegavensi comite in Britanniam profectus Edelrico regi diu militavit, ejusque aliquot post annos filiam Sophiam, per Zeelandiam clanculum in Brabantiam abductam, uxorem duxit. Latuit cum ea aliquo tempore apud cognatum suum in Meghem ; Inde se transtulit Zutphaniam. Sophia diu à patre quæsita, Anno

cur domini Heus-  
dani gerant pro tes-  
sera gentilitia, ru-  
bram rotam ?

870 Balduino defuncto Heusdæ à Mercatore Anglo inventa, serico coloris crocei, rotulâ rubrâ nendo intenta. Quod ut regi, ab amicis jam placato, renunciatum : per legatum eam accersit : At pudore nimio impedit, ire renuit : misit tamen Edmundum et Robertum filios, quos avus rex benignè excepit præcepitis ad patrios Lares remeantibus, ut in maternæ fortunæ memoriam armorum insignia mutarent, in hunc ferè modum : Balduinus pater vester, nobis serniens, fraudulenter seduxit filiam meam, matrem vestram, et in uxorem accepit sine consensu nostro, et nuncij nostri invenerunt matrem vestram in rubea rota croceum sericum nentem sicut plebeiam mulierem : propterea amodo portabitis et servabitis rubeam rotam fortunæ in simili forma in armis seu Clipeis vestris, quæ arma ex regali munificentia conferimus vobis et sequacibus vestris, scilicet unum aureum scutum cum tali rubea rota. Hæc Joannes Leijdensis in Chronico. Reædificavit sic castrum Heusdanum, quod dani destruxerant, obijt anno 870

~~Robertus junior filius Balduini.~~

Robertus junior filius Balduini, fuit ordinatus miles in terra sancta, strenue debellavit gentiles. Uxor ei fuit Adelheijdis, Zutphanix comitis filia fati concessit. 914 Anno 914 Eathmundus filius superioris, duxit in uxorem Hildegondam filiam comitis de Zeijn. Mortuus est anno 929.

Joannes filius Eathmundi, miles ordinatus in Palestina contra Saracenos pugnaturus, duxit uxorem Margaretam comitis Lossensis. Decessit anno 956.

Robertus superioris filius. Uxorem habuit filiam comitis de Sparegem, vitam exiit anno 982, relinquens superstitem filium, qui ei successit.

Balduinus. desijt vivere anno 1028.

Joannes II moritur anno 1073

Robertus IV obijt anno 1092.

Balduinus II vitâ excessit anno 1110.

Joannes III obijt anno 1135.

Wilhelmus Heusdanus. obijt 1153.

Arnoldus Wilhelmi, qui sine liberis defunctus erat frater expiravit anno 1168, filios habuit Joannem, Henricum et Robertum.

Joannes IV, obijt anno 1192

Robertus V, mortuus est anno 1202.

Joannes V, obijt anno 1235.

Joannes VI, obijt anno 1279. Vide Butkens ad annum 1276.

Joannes VII, conspiracy in Florentium V, conscius decessit anno 1303. Hic primus fidelitatis juramentum dixit Hollandix comiti, quod à prædecessoribus ejus hactenus fuerat Clivijis præstitum.

Joannes VIII, vitâ excessit anno 1318.

Joannes IX, obiit anno 1334, sine liberis; Hic vendidit oppidum Heusdanum duci Brabantiae. Christophorus Butkens fuse narrat, quæ ratione hujus alienationis acta sunt. Consule annales Hollandiæ Matthæi Vossij Lib. 8.

Hoc bellum. Ad quod gerendum, Brabantini, spontè, non coactè (privilegijs enim à Joanne 1, concessis anno 1292. muniti numquam à clementissimis suis Principibus coguntur) liberaliter contribuerunt. Testantur id ipsorum ducum littere, quarum hic est tenor.

Vander beden die t' lant van Brabant  
consenteerde inden oorloge van Vlaenderen  
dat dat ghedaen heeft van graciën  
ende met van Rechten.

Wenceslaus bider graciën Gods, Ende Joanne bijder selver graciën hertoginne van Lucembourg van Lothrike, van Brabant, ende van Limbourg ende merquise des Heijlick rijcx. Doen kont allen lieden dat want onse goede lieden van onse steden ende landen van Brabant ons eene bede ende settinghe gheconsenteert ende ghewilcoort hebben van vijfste halff hondert duijsentich onder guldere schilde omme onse landen ende paelen van Brabant mede te beschuddene ende verweerne ghelijck dat die brief in heeft diere op ghemaect es. Soo bekinne wi met desen brieve dat sij dat ghedaen hebben van graciën ende niet van rechte. Ende willen ende consenteren hen voor ons ende voor onse oor ende voor onse naecomelinghen, hen ende haer oor ende naecomelinghen, dat dese voorschrevene gracie hen gheene onstande doen sal aen haeren privilegie, vrijheden, charten ende vestinghen die sij van onsen ??? vorvorderen hebben, in en gheenre manieren. In ghetuijghe des briefs beseghelt met onse segelen ghegheven te Brussele VI daghe in Junio int jaer ons Heeren M.CCC.LVI met onse seghel.

Sensus est.

De precario tributo, quod Brabantia  
in impensas belli Flandrensis contulit  
spontanea liberalitate non jure obstricta.

Wenceslaus Dei gratiâ Dux et Joanna eadem gratiâ Ducissa Luxenburgensis, Lotharingiæ, Brabantiae, et Limburgi, et Marchiones Sacri Imperij. Omnibus notum facilis, quod boni nostri subditi Civitatum ac provinciæ nostræ Brabantinæ ?????????? concesserunt, ut Precariò exigeremus ab ipsis vinginti quinque millia florenorum, antiqui scuti. ad protegendos et tuendos Brabantia limites, prout litteræ desuper expeditæ continent. Tenore itaque præsentium fatemur, eos hoc gratuito non jure obligatos fecisse. Volumus et consentimus pro nobis heredibus et successoribus nostris, ipsis heredibus et successoribus ipsorum, quod prædicta gratia nullomodo oberit ~~vel præjudicium~~ ad ipsorum privilegijs, libertatibus ~~Archivis~~ Instrumentis publicis et sanctionibus quas à Majoribus nostris obtinuerunt. In testimonium litteraræ sigillis nostris munitæ / datæ Bruxellis VI. die Junij anno domini M.CCCLVI.

Observet lector ex anno, quo hæ litteræ fuerunt expeditæ, bellum illud Fladricum quod in titulo nominatur, illud esse, quod Wenceslaus gessit contra Comitem Flandriæ Ludovicum Malæanum, cui in Scheutveldt infelici prælio prælusum est.

De prælio Scheutano agunt, Radulphus de Rivo Decanus Tongrensis in historia Episcoporum Leodiensium Cap. 4. Haræus in Annalibus Brabantiae ad annum 1356. Butkens en ses trophees de Brabant soubz la duchesse Jeanne, Meijerus in Ludovico Malæano ad hunc annum. Vetus chronicon Brabantiae vernaculum, Barlandus in Chronicis Ducum Brabantiae Cap. 58. Et omnium fusissime Cornelius Zantvliet Religiosus Benedictinus ad S. Jacobum Leodij diligens et fidelis scriptor in Chronico quod exorsus est ab initio mundi et ad annum domini 1461, protraxit, legitur ibidem manus. Meminit etiam illius conflictus Chronicon Gemblacense. Versus ??????? congruentes cum ijs, quæ supra nominati authores habent, ex chronijco rijthmico Fladrico desumptos, antiquitatis ergo appono.

~~Extractum ex vetere Chronico rithmico Flandriae~~

Vanden stride die opden goensdach voor Brussel was.

Dit en bleef niet soo heijmelic  
 Ten wert cont den Grave Lodewijc  
 Die hem beduchte voor s'keijzers macht  
 Ende heeft ghemeijnt ende geacht  
 Dat hij sijn saecken voorderen sal  
 Eer die keijser ende oic al  
 Sijn volck vergaederen souden moegen  
 Oec merckte hij dat hem luttel dogen  
 Die garnisone die hij leide  
 Op die frontieren als ick voorseijde  
 Van Vlaenderen, want met hoeghen moeden  
 Die Brabantre dat weder stoeden  
 Doen verwerf hij onghespaert  
 Een gemeijne heruaert  
 Met sijnre gementen altehant  
 Van Vlaendren tiegen Brabant  
 Als die maire in Brabant quam  
 Wert Hertoghe Wenceslijn des gram  
 Ende hastelijck hij ontboet  
 Alle sijn lude cleijn en groot  
 Die edele ende die goede steden  
 Die hem willichlijck daertoe deden  
 Ende bereijden haere vaert  
 Hastelijck te Brussel waert  
 Maar een van Antwerpen die stede  
 Ende vanden Bosch ende andere mede  
 Vergaederen konden sij u bekant  
 Was grave Lodewijck in Brabant  
 Met sijnen haer een groot conroot  
 Die branden ende daden schade groot  
 Eer hertoghe Wenceleijn mocht komen  
 Met sijnen edelen heeft hij ghenomen,  
 Aldus dese groote schade  
 d'Welck hij bij Godts ghenade  
 Vreken mende op dat hij can  
 Hij hadde soo menighen edelman  
 In sijnre hulpe wijs en vroet  
 Dat hem desen overmoet  
 Aldus te leijden niet en stonde  
 Opdat hij ghebetren konde  
 Die van Lovene waren comen  
 Te Brussel ende dat heeft men vernomen

Dat grave Lodewijck met sijnre schare  
 In Brabant nedergheslaghen waere  
 Als die ghemeijnten dat vernamen  
 Van Loven van Brussel al te samen  
 Riepen sij met grooter geruijte  
 Dat sij wouden trecken buijte  
 Ieghen die vlaeminghe te velde  
 Ende nederslaente met ghewelde  
 Die edele heere wijse lieden  
 Ernstelijck dat neder rieden  
 Ende rieden datmen soude beiden  
 Tot dat met sijnre moghentheijden  
 Die hertoghe aenwaer comen  
 Met sijnre edelen ende vromen  
 Ende die met hem quamen ghereden  
 Ende oock die andere goede steden  
 Die noch komen niet en waeren  
 Ende mede dan wijslijck mocht uijtvaeren  
 Bij accorde en met advise  
 Want hasticheijt in sulcker wijse  
 Noot goet en was tot sulcker saeken  
 Maer wat dat die wijse spraken  
 Gheen onderwijs endede daerstaede  
 En togen bij haer selffs raede  
 Vijt als onbestuerde liede  
 Daer hun groot jammer afgheschiede  
 Grootte bloetstortinghe ende swaer sueven  
 Omdat sij niet en wouden leven  
 Bij raede vande goede lieden  
 Die hem nochtant'beste rieden  
 Al soet hem costelinghe scheen  
 Maer alst ghemeijnte over een  
 Begint te rachelen elc seit t'sijne  
 Soo es wijsen raet verloren pijn  
 Alsmen dicke te vele stonden  
 Tot menigher plaetsen hevet bonden  
 Dus trac ghemeinte met haer rote  
 Buijten Brussel totten aen den Schote

Van Loven ende van Brussel beijde  
 Jegkens des graven moghentheide  
 Der edelre was daer cleijn ghetal  
 Die uijt schaemte volghden al,  
 Dus vergaederden sij om strijden  
 Die Brabantre hadden in haer sijden  
 Vanden Berghe den greve vermoeghen  
 Die met hen is uijtghetoghen  
 Die der vlaeminghe schare doervacht  
 Al doer ende doere met sijnre macht  
 Maer mits dat hij verwapent was  
 Metten swerten Leewe soo waenden dat  
 Alle die Vlaeminghe uijt desen  
 Dat hij haer vrient hadde ghewesen  
 Als hij met sijne vroenheijt groet  
 Hadde doorbroken haer conroet  
 D'welck hij weder van achter in  
 Die Vlaeminghe maer meer noch min  
 Doe en help daer sijn weringhe  
 Want in die eerste verghederinghe  
 Wort die bannier van Brabant  
 Nederghevelt in dat sant  
 Hoe dat geschiede dat weet ons heere  
 Maer men spraecs luttel ere  
 Den heer van Asche die ter dier tijt  
 Die bannier voerde in dien strijt  
 Ende hadde in sier ghewelt  
 Dat hij dus haest wert ghevelt  
 Heeft sint die menighe vroeden wijsen  
 Dien heer van Asche hoeren misprijzen,  
 Ende sint naer sijnre doot  
 Horen vermaenen in scheemten groot,  
 Aldus die bannier was ghevelt  
 Waeren die Brabantre ontstelt  
 Ende elc schelde hem ter vlockte  
 Te Brussel wert die eerst mochte  
 Ende verbeide des anders niet  
 Grave Lodewijck die wij en liet  
 Hen te volghene met den spoet  
 Daer die menighe ondervoet  
 Vertreden bleef ende verslaghen  
 Beide in bosschen ende in haghén  
 U louwe sij dient mocht ghebueren  
 Vele moester daer die doot besueren  
 Die al uliende waeren gheslegghen  
 Haer ontlien lances des wegghen  
 Die gaerne hadden te Brusel inne  
 Ghevlouwen d'spanck inde sinne

Ende indie gracht vele van vare  
 Ende verdroncken also dare  
 Aldus quam sij U bekant  
 Grave Lodewijck strijdende hant  
 Tot binnen Brussel verstaet den sin  
 Ende heeft die stadt ghenomen in  
 Ende stack die bannier in die stede  
 Ten raet huijse buijten uijtmede.  
 Op die poorten vander stadt  
 Sijn wimpel ende na dat  
Dede hij hem hulden ende ontsaen  
 Alsover heer ende daer naer saen  
 Macte hij amman met geweld  
 Heer Zegheren vanden Heetvelde  
 Ende maeckten scepen van sijnre hant  
 Dese grote haste sij u bekant.  
 Vander ghemeinten bruchtse intsueven  
 Des sij niet raets en wilden leven  
 Deze schaffeltuer dat is waer  
 Gheschiede in ons heere jaer  
 M.CCC.L ende sesse  
 Houdt dat in ghedenckenesse  
 Des goensdachs doe ic u gewach  
 In Oeghstmaent den 17. dach  
 Te Brussel es hem den naem ghegheven  
 Den quaden goensdach mits desen sueven.





Agri Scheutani dimensio, situs  
Amænitas ; Etijmon vocabuli Scheut  
An aliquando pagus fuerit expenditur

Historiæ præludium præmissimus funestam Brabantinorum Stragem, in isto peractam teatro, in ipso eodem campo, ubi postmodum exacto circiter sæculo flos parthenius pullulavit. Est is in pornerijs Palatinæ urbis sub Anderlacensis Paræchiæ districtu, non infæcundus, rurium dissitorum aspectu mirè oblectans. Ostenditur in eo etiamnum jugerum in quo cælestes genij, interea temporis, quo Sanctus Guido matri suæ pauperculæ eleemosijnam daturus excurrit, arreptâ stijva cum flagello, ad stuporem procul spectantis villici, cui operam suam elocaverat, arotoris supplevere officium. Ea pars agri ad decanatus Anderlacensis dotem nunc spectat. In varijs vetustissimis monumentis jugerum Sancti Guidonis nominatur, vernaculè Sinter Weijen bunder.

Teorg. Lib. 1.

fama est, olim unumquemque culmum in eo fundo progenitum pluribus luxuriasse spicis, et villicum conductorem, copiosissimam anuatim messem collegisse : ut meritò hic usurpes illud Virgilianum :

Illius immensæ ruperunt horrea messes.

In vita ejus.

Hinc den acker van mirakel, agrum miraculosum, ab indigenis vocari quorundam est opinio. Posteriore sæculo, hominum curiositate nimium gliscente, tantâ copiâ, spicæ à transeuntibus decerpebantur : ut colonus, quem spes multeplicis lucri aluerat, loco abundantis segetis, non nisi culmos cum vaginis, messis tempore, mæstus in horreo recondidisse dicatur. Credo ~~etiamnum~~ aliquos tam stupendæ fertilitatis spectatores, etiamnum superstites. Rem à se visam ore accepi. Singulari numinis beneficio concessam, non est ambigendum, quamvis in alijs quibusdam regionibus, plures spicæ uno in culmo ordinarie progignantur : cujus generis frumenti ~~semina~~ grana aliqua huc aduecta vidi, et sata fructus abundantiores protulisse. Suspisor tandem, non hac de causa agro adhærere epiteton miraculosi ; sed quia famuli S. W?nedulphi Anderlacensis decani, cum ad idem jugerum serendi gratiâ venissent, id depræhenderint gravis vernantibus divinâ providentiâ obsitum. Quod autem vocatur ager S. Guidonis, inde provenisse puto, quod illum sæpè aruerit, ac in eo sit versus angelorum consortio et ministerio, ut iam statim dictum : ob quam rationem, etiam dici potuit miraculosus.

A contiguo suburbijis ~~????? ?????~~ hierocomio versus Dielbecam pagum Divæ Alenæ natalibus inclijtum, longitudo ejus ad duo milliaria protenditur. In latitudine unum facile accupat, à Moortenbeca Anderlacum usque, quod à meridie respicit. Ad aquilonem habet Berchemium. Ad occidentem Dielbecâ, ad orientem civitate terminatur, quæ hac respiciens mirum in modum aspectus intuentium detinet ; Nusquam enim amænior quam ex hoc agro apparet. Hinc tota despicitur, ut isa Roma ex Julij Martialis hortis, de quibus ita Poëta.

Martialis L. IV.  
Epigram. LXIV  
~~Epig. LXIV~~

????præfectò excla-  
masset Eminentì Cardi-  
nalis bertivolio in parti-  
bus his quondam Nu-  
mìus Apostolicus et  
longè jucundior pros-  
pectus ei visa, urbio  
positio ejusdemque ex  
hac parte prospectu exi-  
mìus fuis-set delectatus,  
si hinc asperiret ???  
contigisset, quam eo  
spectaculo, quo nihil  
pulchrius se spectasse  
scribit

Hinc septem dominos viddere montes,  
Hinc totam licet æstimare Romam.

Unde antumandum, quod longè venustior hinc visa fuisset Cardinali Bentivolio urbis positio, si eam ex hoc tractu fuisset intuitus quam quæ in colle Hallas ducente, illi primò ipsam intranti oblata est : qua se eximis delectatum : imo nec jucundior unquam spæctassa scribit, ad Episcopum Burgensem Epistola 3. ubi in hunc modum exclamat. O quam mihi Bruxella arridet, illiusque situs. Planicies colli imminens eam gremio excipit : Et qua parte incipit attolli, illam intravi. Pulchrius spectaculum numquam oculis meis fuit objectum. Ager circumjacens est peramænus.

O quanto mi piace Bru-  
xelles è questo sito !  
piace in grembo d'un  
piano al salir d'un colle,  
et d'a quella parte, che  
si va alzando ji feci la  
mia entrata, et non ho  
mai veduto scena più  
bella. Il paese all'intor-  
no è amenissimo

Agri planicies non ubique æqualis, neque ubi eminent multum tumet. Situs fervie per totum altus : versus urbem nactus depressionem : quo ab illa remotior, editior. Unde antiquitus excelsi nomine cieri consuevit : vernaculè den hooghen cauterè. Exiguus aliquot nemusculis concitus, alioquin omnino agricus. Hodie passim t'Scheutvelt appellatur. Non à surculo aut palmite, quem nostrate linguâ Scheut significat, ita dictus : sed à teli jactu, cujus quoque significationem involuit.

Lib. 2. Cap. 16

Summus Deiparæ Encomiastes Augustinus Wickmans Abbas Tongerloensis in Brabantia Mariana et Raissius in Originalibus Carthusianorum Belgij existimant.

Sernatur adhuc  
hodieque???? Valis  
??? et ??

?? Romulus olim, ad  
probandas vires su-  
as sarissam à Monte  
Aventius viboavit,  
usque ad .....  
vide Plutarchum  
Cap 11

inde loco nomen adhæsisse, quod olim majori catapultâ è mænibus civitatis huc usque  
~~excussa~~ missa fuerit sagitta ; fortè vulgari origione moti, ac eo, quod in latinis  
flandricisque codicibus, qui de prælio Wenceslaum inter et Maleanum tractant, illud  
commissum legant ad arborem Schotam seu Schote boom. Quasi arbor ibi fuisset  
plantata ad designandum posteris locum, ubi, factò periculo ad explorandam vim  
machinæ, sagitta in terram decidisset. Et veteris Chronici Brabantiaë rijthmus videtur  
favere.

Dus trock t'ghemeinte met haer rote  
Buijten Brussel tot aen den Schote  
Quod efferas ;  
Tunc populus tendebat ordine  
Extra Bruxellam ad teli jactum.

Quasi ad locum qui tantum distat Bruxellâ  
—————quantum semel ire sagitta  
missa potest —————

Ovidius Lib. 8,  
Metamorph.

In eam quoque opinionem descendit Elijsius in commentario originis sacelli, ubi hæc  
habet : Est in vicino suburbano locus **Elckteren** dictus, in quo conspicua fuit arbor  
folio patulo et pinnato densior atque hilarior in totum, in cujus summitate versatilis  
avis aflixa pro scopo, balistariorum collegia tota exercebat et erudiebat : hanc vulgò  
**den Scheuteboom** dictam voluit nonnulli, quod sub ea gjymnica prout jam dictum est  
certamina sagittariosum haberentur : alij à teli jactu denominatum malunt, quod ab  
arcu validè tenso peritus jaculator ex mænibus ipsis in hanc arborem miserit (immane  
dictu) nec dissentio) maximè cum balistariorum, ars per id tempus plurimum viguerit  
et tormentarijs nostris machinis prætuserit.

Sed ita snetientibus non facilè calculum adjecerim. Longè enim à vero abijsse divendi  
sunt, et à publica vulgi fama in errorem tractos opinor. Justus Lipsius antiquitatis  
omnis perscrutator, hanc machinam, ~~ad vir~~ quæ adhuc hodie in armamentario domus  
civicaë Bruxellensis rotis et trochleis insignis asservatur, ad vivum representans, ne  
verbum facit de ista vulgo jactata, jaculatione, quam si non fabulosam comperisset,  
haud equidem vir exactissimus brevi enarratione omitisset indicare, ad sphæram  
activitatis balistæ adstruendam. Igitur non secundum adductam rationem, arborem sic  
denominatam : sed propterea quod multi se hic arte sagittaria exercuerint probarem :  
innitens manuscripto, quem Adrianus Dullartius stijlo sincere ac fideli de erectione  
sacelli et monasterij scripsit. Verba jus appono. Juxta viridem planiciem in qua  
ædificatum fuit Sacellum B. Mariaë, stetit arbor dicta **den Scheutboom** propter actus  
sagittariorum ibidem quondam factos. ~~Audin hic aliam causam~~

Lib. 3. Polioræt.  
Dialogo 2.

Cap. 1.

Et ad stigilatur author, quem Turnerus exscripsit et à blattis vindicavit ; Cui conformis est Wallius in Collectaneo suo manuscripto : ubi ad annum 1445, in hunc modum loquitur. Antequam ulterius progrediar non possum non referre quorundam erroneam opinionem existimantium prædictum locum esse vocatum Scheut, quod quidam ex mænibus civitatis cousque arcu quondam jaculatus fuerit, et ad huc arcum servam et ostendi in domo civica affirmant. In libro foundationis aliud non invenitur, quam quod juxta viridem planiciem in qua ædificatum fuit Sacellum Beatæ Mariæ stetit arbor dicta den Scheutboom propter actus Sagittariorum ibidem quondam factos. Ita difficile est inter veritatis septa contineri, ne ad fabulosa vulgo jactata quis declinet : quod solum vitat, qui non aliunde quam ab originarijs fontibus curat puram haurire aquam. Audi hic aliam causam nominis, quam securius teneas ? Scilicet non ab unico teli jactu, ut supra : sed à quotidianis sagittariorum exercitijs desumptam appellationem. Sagittarij enim lingua Belgica, Schutters, à Schieten, quod jacularis est ; unde Scheut seu Schote derivatum, id est jactus teli. Tritum et vetus est vocabulum. Circa illius originationem varij varia sonnant. Quidam à Schijte Herculis filio, quem Plinius arcus et sagittæ inventorem facit mutuatum volunt. alij à Schijtis, qui arte ista eminent, deducunt.

Lib. 7. histor. natur.  
Cap. 56.

Cornelius, Martini in  
Chronol. Comi-tum  
Flandriæ A° 621

Lib. 9.

Et hæc forsam ratio est, cur tempore Liderici primi Flandriæ Forestarij et longè ante Audomarum nostrum, cujus toparcha erat Saledru undecimus Liderici filius, Schijters appellatum sit, ob jaculandi dexteritatem, qua tum fortè ejus incolæ, quos validos robustosque fuisse constat, pollebant. Sicut qui hodie arcu excellit Schutter veteri pronunciatione ij, Græcanici in V mutati, appellatur. Maximè si verum est, quod refert Meijerus in annalibus Flandriæ, olim Flandrenses, quorum finibus tunc Audomarenses comprehendebantur Græcâ linguâ fuisse locutos.

Lib. 8.

Becanus in Amazonicis, non nos à Schijtis, sed Schijtas à nobis verbum hoc, pro more suo, sustinet accepisse. Quo vero tempore nomen Scheut exortum, nusquam proditur. Fortè longè antequam institutæ sunt congregationes sagittariorum, quas Guldæ vocamus : quarum unaquæque hortum intra urbis muros huic exercitio destinatum hodie frequentat. Verisimile est, quod antequam è civium tribubus ~~eo~~hortes collegia Guldarum fuerunt ~~conscriptæ~~ erecta, tam urbani, quam vicini ruricolæ arcu et sagittâ se exercituri, huc velut ad communem Palæstram confluerint : Et hinc loco tum inditum nomen, quod ad nos usque defluxit.

Cæterum hæc ~~Scheuta~~ Scheuta, quo tempore sagittarij eò convenire solebant, et antea, pagus non fuit, nec hodie est : licet Divæus in Brabantia annalibus ita eam vocitet ; nisi illud vocabulum impropriè quis accipiat. Pagus enim dictione variè usitatur. Nunc pro regione, Gallis Paijs, ut pagus Brabantensis ; Nunc pro toto jurisdictionis tractu. Julius Cæsar Lib. 1. de bello Gallico scribit Helvetiam totam divisam fuisse in quatuor pagos : hodie tredecim numerantur. Vulgo Cantones vocant. Interdum pro territorio sumitur. Usitate tamen pagus vicus est, ubi multa ædificia rustica, villæ, et tuguria conjuncta sunt, et cujus incolæ ad idem fanum conveniunt. Unde illi, parœci, et pagus parœcia vocantur.

### Annotationes ad Cap. 2.

Sub Anderlacensis Paræciæ districtu ????? à lacu quidam locum ita appellatum autumant : quod Uliginotus fundus et ~~aqueus~~ velut palus hinc inde stagnantes aquas contineat ob eandem plebæ naturam ~~anno~~ inde et inde leuca distantem et Anderlacum, quasi aliam Lacam, corruptè verò Anderlecht vocari. Non placet tamen quibusdam hæc nominis ratio. Vide A Gournez in suburbano Bruxellensi, ubi multo studio indagat hanc etymologiam. Erasmus, ??quod initior et purior hic aër, Anderlocht nuncupare solebat. Ad quod ita quidam lusit :

Anderlecht, Anderlocht verius inquam

Cui dedit hoc nomen mitis clementia cæli.

Vide Grammaj in antiquitatibus Brabantia et ~~A. Gournez in Laca suburbana Brabantiam Marianam Wichmanni. Si Deus det nobis vitam dioturniorem et etia singularem libum de hujus loci antiquitate et celebris capituli fundatione aliquando in lucem dabimus.~~

Sanctus Guido ] Vide Surium Tomo 5. Molanum ad 12. septembris. Baronium in notis ad Martijrologium Romanum. Miræum in fastis Burgundicis et Belgicis, qui monumentis Ecclesiæ Anderlechtensis innixus, sustinet contra Baronium et Molanum eum decessisse anno 1012, non autem integro sæculo post, ut ipsi existimant.

In varijs vetussissimis monumentis. Ex binis hic annexis id lector colligat. Primum est extracti copia ex registro Scabinorum urbis Bruxellensis. Aliud piæ foundationis factæ in Pago de Ophem à nobilibus personis Walthero Heetveldio et Anna à Frigido Monte conjugibus.


Luxuriasse spicis. Similem divinæ benignitatis effectum experta est Anglia sub Henrico 2, anno 1179. teste Radulpho de diceto in imaginibus historiarum impressis anno 1652. ubi narrat sequentia : Ut annum præsentem annum benignitatis intelligas, post hijemis nuniam siccitatem, post asperos pruinarum incursus, post fulgura discurrentia circa medium regionis à partibus occidentis in orientem, repenté placidus imber idibus Junij faciem irrigavit agrorum, animos colonorum in sationalibus nullam spem reponentium consternatos felici commutatione resuscitans, fructibus arborum, fætibus animalium, qui nondum prorsus deperierant, grata subministrans fomenta ; Temperies itaque desuper illapsa benignius sementivam radiciunculis vix aliquantulum innitentem, roris et pluriæ succedancis irrigationibus fæcunditati restituit. Solaris quoque radij fomes intensior et proventibus fructuarijs per multum accommodus, jugera prius arentia, tantam ad ubertatem ex insperato adduxit, ut locis in pluribus septem spicas in uno culmo conspiceres.

In alijs regionibus. Æthiopiæ nimirum. Nobilis ac amplissimus Dominus Malinæus regius in Sanctiori Senatu consiliarius, primo in Belgium ac Brabantiam eas asportavit Ratisbonâ, ubi, cum Imperij comitijs circuli Burgundici legatus interesset, a viro quidam nobiliss spicas aliquot dono accepit, qui ex Æthiopiæ partibus allatas asterebat. Culmi instar cannarum palustrium, nostris sunt breviores ; Spicæ inediæ, quæ grandior cæteris duodecim aut quatuordecim parvæ, quasi surculi à lateribus ordine adhærent : ita ut primo intuitu, spicam spissioem, non plures putares. Et quod mireris, ex tot spicarum granis, non plus farinæ, imo minus potius, quam ex una vernacula habebis.

Dielbeca. Celerem torrentem sonat. Una est ab urbe leuca, sub jurisdictione Gasbecana. In sacris patronum agnoscit capitulum Anderlacense. Templum in honorem S. Ambrosij exstructum ab ante regenerationem dictus Lewoldus. Haraldo et Hildegarde conjugibus, regulis territorij et partutibus D. Alenæ ibi inhumatis. Jacobus de Croij Episcopus Cameracensis loci, dum viveret, dijnasta, arcem perantiquam aquis cinctem in multis restauravit exornavitque : ut ex insignijs, quæ ~~etiam~~ in fenestris et parietibus conspiciuntur licet agnoscere. Multa hodie eget restauratione fontibus hortus et area irrigantur. In areæ medio, lapidi i è quo perennes aquæ manant, sunt insculpti versus sequentes.


Dum licet et veros etiam nunc editis annos  
Discite eunt anni more fluentis aquæ.  
Nec quæ præterijt cursu, revocabilis unda,  
Nec quæ præterijt hora, redire potest

Circumcirca siphunculum hæc Græca legitur epigraphe :





Natalibus D. Alenæ ) Virginis et Martijris. Conclave in quo nata adhuc integrum existit. Aliud ei proximum, ad quod se ad vacandum Deo recipiebat rotundum, duodecim pedes habet in diametro ; estque fornicatum. Vita ejus manuscripta latinè ~~legata~~ extat in Abbatia Forestensi et in Rubea Vallæ. Vide Molanum ad 18. Junij.



Berchemium ) Quidam volunt in hoc pago S. Guidonem in lucem editum : sed vulgi famâ, et codicum veterum autoritate satis refutantur. Omnes enim ipsum faciunt Anderlacensem verum in qua domo et agri parte sit natus, vanum est asserere. Dicunt nonnulli ex majorum relatu, eam non procul sitam fuisse à conventu Minimorum, ac pertinere hodie (sed quod viliori materiâ olim constiterit) ad D. Gindertalium Grapheum Curiaë Brabantinæ, ac in memoriam ejusdem S. natalium, effigiem illius semper supra portam positam Cæterum Berchemium, quod montisdomum sonat in sacris dependet ab Abbate Grimbergensi ordinis Præmonstratensium. Cernitur hic in pariete domus viæ adjacentis depicta memoria Caroli V, Imperatoris et cujusdam rustici. Imperator à in venatione aberrans à rustico offenditur ; Bruxellas sera nocte, nemine comitante, omnibus inscijs, imo ipso ductore, cum lucerna prævio reducitur. quid inter illos ibi actum inquire ab inhabitantibus.

~~Cohortes Guldarum)~~

De Guldīs Cur  
ita vocentur

Collegia Guldarum ) Guldās hodie vocamus (inquit Wichmans in sabbatismo Mariano Cap. 8.) quod in eas non nisi aurei viri, Guldebroeders, oft Guldemannen, hoc est ab irreprehensibili vita commendati admittantur ; licet nonnulli, Gildas et Gildebroeders ab ingenna liberatitate, velint denominari : Placet tamen magis ~~eo~~ derinatio quam dicto auctori suggestit Gisbertus Lappius à Waneren jurisconsultus Ultrajectinus : nimirum ut sit idem quasi gehulde broeders, id est jurati sive Juramento obstructi. Guld enim nobis jus jurandum est, ut præter alios docet in sua Teneramunda Lindanus. fol. 99. Et Hulden idem est quod fidelitatem præstare sine homagium. Ita vox hulde usurpatur in pacto quodam inter Abbatem S. Pauli Ultrajectensis, et Joannem de Linden.

Vide versus Teuto-  
nicos Cap. 1. Ubi de  
inaugurationes Lu-  
dovici Maleani agi-  
tur

In Bruxella septena-  
ria. Hept. 3. Disti-  
cho.1

L.1. Tit. 14. leg. 7.

Lib. 1, fol. 66

Origo Guldanum

obiit Philippus  
Valesius anno 1350

Guldarum munus  
olim

Anno 1377. Ubi hæc inter alia : Inden eersten, dat heer Jan, Heer van Linden den voors. Abt van Sunte Pouwel, Hulde doen sal, alsoo een goet man sijnen heere van sijnen leen schuldich is te doene etc. Inaugurationes quoque principum apud nos, huldighen dicuntur, eo quod jus jurandum tunc soleat præstrari □ ab hoc itaque jure jurando nomen fortiti sunt, qui hujusmodi fraternitatibus inscripti sunt, quasi gehulde broeders, Gallis sermentez, Puteanus aliud vocis Gulde assignat etijmon. Gulda (inquit) sive Gilda, prius Gildonia et Geldonia, pro collegio, corpore, sadulitate. Glossæ veteres : Gildonia, conspiratio adunatio. Nimirum à pecunia quæ in commune ad constituendum cætum, atque conservandum confertur. In tabulis Longobardonum hujus quoque vocis mentio. Sacramentis per Gildoniam adinvicem conjurandis, ut nemo facere præsumat. Hæc de nomine Guldarum Porro, quo præcisè anno exortæ non præcisè constat. Petrus Colins in historia quam Gallicè edidit de dijnastis angianis, eas à Philippo Valesio originem sumpsisse arbitratur Non possum, inquit, præterire silentio laudem, quam magnanimus Rex Philippus Valesius, edictis et sanctionibus cartharum, latumculorum, alearumque lusus vetando meruit, quibus in ~~proprium~~ sui ruinam se ultra modum populus dabat ; Utque animos ijs incumbentium ~~revocaret~~ ad Martis exercitia amplectam mollioribus ~~neglectis~~ spretis et arma tractanda incitaret : qualia isto sæculo erant arcus et balistæ : collegia conscribi jussit, quæ æmulatione ducta sibi innicem palmam præcipere, propositaque ~~????~~ præmia ~~moretur~~ niterentur Principes Belgij nostri, ut Henricus`Primus Brabantia dux, qui duxerat Mariam, filiam hujus Regis Philippi, Ludovicus Comes Flandria, Guilielmus Avernensis III. Hannonia, Hollandia et Zelandia comes, qui omnes supradicti Philippi aulam frequentaverant, præclaros utilesque Regis Sanctiones, primi in provincias suas innexereunt ac armorum ~~????~~ exercitia in classes ~~????~~ confraternitates distincta instituerunt. Sed ante regnum Valesij hujusmodi collegia aliqua in Belgio stabilita legimus. Vetustioris enim balistæ Bruxellis anno 1213. D. Virgini et Georgio lanceam vibranti institutum. Unde longè ante Philippum Valesium erectus in Belgio Guldas colligitur, et Petrum Colins non satis accuratè hæc ~~examinasse~~ indapaste videtur. Errat quoque in eo, quod Henricum I. Brabantia ducem ~~habuerit~~ uxorem Mariam filiam Philippi Valesij habuisse narret constat enim ex Haralo et alijs istum Henricum ~~junctum animaria~~ fuisse duas duxisse uxores, primam Machtildim Comitis Bononia filiam — secundam Mariam filiam Philippi Augusti, Regis Francia anno 1213. ¶ Cæterum V. sunt militaria collegia selectorum et conscriptorum civium arcubalistariorum duo, sagittariorum unum, sclopetariorum, quartum : quintum denique Xiphomechermachorum seu gladiatorum præeminet cæteris omnibus illud arcubalistæ veteris cujus sodales in omnibus Brabantia urbibus olim et cum non nisi hanc unicam ditionem possiderent Duces Brabantia ijs erant pro stipatoribus et militibus prætorianis. Verbi gratia, si Antverpiâ Dux proficisci vellet Bruxellam deducebatur ab Antverpiensibus veteris arcubalistæ sodalibus usque ad oppidum propimum, puta Mechliniam : inde à Mechliniensibus porrò Bruxellam.

Laissé en blanc pour 10. lignes

Ex antiquo manus.  
codice

Mechliniam : inde à Mechliniensibus porrò Bruxellam. Ut videre est in sequenti  
Mechliniensis ..... litteræ controversiam quanda&m inter sodales circa ..... exortam  
dirimentes, ac ordinem concomitantium præscribentes. Earum hæc est copia :

Extat Joannis 3. ducis Brabantiae decretum

Anni 1340.  
Mensis augusti

Solebant etiam Principes ad bellum proficiscentes sequi. Extat decretum Joannis 3.  
Ducis Brabantiae Extant litteræ Joannis III. Brabantiae ducis, controversiam  
Bruxellensium cum Lovaniensibus ob præcedentiam sapientes : in quibus statuitur et  
de æritur decretum atque statutum, Lovaniensedextrum obtinerent quoties iter aut  
bellum duci esset in Flandriam aut Hannones, Bruxellenses quoties in Leodios aut  
Transmosanos :

Jan bij der gratien Godts Heertoghe van Lothringe, van Brabant, van Limbourg ende  
Merkgrève van het Heijlich rijck doen kont ende kennelijck all  
jeghenwelcken disentie ende twist gheweest tusschen beide on  
van Lovene ende van Brussele


f° 54 (4) (37)

Solebant etiam Principes ad bellum proficiscentes sequi : proximaque quam ducis  
hospitio vel tentoria sub statione collocabantur Lovanienses et Bruxellenses : inter  
quos de præcedentia exortam contentionem Joannes III. hoc modo composuit : ut  
Lovanienses. Dextrum obtinerent et prout videre est in hoc sanctionis diplomata :

Solebant etiam  
Principes ad bellum  
proficiscentes ut  
sequentes litteræ in-  
dicant

Sunt autem propter hoc ipsum officium sodalitia ista multis magnisque privilegijs à Principibus suis olim cohonestatagnare, si poscerentur, vel nunc eandem illis navaturi sunt operam. ~~Habeat~~ Habet præterea nobilem aliquem virum, sive patricium, sibi in protectorem : quem vernaculè Hoofdman nuncupamus. Creat autem quotannis unum quodque collegium certum aliquem regem, qui sodalium omnium caput est. Fit autem rex, is, qui ad constitutum diem segum, id est, prittacum quendam è, ??? stipiti præalto infixum, sclopo, scorpionere antarcu etiam deijcit, vel denique Xiphomachæra publicè edit virtutis et præstantiæ suæ speciem. facto rege ad connirandum sedant et magnificè epulandum. Principales eorum nunc partes, ut si rumor aliquis intus forisue de hoste, vel seditionis aut alterius mali suspicio, excubias agant ad curiam, mænia, portas, alique præcipuo vobis loca..Non admittuntur ad hæc collegia nisi infamiæ omnis expertes. Andi Wichmanum præsulem in Brabantia Mariana Cap. 7. Gildæ seu Guldæ nostræ dominæ, ita nuncupatæ, ab ingenua liberalitate et indole meliori qua præditi esse debeant qui in eas referuntur : vel ab aurea id est irreprehensibili vita ; utpotè qui nullâ famâ laboraverint, quos nulla improbitas maculaverit, nullum crimen majorum dehonestaverit, quibus si fiant obnoxij, stata lege et aduntur ex albo, et quasi indigni tam nobili societate, exanthorantur ; maximè si de hæresi suspecti. Tenentur enim supra reliquos, gravi obstricti jurejurando, fidei in Deum, peculiore reverentiæ ergo ejus matrem, pietatis in patriam, parentiæ in Magistratum, ut hoc quasi incrodabili vinculo arctins se invectant, quam ut pavore aut spe lucri alione quocumque affectu, aliena à religione vel republica cogitent vel attentent, dum se sentiunt tam potenti divini nominis nexu vinculatos. Excercentur ordinariè ballistis, vel sclopis, vel arcu sagittario, aut hisce similibus instrumentis seu armis, quæ non improbabiliter crediderim ab eis usurpata etiam hac de causa ut testentur se ea gerere in defensionem contra Mario mastigas et hostes Dei ejusque matris prout olim Polonos legitursus Evangelio Missæ gladios suos de vagina solitos fuisse educere, quo declararent se ijsdem accinctos ad propugnationem veritatis evangelicæ. Unde ???nus eorum qui illis inscripti sacris in supplicationibus quibus sacrosancta hierotheca venerabilis sacramenti, aut sanctorum pigrora deferuntur, ne quid ab adversarijs religionis nostræ indecentius occurrat, instar militum præsidiariorum, sæpè etiam cum armis suis, in promptu adesse, et non tantum honorario, sed etiam tutelari comitatu comparere. Ideo festis vacuitque diebus arma tractant et in ijs se exercent. Unde ferè lectissimum ex his civium aut incolarum robur ; addo, etiam honestissimum, Nam vulgo honoratiores habentur qui in illis sua nomina dederunt : et primarij de republica vel magistratu ordinariè tanquam capita ijs præfecti. Hæc Wichmannus. Vide Grammair in Antverpia Cap. 13.

Lipsius in suo Lovanio de militaribus his confraternitatibus habet ut sequitur : Hæc Collegia Gildas dicunt : imago manet usus perijt, ferius nimirum et verus, qui ad militiam spectat ; nam in oblectationem aut pampam nunc usurpant. Lovanienses et Bruxellenses, finibus et amicitia semper juncti, statum quetannis tempus habebant, quo Furam convenirent : amærum locum et pari ferè spatio ab urbe utraque sejunctum. Vetusta ibi arx est Principum Brabantia, et assita Sogniacepis Sijlva et juxta eam area et certamen ; ili ballistariorum certamen ; præmium Victoribus vinum erat.



## Caput tertium

Brabantinorum religiosa consuetudo  
 Petrus de Ascha opilio imaginem  
 Divæ Virginis Filiæ affigit  
 Illius erga eandem cultus et devotio.

Solemne in multis Christianæ Reipublicæ partibus est, in Brabantia quoque receptum : ut si cui in via publica, ruri vel in Sijlvīs prædonum immanitate, aliove casu, excipe monomachiam, vita adinatur, in ipso commissæ cædis loco crux salvatoris, statua vel ædicula alicujus sancti aliudue demum pium monumentum collocetur : ut transeuntium inde commota præcordia in preces et pia suspiria pro interemptorum animarum sublevamine erumpant : eaque ratione miseris, quorum justa funebria, maximè si ignoti et peregrini, facile contingit non perfoliū, quodammodo parentetur. Hunc religiosum morem sicut veneranda antiquitas invexit sanctèque servavit, ita præsens ætas non finit emarcessere. Imo principes nostri signum hujusmodi erigi curant, ubi multi eorum ipsis subditi h̄ cum hostibus acie congregiēdo ceciderunt : non tam in æviternam rei gestæ memoriā, quam ut hoc modo superstitem animos excitent, ad manibus amore patriæ aut religionis fortiter occisorum, suffragijs suis opitulandum. Tam pio officio Wenceslaus dux ejusque conjux Joanna post cladem Schotanam defuere : nec alius quispiam visus est id præstitisse ; forsā divino numine ita disponente neglectum. Attamen circumactâ jam ferè annorum centuriâ : subsidia, quibus cæsorū animæ taanto spatio fuerant destitutæ per opilionem allata fuere Petrum de Ascha

Ovid. Lib. 9. Metamorph. fabula 12

Ingenua de plebe virum : nec census in illo  
 Nobilitate sua major, sed vita fidesque  
 Inculcata fuit.

Habitabat is in Moortenbeca, agriculturâ et oves pascendo vitam tollerabat. Unum ac idem illi gentilitium nomen obtigerat quod Ducis Brabantiae signifero, quem

## De pugna in Scheutveldt

Ende Grave Lodewijck quam voor Brussele tot Sceute al stille met grooter macht, ende die van Brussel trocken uijt en namen elck eener stroowisch inde tienschure te Molenbeke en stakense achter in haeren riem tot eender devisen. Ende daer trocken sij voort en bevochten de Vleeminghen vromelijck inden beghinne, maer de Heere van Assche liet de standaert vallen also men seide. En Abraham avn Coninxloo die woonde te Grimberghe int hof ten Dale ende die wilde den standaert wederop heffen. Ende dan quam een van des heeren van Assche knechten van achtere ende vergeerde desen goeden schiltman Abraham dat hij bleef doot. Dese quade knechte was gheboren van Laken, sijnen voornaem was Borse ende was een jaegere

f° 56v

page blanche

Ex Antiquo Manus. Flandrico,  
 Qui extat in Bibliotheca Consultissimi  
 D. Advocati Busleijden.

Item int jaer ons heere Vi en Xijij werdekeijser van Roomen Heraclius ende hat keijser xxxi. iaer ende in sijn tweeste jaer sterf Carelman de Prince na dat hij hadde gheregneert in Brabant ende op Haspengouwe Lv. jaer ende hij liet achter 4 saelighe kinderen. Pippine den Hertoghe en Sinte Modoaldum Ertsbisschop van Trire en Sinte Severe abdisse in een cloostere binnen Trierr. Ende noch een dochtere hiet Amelberghe ende dese Amelberghe, hadde te manne eenen grooten edelen Heer ende Greve woonende tot Santen, dat nu es op de paele van Brabant etc. Ende hij hiet Wijgerus ende wan aen dese Amelberghe V. heijlighe kinderen, eenen sone hiet Oubert Bisschop van Camerijck, Ende 4 dochteren S. Veerle. S. Ermelinde. S. Reijnilde. S. Goedele. Ende dese Amelberghe leijt te Bijns in Henegauwhe maer sij was eerst begraven int clooster te Lobes.

De Pipino Herstallensi.

Dese Pipine nam te wijve Ste Plectrude ende wan aen haer 3. sonen d'een hiet Dragon ende was Prince van Kempenlandt, Ende d'ander hiet Grimoldus ende wordt te Ludick gemarteliseert. de derde hiet Sint Silvinus.



præ nimia pusillanimitate è conflictu fugientem projectoque signo commilitones quam plurimos in ruinam attrahentem exhibuimus : dispar tamen utriusque fortuna. Joannes è nobili prosapia originem ducebat. Petrus in paupere tuguriolo rusticis parentibus procreatus nulla stemmatis antiquitate poterat gloriari. Ille luctuosissimi casus author, hic dilatæ salutis curator. Ducale labarum in Campo Schotano Joannes abjecerat : quo factum, ut abjecta omni spe victoriae, ipse cæterique fugientes aut præda hostium facti, aut ignominiosa morte occubuerint. Petrus Mariæ simulachrum ibidem fixit, unde non tantum morbis doloribusque detenti in spem consolationis brevi impetrandæ erecti, sed et solatia retulere : Et suspirantes è purgatorij flammis animæ refrigerium consecutæ sunt. Utriusque gesta paucis anonijmus poeta complexus est.

~~\* Mæè in prælio hoc  
Occisum scribit poëta  
?????lent id sed malè  
????? cum anno 1372  
subscripsent Carthæ  
Cortenbergensis et hic  
conflictus contigerit  
a° 1356  
§ hæc melius  
ponentur in annot.~~

Hunc dedit Ascha ducem bello qui signa ferebat  
Hic tamen \* occubuit, numerosaque turba virorum.  
Effigiem Mariæ simplex homo, quem tulit Ascha  
Imposuit palo, unde exorta salus animarum.  
Deinde orno imposuit, quam mox miracula sequuntur.

Non expers Petrus usitatae agricolis industriae : qui is aridus nimium sterilisque fundus, fructus uberiores recuset, bovino taurivove aut alterius bruti sanguine respargunt, quo abundantiore copia pro suscepto semine segetes quaat effundere.

§ (voir f° 61, fin de page) Imbuti enim soli sanguine seges largior vel ipso Plutarcho teste, dicente : Massilienses autem vineas perhibent circumsepsisse ossibus : terram, ubi computruerunt in ea cadavera superfusis hijeme imbribus ita pingue factam atque in imo imbutam subenute tabe, ut immensam vim æstate frugum redderet, et fidem faceret Archiloctu dicto, qui ea ratione gliscere arva ait. Jam ferè magnis prælijs ferunt largas succedere plurias, vel quod deus aliquis tellurem puris et cælestibus aquis lustret abluatque, vel quod cruor et sanies humidum et crassum exhalet vaporem, qui aërem versatilem atque ex Levissima occasione in grande momentum mutatu promptum coagulet. Ita ille, cujus sententiæ est Pelignus vates.

Nunc seges est ubi Troia fuit resecandaque tellus,  
Luxuriat Phrijgis sanguine pinguis humus

In Mario. Bello Teu-  
tonico, quo jacuerant,  
aut capti fuerant cen-  
tum millia hostium

Et Virgilius 1. Georgicorum

Nec fuit indignum Superis bis sanguinò nostro

Amatiam et latos Æmi pinguescere campos.

Lib. 14. de secun-do  
bello Punico

His adde Silium Italicum

Et Cereri placidos fœcundat sanguine campos.

Item Horatius habet Ode 1. Lib. 2.

Quis non latino sanguine pinguior

Campus ———

Non irrationalium animalium, sed nobilissimo Christianorum sanguine irrigatum hortum faciendæ plantationi elegit, fatalem illum olim Brabantinis Haceldama, id est agrum sanguinis : conveniens omnino tunc loco nomen : sed desinat illus modo ; factus est enim Divæ habitaculo paradysus voluptatis. Exuat etiam mortalitatis nomen rivus propinquus, non procul à cujus ripa nunc fons aquarum viventium salit. Fons ille signatus, in quo messabilis misericordiæ fluentum, in quo GRATIARVM omnium irriguum, fons qui in sinu suæ pietatis recipit lachrijmarum nostrarum pro fluvium Vertatur luctus in gaudium Causâ nostræ lætitiæ exortâ. Egrediamur in hunc agrum, in quo non hostis metuendus castra metatus est : sed Virgo potens, ut catrorum acies ordinata tentoria fixit. § Commoremur igitur in illo, et videamus an ipso ~~velut~~ flos ibi vernans fructus parturiat : flos ille medicinalis, quem non venti tangit austeritas, sed mollioris auræ Spiritus sancti GRATIA indesinenter adspirat.

Alanus Insulensis  
Cap. 4. In Cant.

Claudianus de  
landeserena

Quem neque frigoribus boreas, nec surius urit

Æstibus, æterno sed veris honore rubentem

Quem fons signatus cælestibus educat undis

Erat tum sexaginta  
circiter annorum

Quæ alij floridis hortis sepium arborumue ornamenta adijciunt, non omnino sibi negligende putat Petrus armosus olitor ; sacrum florem omni ornamento pulchriorem in aspersa humano cruore gleba, eoque fœcundiore collocaturus. Igitur in angulo campi Eltera dicto versus aquilonem, exiguam triangularem planiciem.

Ovidius lib. 8.  
Metamorph.

—— Quam viridem faciebat graminis herbæ

Anno 1443.  
Via ista sum erat,  
ubi modo est sacel-  
lum, in gratiam  
Religiosorum Anno  
1465. à Philippo  
Bono ad 27, pedes  
translata.

spatiosæ viæ, qua Nieuhoviam iter est conterminam, duarum paliurum uniusque tiliæ plantatione opacam fecit. Quo siùul transeuntium commododitati consuluit, qui itinere fessi et sole macerati, spiritus restauraturi ibidem consueverant se reclinare.

Cælesti profectò impulsu hunc fundum à pio agricola autumo Divæ præparatum. Quod scilicet effusione sanguinis fertilior redditus, ea simul quadammodo contaminatus, sacris precibus ritibusque multis retrò annis contigerit expiari. Siquidem Anderlacensis populus cum clero quotannis tertia rogationum die prælatis crucibus huc confluere, è cespite divini verbi præconem auditurus : sub hac statione Christiana vexilla locare, ac pro terræ frugibus deum rogare fuit solitus (prout nunc perseverat) adeò ut ista Ecclesiæ oratione annuatim reiterata ac sacris ceremonijs toties repetitis abundè purgata reconciliataque areola extitisse dicenda fit : quam quod purissimo sacratissimoque flori præparabatur, esse decuit impollutam.

Animum quoque considerantis areolam in admirationem rapiet illius situs, et quasi altiori quam humanâ curâ sacro usui destinata apparebit : si quibus hereditatibus fuerit circumsepta palam fiat. Undique spiritualium ædium fundis cingebatur sacra planicies. Unus erat Xenodochij Sancti Joannis ad lacum, alij ad fabricam Ecclesiæ Sancti Petri Anderlacensis et Nosocomium Sancti Christophori in Ruijsbrochia pertinebant. Harum, inquam, piarum hereditatum confinijs contigua ac inclusa areola, cum nullius aratro proscinderetur, velut derelicta, à Petro fuit occupata. An non optimè impensa ? Conveniebat ut locus sacer, quem sanctis ac pijs operibus relicta prædia ambiebant, in usum Reginæ Sanctorum omnium converteretur.

He"reditates istæ  
lapsu temporis ad  
Carthusianos sunt  
devolutæ

Anno 1446

Ubi sernilustrum à plantatione effluxerat, arboribus jam latiore umbram spargentibus Mariæ iconculam ligneam bipalmarem trium denariorum pretio coemptam impositam ligneæ capsulæ, in cujus ~~???~~ ~~quibus utrimque~~ ~~???~~ ~~debat~~ valuis duodecim Apostolorum depictæ effigies conspiciebantur, tiliæ inter paliurus seu spiras agrestes à se secus viam plantatæ affixit : ut transeuntes et requiem sub umbra captantes in genua provoluti brevi eam precatiuncula venerarentur, et levamen deposcerent pro fidelium animabus, quarum ibi passim et plateatim et vicitim extabant exuviarum tumultuarius non infrequens tumulus. Et licet obruta jam videretur eorum memoria, tamen apud Ascanum manebat alta mente reposita ; quo circa ut daret illis altius sepulchrum et monumentum sempiternum excogitato hoc pietatis commento, primus ipse cum convicaneis suis ad solatium vivorum et refrigerium mortuorum erexit eam arborem in titulum, sub qua constitutum quidem esset per spaciam effugium ab æstu et à pluria quaecumque licet augustum viatori, tamen revera sufficiens quoque futurum virginis matris majestati. Quis scit an non ipsa quæ nostra humana misericorditer despectat ab alto B. Virgo gratum ratumque habuerit hoc ~~qui ???ores ???um hac transirent in genua provoluti, levamen spes à Diva~~ ~~deposcentur, vel~~

~~requiem sub umbra captantes, Virginem brevi precatiuncula salutarent. E? viri voto hæc eveneret. Multi enim iter agentes hic subsistere, et vicini consaluere visi sunt, Condissimum Liliū hoc verè hic inter spinas contemplaturi ac proni veneratum. Studion populi erga Mariam magis magisque indies enitente quo valebat facultate Petrus promovere illud non destitit. Excisa ex proprio vireto querumque ramis ???gutatis, ??? illius superiore excavata, imaginem in ea reponit, ferris trasuertim ???thrat, et sub qua antea arbore stererat profundè imagiferum truncum des???. pietatis monumentum et se repagulis concludi quoque voluerit in imagine tam humili reparatura sub arbore, quod Eva peccavit : cui dictum est in quacumque die comederis de ligno, morte morieris, quod et revera tunc accidit, et hodieque moro et interminatio manet super posteros teste Irenæo : quia post esum pomi veliti non explevit illa diem unum : nam ad millesimum annum, qui coram Deo, est quasi dies unus non pervenit. Sola hæc virgo parens pervenit, et usque ad futurum sæculum non definit : in quam sacer poëta Carthusiæ quondam alumnus ita modulatur : □ (voir f° 60v, pagr 49) □□□ In quam (voir fin f° 60 (page 50). Tanto ferebatur ~~in deiparam~~ affectu, ut ter quotidie ad sedem Virginis, devotionis ergò ventitaret, multumque ibidem temporis precando præ???? Ibidem extaferet extraferet. Epurgente aurora huius Stellæ matutinæ lumine perfundi cupidus, ad illam festinabat, cujus fuerat lucidissimo aspectu integra nocte privatus. Vespere appetentæ, totius diei labores et actus oblaturus eam revisebat. Sub meridiem quoque dulcissimæ Matri deferebat Ave. quasi voto sese ad id obstrinxisset, his Sijnetij ~~in Grævia~~ episcopi verbis: WW~~

Escrire «La au  
millieu où vous  
verrés WW

Tibi diurna,  
Hijmno Tibi Matutina,  
rertio Tibi vespertina  
Carmina feram.

Psalmo 54.

Suetonius Cap. 56.  
In vita Neronis

Eos præ cæteris citius ab illa exaudiendos existimans qui vespere et mane et meridie narrarent et annunciarent laudes et misericordias Virginis. Felicior certè cultu quam sextus Romanorum Imperator Nero icunculam suam puellarem, quam cum quasi remedium insidiarum à plebeio quodam et ignoto muneri accepisset, detecta confestim conjuratione pro summo numine trinisque in die sacrificijs colere perseveravit. Nonnumquam intempesta nocte ad imaginem currebat, somnum vel requiem domi capere nequiens, nisi visitatione perfunctus : Ac tum vicinum trunco aërem mernit videre tanta claritate, quæ lumen solis et lunæ vinceret, illustratum. Nec una dumtaxat vice sub noctis caliginem, celestem splendorem aspexit : verum, sæpius illucescente die similem à se visum commemoravit. Omnis eius cogitatio erat de Virgine, omnis de ea sermo : præsens vix inde divellebatur. Hanc contemplari toto animo cupiebat. Ut dictum ~~Philosophi Aristoteles~~ Divi Augustini hic verum comperiat : plus ubi amat, quam ubi animat. Ac æque egregius plantæ suæ fuerit cultor quam fidelibus languentibus utilis plantator, ac sartor extiterit. ~~Res enim præcipua~~ Circa res enim à nobis præcipuè amatas, cogitatio et affectio animæ nostræ versatur, Juxta illud Evangelij : Ubi est thesaurus vester, ibi et cor vestrum erit

Luca 12

§§ Vide vicinum sequenti folium (voir f° 61, page 51)

[Page collée à l'envers (50 avant 49 !!!)]

Sub pergula illa de qua sermo nobis non ingratus evasit, cultum fuit, hoc candidissimum liliū, verè hic inter spinas, per aliquot annos, donec Ascano suggestum est, ut ab illa detractum arbore transferret ad vicinum prædium suum eamque caudici seu clathratæ insereret arbori. Destinatam igitur ille quercum quandam ex agro suo revulsam, abscissis ramis aptavit in eaque recondidit hanc imaginem ?????????? super indixit.. □□□In quam etc. Vide fol. præcedens.

Dictu incredibile est : icon per sæcula matris  
     Virginis æterna est nec veterascit adhuc.  
 Ad nos tradux hæc et robustissima fama  
     Missa per ididigenas posthuma venit avos.  
 Ascanum hanc posuisse statuminibusque reuinctam  
     Atque pedamentis hoc posuisse loco.  
 Arbor erat patulis ramalibus undique trunca  
     Illa viatori mite levamen erat.  
 Ast ubi fæta fuit gravidataque cælite partu,  
     Laxavit tensos explicuitque sinus.  
 Reddita sunt exinde et imaginis hius ab ore,  
     Aut oracla sonant aut benefacta stuunt.  
 Certa salus ægris et vita refusa secunda ~~est~~ est  
 Intide Depositis (prodigiosa loquor)  
 Hic et multa tholo suspensa anathemata vulgi  
     (Argumenta datæ hæc ipsa salutis erant)  
 Accessere dein donaria divite cornu  
     Proflua, quaque dabat Luxiosus ager.  
 Fervebat via tum turbis, et plurimus ibat :  
     Erumpens portis hic eques ille pedes  
 Mane salutantum cuneos urbs ipsa vonebat :  
     Urbs migrare aliò visaque ferre uterum.  
 Nec tam plana vasis ac vestibus à Samaria  
     Usque ad Jordanem est, quam fuit ista via.  
 Millia dena die plerumque recensuit uno  
     Dular dus nostræ conditor historiæ.  
 Usque adeò portis bipatientibus omnis abibat  
     Plebs ad Partheniæ limina parva casæ.  
 Antiqui usque hodie remanent vestigia cultus  
     Et tua restauras Virgo genethliaca  
 Arboris hoc emblema fuit : testante virebo,  
     O Virgo vitæ prima iuventa meæ

§§ (voir f°v, page 48) Confluxu cultuque non parum aucto, absidem trunco superinduxit quatuor trabibus inuixum : tanto intervallo à se disiunctis, ut satis amplum extruendo altari spatium relinqueretur, in quo sacrificium missæ cominadè posset celebrari ; lateritiamque construxit ædiculam opere tumultuaris, magis ad contumelias aëris declinandum, quam ad cultum aut amatum, adhibita ad subsidia molitionis majoris accelerandæ arte quæstuosissima, priorum elemosijnâ, qua notabiliter indies angescente, bonus hic agrestis ansus est etiam rudimenta quædam ecclesiæ moliri, præludens posteris in imagine, quam Virginis matris apenan dubitaret aliquando perficiendam.

Virg. Ecloga 8

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt ?

Certè castus hic amator interdum noctuque visus est sibi secundum quietem in imagine templum ipsum se videre ~~sibi secundum quietem in imagine templum ipsum se videre~~, quæ paulo post excitatum fuit et usque ad hæc tempora motuum Belgicorum extitit ; adeò in mentes divinorum theorematum capares et pectora purgata cælestes ideæ ~~se insinuant~~ profundè se insinuant, ut sive in corporæ, sive extra corpus (hoc enim discernere nequeunt, ??d deo arcanum illud relinquunt) videant posthuma sæculorum : quæ non minor est dei talia revelantis in operto quam in perto benignitas. Quoad vixit igitur coluit ædiculam suam, Et ijm tum ??? ab adventantibus cerei lijchnique arcendebantur ac nunuscula oblata et mathemata è tholo suspensa. Ædicula ???oque omni florum genere exornata. Nec munificis amatoribus extitit ingrata Virgo, cujus præclara beneficia in progressu recensebimus.

### Annotationes ad Cap. 3

Pium monumentum collocetur ) Sic in loco ubi interfectus fuit Albertus Lovaniensis, 63. Episcopus Leodiensis, Henrici Magni Ducis Brabantix frater, lapidem crucem decenter excisam erectam super columnas quatuor, scribit Ægidius Aureæ Vallis. Molanus narrat similem quoque crucem positam ~~ad locum~~ cum quatuor clavis in templo Sancti Donatiani Brugis in loco ex quo Carolus Flandriæ comes fuit dejectus. Quomodo, inquit, passim in vijs cruces conspiciuntur in memoriam cæsorum erectæ.

~~Spatiosæ viæ) In cuius translationem eosensit Dux Philippus sequenti instrumento.~~

Bovino, taurinove aut alterius bruti sanguine respergunt) Imbuti enim soli sanguine etc ut supra, ~~post hæc ??????~~ fol. 45 a cette marque §

Spatiosæ viæ) In cujus translationem consensit Dux Philippus sequenti instrumento.⊕

~~Nienhoviam comitatur) Continetur Nienhovia comitatur Alostano exiguum est  
oppidulum ad Teneram fluvium. Notum tamen ob Præmonstranensium Abbatiam à  
Gerardo Nienhovie Domino Anno 1137 illic fundatam, et cunas Joannis Desputerij;  
Grammaticorum Corijphæi hic natis Paret modo ?????? ducisi qui illud emit à .....~~

Xenodochium Sancti Joannis)

Nosocomium Sancti Christophori)



An accendere  
luminaria coram  
divorum iconibus  
sit superstiosum,  
et quid hujusmodi  
cultu designetur ?

Epistola 95

Philipp. 2.

Cerei, lijchnique accendebantur.) Quod contra judæorum ritum accendendi olim luminaria in veri Dei honorem, cæca gentilium impietas objecit argumentum : Eodem oppugnat hæreticorum impia cæcitas morem Catholicorum, qui lucernas et luminaria coram Christi, Virginis matris, sanctorumque imaginibus suspendunt. Non opus enim, aiunt, lampadibus illuminare, quos cælesti splendore fulgere credimus ; majore quoque superstitione ante eorundem simulacra, muta et videndi facultate destituta, lijchnos et luminaria poni. His et similibus rationibus aures popelli demulcent, ut hunc venerationis modum Orthodoxis usitatum et in universa Ecclesia fervatum à perversis magistris profluxisse et quid superstitionis in se continere demonstrent : sed numquam demonstrabunt. Seneca ille stoicus prædictam Judæorum consuetudinem ideo abolendam dicebat, quod munina lumine non indigent : Accendere, inquit, aliquem lucernam Sabbathis prohibeamus : quoniam nec lumine Dij egent, et ne homines quidem delectantur fuligine. Quis hic non videt novos dogmatistas hoc argumentum à gentilibus mutuatos : sed imbecille, sed leve, ne dicam futile et ridendum ? Certè si novelli isti, vineæ Christi demolitores (sed appositè magis Principum tenebrarum filij ) intelligerent, quapropter hujusmodi cultus Sanctis ab Ecclesia fidelibusque præstetur, non ita cæcutirent, nosque ridendi finem facerent. Longè alijs rationibus adhoc movemur, quam ipsi suis persuadent. Scimus quoque æque ac illi sanctos in tenebris non morari, nec delectari sumo : sed fit istud ex fide humili et devota, qua credimus et protestamur sanctos illos ante quorum imagines cereos accendimus, Luxisse dum viverent in medio nationis perversæ velut luminaria in hoc mundo : nunc vero ex isto loco caliginoso pervenisse ad claritatis æternæ, ubi agnus qui in medio throni est eos illuminat pro ut ~~etiam~~ de ipsis ~~Et~~ ex sapientiæ Cap. 3. Libro canit Ecclesia : Fulgebunt justi et tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Quid ? An hoc fidei Religionique contrarium ? an superstitio sum ? An idolatricum ? Tu quisquis hoc adstruis, an non concedes tibi licere de viris probis et sanctis proferre per metaphoram quod eorum virtus velut Simili phrasi usus est Princeps oratorum Tillius L. 4. Epist. 3. ~~Ubi dicit~~ Ad sulpicium ubi dicit : Sed tamen et Cæsar ipse ita de te judicat, et omnes cives sic existimant, quasi lumen aliquod, extinctis cæteris elucere sanctitatem, et prudentiam et dignitatem tuam. Lux luxerit eorum hominibus, eosque triumphare in æthereis tabernaculis postquam sancta sua conversatione et prædicatione illuminarunt mundum, lumenque indeficiens ipsis iam lucere ? non abnues, quia ~~hæc~~ vera lux mundi quæ illuminat ? ?????? hominem in hoc mundo ita locuta est. An non erit fas tibi facto ostendere, quod verbo prædicasti : præsertim si quod tu facis Ecclesia approbet, nec sacræ paginæ damnent ? Nemo nisi densissimis Ægijptij nebulis involutus, hujus doctrinæ claritatem negabit.

Deinde luminaribus sic accensis, gaudium quod de ipsorum gloria retributionis concepimus, excitamus, exteriusque testamur. Lumen enim, lucerna, lampas gloriæ, rerum prosperarum et felicium : caligo verò tenebræ et umbra mortis ~~mortis~~ et adversarum sijmbola sunt, ait Euthijmius. Unde in publicis triumphis interiorem lætitiã ex pacis, victoriæ vel alterius boni ~~commodi sæt~~ successus nuncio exortam, cunctæ nationes luminibus, tædisque ardentibus demonstrant ; funalibus fenestrarum cancelli micant, interiora domus Lijchuis et facibus et ipsa compita ignis luce lucescunt.

Lib. 3. officiorum

Excellentiam quoque et nobilitatem sanctorum agnoscimus, hunc illis honorem exhibendo. Quem morem gentilibus in usu fuisse legimus apud Ciceronem, ~~dum dicitur~~ referentem populum luminis veneratione Marium à ~~Populo~~ prosecutum in imagine ~~eum~~. Jactabatur, inquit, temporibus illis nummus, sic et nemo posset scire quid haberet. Conscripserunt communiter edictum cum pæna, atque iudicio : constitueruntque ut omnes simul in rostra post meridiem descenderent : et cæteri quidem alius aliò, Marius à subsellijs in rostra rectà, idque quod communiter compositum fuerat, solus edixerat. Et ea res (si quæris) ei magno honori fuit. Omnibus vicis Statuæ factæ ad eas thus et cerei. Quid multa ? nemo umquam multitudini fuit charior. Sed ne nos hinc quispiam antiquorum Romanorum caliginantium imitatores factos et Christianæ legis desertores arguat. ~~Nam~~ Hanc sciat utriusque esse disparitatem : quod. Sicut ~~????~~ gentilis dum per cælum jurat cultor est dæmonis, Moijses autem per idem jurans cultor est Dei : ita idololatra suis sculptilibus lucernas accendens, detestandus est : Christianus autem in honorem sanctorum ante imagines eorum cereos accendens multum est laudandus.

Discrepat enim fructus operum similium, ubi idem non est affectus operantium.

Lib. 6. de rerum  
inventoribus  
Lib. 1. Saturnalium,  
Cap. 11.

Putat Polijdorus accensos cercos cum cercis imaginibus divis consecrare à sigillarijs et oscillis Saturnaliorum apud Romanos petitem. De his ita loquitur Macrobius : Nunc de sigillaribus, ne videnda me potius æstimes quam sancta duxisse, paucis recensendum est. Epidacus refect Herculem occiso Gerijone, cum Victor per Italiam armenta duxisset, ponte, qui nunc sublicius dicitur, ad tempus instructo, hominum simulacra pro munero sociorum, quos casu peregrinationis amiserat, in fluvium demisisse, ut aqua secunda in mare devecta/deuceta? pro corporibus defunctorum veluti patrijs sedibus redderentur, et inde usum talia simulacra fingendi inter sacra mansisse : sed mihi hujus

rei illa origo verior æstimatur, quam paulo ante memini retulisse. Pelasgos, posquam felicior interpretatio capita non viventium sed fictilia, et φῶτος æstimationem non solum hominem, sed etiam lumen significare docuisset, cæpisse Saturno cercos potius accendere, et in sacellum Ditis æ aræ Saturni cohærens oscilla quædam pro suis capitibus ferre : ex illo traditum ut cerci Saturnalibus missitarentur, et sigilla arte fictile fingerentur ac venalia pararentur ; quæ homines pro se, atque suis piaculum pro Dite Saturno facerent.

Excedens enim cultura hominum dignitatem, superiori munijni reservetur Cod. Theod. 75.

Cap. 19.

De Temporum ratione Cap. 10.

Ritum igitur pium et bonum ex profano et idololatræ fecit Ecclesia, quique falsis, dijs mortalibus attribuebatur honor, vero munijni et Divis cum illo regnantibus, ut defereretur effecit. An non prudenter et sanctè, quod deo et sanctis erat debitum creaturæ irrationali et profanæ detraxit ? ~~Ut et errantes ad Dei non seu???~~ ~~Non facti, sed immensi et æterni deduceret ??????~~ Sic alia multa ut falsam destrueret religionem Ethnicis seu gentilibus usitata ecclesia mutavit Catholica. Moris erat apud ???????? Græcos, ut in actis Apostolorum narrat S. Lucas, ut peregrini Dianæ Ephesiorum templum visitantes offerrent numismata argentea, quibus impressa erat figura ædis sive templi Dianæ. Cudi nunc in Ecclesia videmus munnos vel medallas cum figuris templorum sanctorumque qui in ijs pia devotione coluntur. Secundum mensem, ait Beda, Numa dicavit Februo, id est Plutoni, qui lustrationum potens credebatur Lustrarique eo mense civitatem necesse erat, quo statuit ut jura dijs manibus solverentur. Sed hanc consuetudinem bene mutavit Christiana religio, cum in eodem mense, die Sanctæ Mariæ, plebs universa cum sacerdotibus, et ministris hijmnis modulatæ vocis per ecclesias congruaque urbis loca procedit, datosque à pontifice cuncti cercos in manibus gestant ardentes: et augescente bona consuetudine, id ipsum in cæteris quoque ejusdem Beatæ Matris et perpetuæ Virginis festivitibus agere didicit. Plura ad ferre possem exempla, sed ne nimium prolixus sim, ea recensere declino.

Gratum porrò sibi hunc cultum semper extitisse varijs miraculis Deus declaravit, sive in suum, sive in Sanctorum suorum honorem exhibitum. Ac imprimis si antiquæ legis oracula consulere volueris, tippici altaris ignem miraculo celebri illustrem reperies 2. Machabeorum Cap. 1.

Lib. 6. hist. Cap. 8.

Sed commemoremus miracula circa cereos aut lampades in Ecclesia Christi. Inter res admirabiles à Narcisso Episcopo Hierosolijmorum gestas, refertur apud Eusebium sequens miraculum : In solemnè Paschatis Vigilia oleum Diaconis et ministris deerat. Unde cum universam multitudinem gravis quædam ægritudo et

demissio animi occuparet, præcepit Narcissus, illis qui luminaria apparabant, ut aquam ex puteo propinquo ha urirent : quo peracto super aqua illa oravit, deinde mandavit ut cum constanti in Deum fide in luminarium vasa eam infunderent. Quos ubi factum est divina virtute natura aquæ in olei naturam est commutata.

In prato spirituali  
Cap. 1 180

Sophronius Præclarum unum narrat de Joanne Anachoreta. Habebat hic in spelunca sua imaginem B. Mariæ ; quoties abibat peregrinatus candelam coram illa accendebat, et Virgini iter commendans dicebat : Sancta Domina nostra Dei genetrix, quia longum iter peracturus sum candelæ tuæ curam habe, et ne extingatur, juxta propositum meum conserva : ego enim adjutorio suo comitante iter arripio. Sic egrediebatur et peracto itinere regrediebatur aliquando post tres vel quatuor menses et reperiebat integram candelam et accensam, et numquam hanc vidit à seipsa extingui neque de sommo surgens, neque à peregrinatione rediens, neque ex eremi in speluncam pergens.

Hieronijmus Petri in  
ejus vita

Valentio hæc prope Almagrium in Hispania plures cerei festo D. Augustini accensi ponderis diminuti jacturam non sentiunt : ut indeficiens doctrinæ sibi à patre luminum communicatæ lumen in ipso et per ipsum in ecclesia effulgere intelligere possimus.

Vide Locrium in  
Chron. Belg. Rais-  
sium etc.

Sed ad hoc quo hic in Belgio oculis nostris conspici licet, sermonem converto. Non intellexistis quandoque ô cæci et duces cæcorum de cereo illo miraculis illustri in nobili Atrebatensi urbe ? de cælo prodijt, Deipara Virgo illum detulit, ac inter manus Lamberti Episcopi loci deposuit. Jam à quingentis circiter annis frequenter accenditur ac stillæ in aquam ad ægrorum sanitatem ex illo distillantur, nec tamen imminutus est, sed potius auctus videtur.

Singula quæ deus circa luminaria mirabiliter operatus est referre mihi non est animus, cum supra memoratis satis constet à Deo luminarium usum approbari : plura qui volet, videat Petrum Cluniacensem in historijs seu libro miraculorum. Theodoretum in historia SS. Patrum Theophilis appellata Cap. 21. in Jacobo ubi admiranda leges de leciytho olei ex Lijchuis ad Martijrum sepulchra appensis collecti. Venantius ~~et ipse~~ Fortunatus et ipse quam ex eodem oleo sit gratiam consecutus, egregiè carmine cecinit L. 4. vitæ S. Martini in fine. Cui et ad stipulatur Paulus Diaconus de gestis Longobardorum Lib. 2. cap. 9. Id generis complura narrat Gregorius Turonensis, quæ suis temporibus acciderunt, ut Lib. de gloria confessorum. Cap. 3. et Cap. 9. et Cap. 10 et 69.

His tamen non obstantibus hæretici, quamvis oculos habeant non vident, sed velut talpæ cæci, aut ut vespertilioes lumini sunt rebelles. Restat ut solvendo ipsorum argumenta ipsos induamus contusione, qui nolunt parare lucernam Christo meo.

Contra Ethnico-hæreticam objectionem supra allatam, qua etiam vigilantius, D. Hieronijmi tempore pio ritui ?????? obstrepuit ejusdem

- sancti verbis respondetur. Causabantur, inquit, quondam et Apostoli, quod periret unguentum : sed Domini voce correpti sunt. Neque enim Christus indigebat unguento, nec Martijres lumine cereorum, et tamen illa mulier in honorem Christi hoc fecit, devotioque mentis ejus recipitur : et quicumque accendunt cereos secundum fidem suam habent mercedem.
- Apocalijp. 22
- Quibus etiam corrui argumentum ex autoritate scripturæ desumptum, dicentis : Et videbunt faciem ejus : et nomen ejus in frontibus eorum. Et non ultra non erit : et non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos. Nec juvat eos locus Baruch, ubi dicitur in vanum coram mutis simulachris accendi luminaria : lucernas autem accendunt illis, et quidem multas ex quibus nullam videre possunt sunt autem sicut trabes in domo. Ejusdem hoc roboris est ac antecedens ; solutio ex supradictis haberi potest.
- Cap. 6.
- Minus adhuc prodest illis Canon 34. Concilij Eliberini, Vetantis cereos per diem in cæmeterio incendi, ne spiritus Sanctorum inquietentur, Et hoc non observantes arcendos, dicit, ab Ecclesiæ communionem. Facilis est ad hanc objectionem responsio : Non rejicit cereorum usum Concilium quasi supersitiosum ; sed ne Sanctorum, id est fidelium, ut bene explicat Garcia, Spiritus, dum orationis causâ ad Ecclesiam conveniunt inquietentur frequentiâ et curâ immodicâ cereorum ardentium.
- Sermone 5. in festo omnium Sanctorum
- Et ne quispiam putet Divum Hieronijmum adversarijs in hac parte suffragari, dum dicit Beatissimos martijres hujusmodi cereolis non illustrari : Paucis locum enucleabo. Si idem Sanctis doctor cum lucis oppugnatoribus sentiret, jam contradiceret sibi in epistola ad Marcel. Sciendum igitur illum velle infimare beatos martijres nihil utilitatis aut gloriæ consequi ex nostro illuminatione seu candelarum accensione, sed totum commodum et meritum in nos refundi : Ita loquitur S. Bernardus. Ad quid Sanctis glorificatio nostra ? ad quid nostra hæc ipsa solemnitas ? Quo eis terrenos honores impendimus, quos honorificat pater cælestis ? Quo eis præconia nostra ? pleni sunt procsus ita est, dilectissimi : bonorum nostrorum Sancti non egent, nec quidquam eis nostra devotione præstatur, plane, quod eorum memoriam veneramus, nostra interest non ipsorum.
- Lib. 1. Cod. de Paganis et sacrificijs et templis.
- Non adversatur quoque pio cultui constitutio inhibitoria Justiniani his verbis concepta : Nemo venerandi adorandique animo delubra quæ olim iam clausa sunt, reseret. Absit à sæculo nostro infandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorum impios postes, profanos aris accendi ignes, adoleri in iisdem thura, victimas cædi, pateris vina libari, et religionis loco æstimari sacrilegium. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostræ sanctionem et contra interdicta sanctissimorum veterum constitutionem sacrificia exercere tentaverit, apud publicum judicam reus tanti facinoris legitimè accusetur et convictus proscriptionem omnium bonum suorum et ultimum supplicium subeat. Nam non ritus sacer Christianorum hic prohibetur, sed ut benè notat Godofredus ad hunc textum, paganorum superstitio funditus tollitur. Jubentur enim delubra claudi, prohibentur etiam honores simulacris seu fictis dijs reddi, non autem vero munini et sanctis suis. Unde rectissimè Photius Patriarcha Constantinopolitanus (quem Richardus Montacutius Anglus Norvicensis pseudo episcopus in frontispicio libri epistolarum Photij à se latinè redditarum sanctissimum vocat) aviti imaginum cultus, quamvis schismaticus strenuus defensor, inscitiae arguit Philostorgium accusantem Christianos, quasi statuam Constantini magni in porphijretica columna stantem lucernis et incensis colerent, precesque velut deo allegarent et averruncatorias malorum supplicationes peragerent.

floribus et fragrantibus sertis vestire virginis altaria et imagines pium et laudabile opus

Lucret. L. 1. X 61.  
Et ut Venusimus dicit: Non bove mactato cælestia numina gaudent, sed quæ prætanda est et sine arteside. Epist. 19

Terent. Act. 4.  
Scena 4.

Lib. 3. Metam. circa finem.

In Pluto Act. 4.  
Scena 5.

Omni florum genere exornata ) Pium et laudabile exercitium ornandi sertis seu corollis sacra Virginis altaria atque imagines, sicut cætera in Mariam et Divos obsequia, nullius meriti, ejus adversarij prædicant : eodem planè argumento ???-???? quo lucernarum suspensionem impugnantes. Quid enim ajunt, ijs illos et Deus. Omnis enim per se divum natura necesse est. Immortali ævo, summa pace fruatur, Ipsa suis pollens opibus nihil indiga nostri. ?????? Quid illis, qui stolâ albâ æternæ jucunditatis induuntur cum florum ornatu? Nihil certè : nec enim tanquam indigentibus offeruntur. Unum quæram ut hujus argumenti apparent infirmitas ; An nempe Deus in veteri testamento sibi primogenita quæquæ offerri non præceperit ? expressum illius mandatum in Pentatheuco extare quis dubitat ? Ijsne indigebat Deus, cujus omne est quicquid in cælis et in terra regeritur ? non magis quam rebus nondum creatis. Igitur in honorem Dei, quidpiam à deo creatum illi à creaturis offerri, eo quod illo non egeat, illicitum opinari, manifesti est erroris. Nec refert cultum hunc non expressè in scripturis præcipi : sufficit aliquando exhibitum. Hierosolinam introdunti domino die Palmarum tota civitas occurrebat, et vestes ramique palmarum, qua Salvator transibat substernebantur. Hoc imitatur Ecclesia, Et dei sanctos cum ipso regnantes hujusmodi honore prosequitur ; Quia vero præsentibus exhibere non potest, imaginibus figurisque demonstrat, ??? ita ut ??? ita tamen ut in inanimi non terminetur materia, sed ad prototypum transeat. ~~An hinc rursus undiam, Ecclesiam in sequi gentilitiam superstitionem Romanorum calathis redimiculis ???dibusque idolarum simulacra illorum aras cohentium. Ut ijs solemne fuisse constat ex Comici Andria.~~ An hinc rursus aliquis Copronijmi assecla ansam arripiet Catholicis exprobrandi, quod se alligarint idololatriæ Romanorum ??? simulacra et aras fictorum deorum redimiculis et calathis olim cohentium ? Quibus id solemne fuisse constat ex Comici Andria introducentis Davum ancillæ imperantem his verbis :

Ex ara hinc fume verbenas tibi.

Romanis enim omnibus mos erat in atrio vel vestibulo domus habere aram Vestæ dicatam, cui quotidie sacrificabant, quam verbenis, seu herbenis, quæ à priscis sagmina vocabantur, id est herbis sacratis, ut puta lauro, oliva, et mjrtho redimire consueverant.

Clarius de hujusmodi ornatu loquitur Apuleius : Respicio, inquit, pilæ mediæ, quæ stabuli trabes sustinebat in ipso ferè meditullio Eponæ deæ simulacrum residens ædiculæ, quod accuratè corollis roseis et quidem recentibus erat ornatum.

Græcis quoque, dijs offerre flores usitatum indicat Aristophanes :

———— Volo ————

Hasce corollas Deo sacrare quas gero.

Sed cur non potius a Judæis quam à gentilibus et paganis hunc ritum nos accepisse volunt ? Cur non potius Judaismi, quam

Psalm 117

gentilis superstitionis insimulant : Nam et Judæos suum templum frondibus adorrasse David innuit, ?? hoc textu : Constituite diem solennem in condensis (ramis nempe) usque ad cornu altaris ? Judæos vera religione, alios superstitione ductos certum est ; Hi in honorem deorum manufactorum, illi in veri æternique numinis, parietes templorum ramis floribusque vestiebant. Venerationem utrique nationi usitatam, observat Ecclesia : sed alia mente sed alio affectu quam gentiles. Hinc Divus Justinianus Imperator constitutione supra allegata (. dd Paganis et sacrificijs et templis) non vetat imagines à Catholicis floribus exornari, sed paganorum superstitionem damnat, et abesse vult a sæculo suo infandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, ac redimiri sertis templorum impios postes.

Cap. 2.

Multiplex autem est ratio sacri florum usus ??? : Ac imprimis una sijmbolica, Sancti enim ratione fragrantium virtutum quibus in sæculo florere, non incongruè floribus comparantur : sicut enim in ijs et colores gratissime et odores suavissimi et aliæ ????? eminentes qualitates inveniuntur ita et Beati ??? gratijs, cælestibus donis, meritisque bonorum operum plenio ~~ut etiam quasi ????? ijs phirè floribus designa ????????~~ Unde sponsus in Casilicis se Agri florem ac Lilium ~~indigebat~~ se vocat. ?? ???? Præterea istiusmodi ornatu testamur nos effusè lætari, eo quod jam Plantati in domo domini, ubi in æternum sicut palmæ florebut. Et justi in sacro codice modo palmis, modo floribus et arboribus perpetuò virentibus rectissimè comparantur. Eadem de causa diebus solemnibus memoriam ipsorum recolentes, cum supplicatione sacras imagines circumferentes, ædium frontispicia frondibus exornatusmus ac carice et floribus pavimenta viatque conspergimus ??? ???? ~~quam dum si princeps extraneus ???????~~ ~~pro~~ quo ritu etiam à gentilibus publicæ lætitiæ dies transactos apud varios auctores legimus : Catullus describens nuptias Pelei hujus meminit :

Vestibulum ut molli velatum fronde viret.

Similiter Rutillius Claudianus Lib. A. Itiner.

Exornent Virides communia gaudia rami.

Stattius scribens de matrimonio filiorum Adrastis Lib 2. Thebaid.

— Fratrisque obtendunt limina sijlvīs.

Juvenalis Satijra 6.

Ornentur postes, et grandi ianua Lauro.

Apuleius Lib. 4. de Asino aureo : per plateas commeantem populi frequenter floribus sertis et solutis adprecantur Lucanus Lib. 2. de bello civili inter Cæsarem et Pompeium festa coronato non pendent limine sarta..

In Nerone.

Xiphilinus scribens de adventu Tiridatis regis Armeniæ : Omnis civitas ornabatur luminibus et coronis, inquit. Et iterum agens de Neronis reditu, qui fuerat profectus in Græciam : Ascendis in Capitolium, inde in Palatium, urbe tota frondibus ornata.

Tertullians in apologia adversus gentes idem refert : Quam recentissimis et ramosissimis Laureis postes perstruebant.

floribus denique icones redimendo designatur, sanctos ijs representatos post luctam et certamen ~~in militantis Ecclesie ????~~ ~~consumer ???~~ hujus vite ex quo victores recessere, nunc in triumpho, legitimè certantibus ab omni æternitate decreto, quem agunt in caelesti Hierosolima, gestare coronas pulchritudinis in capitibus suis.

In vita Nepoliani Cæternum perantiquissimum hunc esse morem vel ex Sancto ~~Hieronimo~~ ~~sufficienter~~ colligitur, dum impense laudat Nepolianum quod Basilicas Ecclesie et martijrum conciliabula, diversis floribus et arborum comis, vitiumque pampinis adombraret. Cui et cum pari Laude, à Surio et alijs, comparatur Sanctus Guido noster, qui annis plurimus Ecclesie Beatæ Mariæ in Laca prope Bruxellam deservivit custos, et simili obsequio eam exornavit. Quam verò hocce pium studium ~~Dei probetur~~ Deipræ probetur ~~???? exempla ex speculo exemplorum desumpto~~ ipsa aliquando declaravit. Cum paupercula opilionis filia, gregem pasceret prope ædiculam B. Virgini sacram, sed desertam in qua tantum imago ejus vitebatur, inculta planè et neglecta ; frequenter invasit eam desiderium, locum à squallore et neglectu vindicandi, atque aliquid ornamenti in imaginem conferendi : verum obstante pijs votis inopiâ, quod unum poterat animum hunc suum Virgini matri exponit et ornamentorum loco, salutationem Angelicam identidem offert, et quidem per multos annos, constanti semper pietate : donec morti jam proxima, experientia didicet, nullius adfectum, aut quantumcumque obsequium à B. Virgine indonatum contemni. Ad fuit enim morienti, tribus turmis Beatarum Virginum stipata, earum imprimis quæ virginitatem quidem, sed nullo voto obstrictam servarunt ; aliarum deinde quæ ejus votum nuncuparunt. Denique aliarum quæ rosam martijrij, castitatis lilio innexuerunt. Inter has media Martijrum et Virginum regina, non dedignata est exile tuguriolum in quo jacebat clientula, eamque suo et comitatus sui aspectu affatuque mirifice solata, paulo post, expirantis animam inter maternos exceptam amplexus, sero pulcherrimo quod manu tenebat, redimitam, triumphantis in morem, cælo intulit gloriosam ; abundè sic vel ipsum desiderium obsequij deferendi remunerata. Quisquis similem gloriam, talem coronam, ejusmodi triumphum post mortem ambis à Virgine, vide ut tu illam vicissim dum vivis, sertis et corollis tuis exornes, et imaginem honorem, cultu tuo et debitis obsequijs promoveas.

~~Gratissimam florum sanctis fuit obla~~

L. 22. de Civit. Dei Cap. 8. circa medium Insigni etiam miraculo deus ostendit ~~declaravit~~ gratam sibi, florum sanctis suis factam // oblationem. Magni Augustini verbis miraculum referentis utar. Ad aquas, inquit, // Tibilitanas Episcopo afferente Projecto reliquias Martijris gloriosissimi Stephani, ad // ejus memoriam veniebat magnæ multitudinis concursus et occursus. Ibi cæca // mulier, ut ad Episcopum portantem pignora sacra duceretur, orant : flores, quos // ferebat, dedit : recepit, oculis admovit, protinus vidit. Stupentibus qui aderant, // præibat exultans, viam carpens, et viæ ducem ulterius non requires.



## Caput quartum.

Sacrilegi puniuntur. Arbor  
multâ Luce circumfunditur.  
Diva Virgo apparet mulieri.

Tam divinis quam Pontificijs decretis cautum est, ne quæ semel dicata Deo, in hominum ministerium convertantur, cujus præcepti prævaricatores, nunimis ultione aliquando mulctatos, luculentissima diversorum testimonia docent. Nec tantum quæ sibi oblata Deus, sua perpetuò esse vult : Sed etiam quæ gloriosæ ejus matri semel data, imposterum eidem obstricta manere, nulliusque hominis commoditati subservire, aut in alicujus transferri dominium quantulacumque sint. Inceperat devota plebs violis, rosis ac omni florum genere virginis tabernaculum exornare ; Dona etiam pro cujusque modulo ad illius pedes deponerentur, exigua quidem sed munifico collata animo. Plurima erant agricularum et ea agrestia : ut sunt hortorum fructus, campi segetes, quæque villa suppeditat, ac terræ benignitate procreantur. ~~Et ut erant piorum benevolentiam hic congesta, ita pravaram concupiscentiam non quidem ablato, sed ut raperentur appetit ad habitis conatibus, qui Dei vindicta in irritum recidere.~~ Memorabile est quod de his donis et arris temeratis legimus ~~Inscriptum enim veridatis~~ traditur enim quod cum Ægidius, Oztins cognomento, Moortenbecâ oriundus Ascano familiaris sarta rosarum imagini detrahere gestiret, subito sit prohibitus, equo sub se subsidente. ~~Vel ???es Dei manus primus expertus est, qui, dum equo hæc prætervehitur, captus rosarum ædiculam exornantium pulchritudine, per Cudibrium ac ??? virginem floribus ??? sarta rosarum imagine detrahere gestinet in terram subisto prohibitus sic subsidente sub se eam ??? prosternitur. Inopinato casu percussus in animoque revoluens divinam vindictam incompleti sacrilegij prenas exigere furto abstinuit.~~

Alius alio tempore idem ~~satagens~~ tentans, sensit se prius occulta vi numinis humi fusum quam ad Rosas Rosæ Mijsticæ oblatas manum potuerit extendere.

Anno 1449, die  
ascensionis Domini

Tertius quoque è Pago Ternathensi (nomen viri non habes exploratum, sicut nec præcedentis) virgini ~~dicata~~ de dicata, poma convellere ~~rapare~~ sentans, simili fuit punitione correptus atque correctus.

Et quoniam in irreligiosos in Virginem tam promptè sit animadversum, an eam colentibus non licuit amplam sperare merredem? Sicut promeritæ castigationis exemplis, contemptoribus existit formidanda, ita zelatoribus suis fuit Clemens Virgo et amabilis Mater.

Anno 1449, die  
Sabbatho  
~~Exinde tanta fre-  
quentiam hominum  
locus iste coli cepit  
ut illis diebus ad  
decem millia eò  
confluxerint~~

Sed antequam GRATIAS suas mortalibus eam hic invocantibus communicavit, prius cælesti indicio à se locum hunc electum innuit : cælo nimirum delapse claritate, quæ nocte profesti Pentecostis arborem et statuam multis spectantibus circumsulsit. Simili prorsus vaporibus et fumo et igni flammanti ~~prorsus~~ in nocte qualem describit Propheta ~~vaporem et fumarum, et ignem flammantem in nocte~~ : vel qualem alius.

Imo et alio prodigio se ut GRATIÆ Dominam in hoc Campo honorari velle, ac isto nomine nuncupari declaravit. Eadem ista Pentecostis Vigilia, qua vicinus imagini aëre visus est crebris luminibus collucere : mulier quædam in urbe Bruxellensi circa auroram, sopore non omnino discusso vidit excellentis formæ Dominam regio indutam amictu, conclave suum ob ambulantem : dumque tacita expectat, quid activa sit, sistit gradum heroina et in decumbentem deducens ac defigens oculos, sic eam affatur : Dic populo Bruxellensi me velle honorari et invocari in Campo Scheut et appellari Dominam de GRATIA. Quibus pro latis in sublime se recipiens, è conspectu matronæ disparuit. Ad tam præclarum spectaculum ingenti stupore perfusa : quæ fuerit ista plena majestate ac pretioso induta habitu, mente revoluit. Schema prorsus Regium et virginei oris delineamenta Mariam fuisse indicabant. formâ enim tali apparuerat, quâ ab Ecclesia artificum manibus expressa repræsentatur? Duabus insequentibus noctibus eadem dormiente oblata species : quæque superiore vice injuncta, iteratò præcepta. jam omni semota hæsitazione firmiter Divam fuisse credens, surgit è cubili virginis executura mandatum. Domesticis, familiaribus et quibuslibet notis obuijs rem omnem enarrat : à quibus fama per urbem, et vicina loca mox diffusa. Initio multis id vanum visum. Aliqui sopitæ mentis ludibrium, aliqui focariæ commentum esse dicitabant. Quippe ob malevolorum linguis ventilatum rumorem, quo infami concubinatus labe notata, indigna, cui Virgo speciem suam exhiberet, existimabatur.

Ex varijs ac  
~~vetustissimis~~  
manuscriptis et im-  
pressis codicibus

Et nitor in tacita  
nocte diurnus erat.

Quid autem splendor iste portenderit judicent alij : mihi non incongruè dici posse videtur, effusum iri Spiritum gratiæ et præcum super locum hunc significasse : Nam si verum est quod oratio Catena est cælitus demissa, lux illa meritò dicit potuit trames secundum quem ascendunt et descendunt administratorij spiritus in ministerium eorum missi qui orationis præsidio ascensum moliuntur in cælum. Certè splendorem hunc vanum non fuisse docuit eventus, quippe qui non horrorem, sed amorem cooperante Spiritu Sancto cordibus in tuentium accenderet, et ad visitandum ædiculæ parvæ limina vehementer urgeret. Unde et mox tantus ad sacellum concursus factus est eo die ac sequentibus ferijs pentecostes, ut supra decem millia munerari potuerint munera offerentium et appendentium tholo quiequid voto devovissent. Collectum est æs votivum in sporta, quod (ut botrus olim in vecte) delatum est in senatum obstupescens cunctis qui aderant tantam summam intra octiduum colligi potuisse. Sed nimirum hæc pars et portio divæ matris est, quam acquisivit illi dominus in gladio orationis et arcu incarnationis, ut ait ejus cultor eximius Bernardus.

~~?? fides const? ipse  
referenti adhibenda?  
Non est minus  
nomen sacram  
sponsam à similibus  
visa sacra eloquia id  
assrint.  
Canticorum 6.  
????????????????~~

Dullartius Cap. 10  
in hist. manus.

Nova serpentis tegrâ afflictitij criminis insimulatur mulier, ut vulgus ab ardenti in Mariam studio retraheretur. ~~Certe licet~~ Domus libidinoso quæstu se sustentaverit Ideone nulla referenti fides adhibenda, et judicanda virginis beneficio indigna minus quam concubinæ quæ viderunt sacram sponsam et beatissimam prædicaverunt Canticorum 6. ~~nihil est cur minus ei fidem adhibeamus : nisi sacri eloquij sententiam, quâ dicitur : Et concubinæ viderunt eam ?????inam ????~~ Haud est Neque enim dubitandum est, quin mater Misericordiæ (cujus quoque filij JESV Christi in terris frequens cum peccatoribus fuit conversatio) non nunquam peccatoribus se visibilem reddat : ut, vel sic saltem, frugi facti, ad ipsam peccatorum omnium refugium recurrant. Solemni quoque juramento dicta mulier, superius à se commemorata asservit in celebri cordatorum virorum confessu, ad hanc et alios, qui portenta in Scheut evenisse, perhibebant, exactissimo scrutinio subjiciendos indicto, Bruxellis in refectorio Carmelitarum regularis observantiæ. ~~Aderant hu?~~ Cui negotio specialiter delecti aderant ex parte Episcopi Cameracensis Joannes Rudolphi, alias Flamingi Juris utriusque doctor Lovaniensis, officialis Cameracensis in districtu Bruxellensi. Cornelius Proper Præpositus Cameracensis. Paulus de Rosa Juris utriusque licentiatus Vicarius Cameracensis, ac alij duo venerabiles egregij ac litterati viri, Joannes de Platea, alias de Lira Canonicus Anderlacensis et Alexander de Beerlinghe Plebanus Divæ Gudulæ in Jure canonico licentiatus, Et Prior et lector dicti Conventus Carmelitarum. A Duce Philippe bono deputati interfuerunt Arnoldus de Pede miles, et Simon de Herbeijs Brabantia Consiliarij. Civitas Bruxellensis etiam suos deputatos hic habuit, unum scilicet scabinum cum Adriano Dullartio urbi à secretis.

Auget insuper fidem feminæ factum Parochi de Itterbeca vitæ sanctimoniâ eo tempore Venerabilis. Multa is in quiete de diva didicerat : at rogatus ea reseraret, nunquam adduci potuit ; ob causas sibi silentio prenenda aiebat. Aperuit tamen, quod fortè sciri maximè erat necessarium. Non voce quidem id fuit denunciatum : sed scripto manifestatum. Virginis imagini, quam in exigua tabella depingi ac ædiculæ affigi curaverat epigraphen sequentem subjungi voluit :

Nostra Domina de Gratia in Scheut.

Qua ratione fortasse innuere voluit sibi æquè ac mulieri nomen Virginis revelatum, illiusque propalationem demandatam. Ex illo ~~Ex tunc Ab illo Tunc~~ imago Nostra Domina de GRATIA vocari capit, et etiamnum sub isto titulo invocatur. Nec otiosè observatum fuit à Patribus, interveniente miraculo nomen hoc ab ordine Carthusiensi confirmatum fuisse domui seu Carthusiæ, quæ non multo post in hoc eodem loco constructa fuit. Cum enim in Capitulo, annuo generali de domus incorporatione ageretur et multi varia scripsissent de ejus intitulatione : titulis omnibus alijs posthabitis quas diversi suggerebant : statuit Capitulum unanimi consensu, ut per universum ordinem, domus Nostræ dominæ de Gratia diceretur. Atque ita unus apex aut unum jota non præterijt, quod ad ore Virginis matris manavit.

#### Annotationes ad Cap. 4.



~~Luculentissima diversorum testimonia docent )~~

~~Pago Ternathensi )~~

f° 68 (surcharge 61)

page blanche

~~Aut prologi Casarii scriptis porafo??~~

~~Non est cur quispiam etc.~~

~~— Henriquez in appatu ad necrologium list L. 34 si tamen aliqui multas et mirandas visiones, quas hic author refert, non libenter approbent, illis satisfariam verbis ab eodem Fischer allatis :~~

^ Quod vero ad visiones et revelationes attiret, quæ multæ in his libris continentur, quia et illæ quibusdam, qui sibi sapientes videntur, minus accident, sciat Catholicus lector, ut prudentis est non temerè quibusvis revelationibus fidem adhibere, ita jure reprehendi damnarique eos, qui omnes proteruè rejiciunt, et velut confictas, aut delirantium somnia damnant. Si enim sciant quo loco illæ à gravissimis Ecclesiæ doctoribus habeantur, impudentes sunt, qui tantorum virorum judicio acerrimo suum præferant ; si ignorant, temerarij quod de rebus ~~sibi~~ minus sibi perspectis, tam inconsideratè judicent. Quanti autem visiones ac revelationes fidelibus ostentas fecerint illi, discant ex BN. Chrijsostomi libro de sacerdotio sento, B. Gregorij Nijsseni commentario de B. Alacrina Sanctissimi Christi Martijris et episcopi Cijpriani epist. 8. 10. 34. 54 L. item de mortalitate. Sensent etiam se perstringi in fine epist. 69. Denique ne nimius sim, Tortullianus L. de idololatria cap. 15. visionem nocturnam cuidam fidelium factam non veretur divinam appellare auctoritatem et L. de spectaculis cap. 26. et de velandis virginibus cap. ultimo, non erubuit mulieribus factas revelationes, ad probationem ejus quod tractabat adducere. Quæ aliaque plura si temerarij illi censores expendant, discent modestius ab his similibusque rebus et sentire et loqui, scientque eos qui Dei spiritum habent, multò et acutius acriutque videre et rectius dijudicare ea quæ idem spiritus in fidelibus operatur, quam illos qui de studio acquisita profana scientia gloriantur.

Deus etiam mulier-  
culis amania sepius  
in somnis revelat

⊕ Sopore ~~non~~ ~~?????~~ nondunc discusso vidit ] Exclamabit hic hostis Ecclesiæ : delirium, somnium, nugæ, miles fabulæ. Sed hoc meritò de visionibus Principilorum nonæ Religionis dici potest : dum per adumbratas revelationum, tanquam à magnis quibusdam Apostolis conscriptarum species, absurda portenta, præstigiaturque quasi per Angelos sibi onstentatas, gregi à se seducto comminiseuntur. Ut fecisse Cerrinthum refert Eusebius ; quam fingendi artem Egregiè edoctas Lutherus, non embuit scribere Lib. de missa privata, diabolum sibi quadam nocte apparuisse, ac de abroganda missa proliacum secum habuisse sermonem. Carolstadius teste Kemnitio, sæpè suis consodalibus dixit cum jactantia, venisse ad se virum quemdam, qui ei revelavit, quomodo verbo Eucharistiæ, præcipuè antem particula, HOC, essent intelligenda. Quam enormis perversitas, fingere visionem in qua de sacratissimo sacrificio abrogando, diu altercatum est cum demone, cui ~~quod sanctum~~ terribile est quod sanctum est, et ideo submovendum, qua potest contentione fuadet. Quam nefandum fundare in commentitia apparitione doctrinam de verborum Eucharistiæ sensu ! O ~~Quam~~ abominanda ludibria ! Tales magistri apparitiones ac visiones, quibus vel boni aliquid præcipitur, vel sacrum revelatur arcanum reiiciendas ac videndas prædicant.

Lib. 1. Commento  
primo in Pijman-  
drum Trismegisti

Quod autem facta sit hæc apparitio dormienti, non propterea minorem meretur fidem : Nam triplex divinarum revelationum est distinctio, juxta tres hominis vires cognitrices scilicet sensitivam, imaginariam et intellectivam : ut ~~optimè~~ ferè ostendit Hannibal Rosseliuss ex verbis scripturæ Num. 12. Si fuerit vobiscum propheta, in visione cognoscar ab eo, aut in somno loquar cum eo : non talis est servus meus Moijses, ore ad os loquor cum eo et palam non autem in ænigmatibus et similitudine videt dominum. Ad sensitivam exteriorem, spectat : In visione cognoscar ab eo ; ad intellectivam quod habet de Moijse : Non in ænigmatibus dominum videt. Ad imaginativam, verò, quod addit : In somno loquar cum eo : Qualis hæc videtur fuisse. Talem sibi factam narrat D. Cijprianus, nec tamen dignus qui ut somniator habeatur : Memini, inquit, quid jam mihi sit ostensum, immo quid servo obsequenti et timenti de dominica et divina autoritate præceptum, qui inter cætera quæ ostendere et revelare dignatus est, et hoc addidit : Itaque qui Christo non credit sacerdotem facienti, postea credere incipit Sacerdotem vindicanti. Quamquam sciam somnia ridicula et visiones ineptas quibusdam videri, sed utique illis qui malunt contra sacerdotes credere, quam sacerdoti. Sed nihil mirum quando de Joseph fratres sui dixerunt : Ecce somniator ille venit ; nunc ergo venite, coccidamus illum, et somniator postea quod somniaverat consecutus sit ; et occisores ac venditores confusi sint : ut qui verbis prius non credidissent, factis postmodum crederent.

Epist. 59.

Si tamen aliqui his non obstantibus visionem hanc et alias, quas hic referimus, non libenter approbent, illos ~~satis fieri ???~~ ~~putamus~~ verbis Fischeri satisfacere conabimur quibus author Prologi operibus Cæsarij præfixi utitur.

^ vide folio præcedens.

In celebri cordatorum virorum concessu ] Qui delecti censores et iudices, ut secundum regulas fidei visionem ex animarent. Non enim temerè revelatione omnes amplectimur tanquam indubitatas, sed doctorum examine dioligenter discutis, quæ ad eas asserendas ad feruntur : si quid indignum fide deprehentur, omnino reijcimus : vel piè credimus, si fidei regulis non adversentur. Sic factum olim cum revelationibus quæ acciderunt circa annum 1230 Virginibus Sacris Julianæ Corneliensi, Enæ et Isabellæ circà institutionem festi Venerabilis sacramenti. Neque mirum infirmiori sexui tales revelationes fieri, cum eidem ~~sexui~~ primum ante omnes alios revelaverit Christus resurrectionem suam et fecerit seminas evangelistas apostolorum.

Joahannes Rudolphi ) alias Flamingi de Aldenardo Eques, primus legum Baccalaureus Lovanij promotus Anno 1427. die 25. februarij. Fuit vero ipse jam inde à prima origine universitatis Legens et regens in facultate artium, Procurator sive Decanus ejusdem facultatis Anno 1428. Interfuit quoque Concilio Basiliense nomine universitatis, una cum Nicolao de Midij S. Theol. doctore.

Cornelius Proper ) Joannis IV. Brabantiae Ducis Consiliarius Lateralis, ut constat ex diplomate cessionis omnimodæ jurisdictionis ipsius Principis in Rectorem et universitatem Lovaniensem dato in oppido Bruxellensi anno domini 1426. die septima novembris, in cujus dorso sic erat scriptum : Per Dominum Ducem in suo Concilio, in quo Engelbertus Comes Nassoviae, Dominus de Lecka et de Breda. Wihelms comes de Seijne, Dominus de Rode Sanctæ Agathæ. Joannes dominus de Wesemalia et de Folais. Dominus Joannes Dominus de Rotselaer et de Vorselaer. Dominus Henricus de Lecka dominus de Hesewijck. Joannes de Glimes dominus de Bergis supra Lo??am, de Grimbergis et de Melino Barones. Magister Cornelius Proper, Præpositus Cameracensis. Joannes de Wijtham dominus de Bautershem. Wilhelmus de Montenaken Dominus de Grasen et de Wilre. Et quam plures alij interfuerunt. Sic scriptum de Dijnter.

Nota hoc Consilium quatuor annis post, 1430. à Philippo Bono per Lætum introitum factum fuisse sedentarium in urbe Bruxellensi (quod hodie est supremum Brabantiae) et muneratum fuisse ex sex consiliarijs quorum quatuor forent Barones aut possiderent baronatum, reliqui duo rales quales sibi videretur, et uno Cancellario, qui juxta constitutionem Philippi Primi ejus prædecessoris, esset ex patria oriundus vel saltem possideret in ea Baronatum titulo Patrimoniali vel dotali. Atque etiam abolendo enquestum Cortenbergensem constituit pro conservatione suorum prium, præmentiarum et domaniorum unum advocatum fiscalem, qui anno 1461. accepit titulum Conciliarij et unum procuratorem generalem. Sed cum paulatim plures supra munerum istum fuissent admissi consiliarij, eundem per patentes suas ~~reducendo~~ de 17. Septembris 1463. ~~reducendo~~ constituit seu retinuit sex consiliarios ordinarios et quatuor extraordinarios ad enquestas. ~~A subsequentibus ducibus~~

Paulus de Rota. ) alias Van den Wile.

Joannes de Platea ) alias de Lira. Visitavitsepulchrum domini et Sancta Palestinæ loca. Extati effigies ejus picta in Ecclesiæ Anderlacensi inhumatus cum hac inscriptione :

Alexander de Beringhen )

## Caput quintum

Sacculum ædificatur. Submersa  
 Reviviscit. Archiepiscopus Rhemensis  
 Virginem Schotanam visitat.

Quæ ad impediendum Virginis cultum tartareus genius ab initio Struxerat machinamenta, ijs alia atque alia non destitit superstruere. Verum ut primi, ita et novissimi ejus conatus evanere. Et quanto impensius impedire satagebat, tanto majore incremento crescebat opus. Non aliud hactenus cælesti reginæ ædificatum fuerat habitaculum quam ligneum tupuriolum, sub quo, annuente Cameracensi Antistite Joanne à Burgundia ter quaque hebdommada missæ sacrificium peragebatur. Plurimi reprehendere, quod in loco nondum Ecclesiæ ritibus consecrato sacratissima holocausta offerri permissum ; Hinc temeritatis arguebant episcopum. Quod quisque ferventi cultui opponeret, promptè à maligno spiritu suggestum. Unus subvertendam domunculam, alius succendendam : quidam icunculam transferendam ac populi confluxum ad hunc locum inhibendum dicebant : quæque micanda hic visa rumor sparcerat, commentitiæ esse. Alij ex adverso, amore virginis exciti, illius hic cultum promovendum aiebant, contraque nitentes in se divini muninis ciere vindictam : utpote mortalium nemini fas esse ex hac areola auferre sacrum florem, in qua jam scirent radicatum, alioque translatum desineret odoris dare suavitatem ; sufficienter Virginem prodigijs declarasse hanc planiciem à sa electam, et hic habitare velle, quoniam elegisset eam. Tantum populi tumultuantis murmur, non melius sedandum ratus episcopus, quam si excisâ vel exustâ domunculâ, imago in Collegiali Anderlacensi Ecclesia publicæ venerationi exponeretur : Consilio et rationibus Joannis Rudolphi,

Psalmos 131.



viri undequaque conspicui ab hoc revocatus Præsulis animus, adeò in diversum mutatus est, ut non tantum dilapidatione pauperis Ligelli supersederit supercederit : sed insuper de extruendo ampliore Mariæ domicilio cogitaverit. Præficiuntur igitur ab ipso et magistratu Bruxellensi operi dirigendo Joannes Cambierius et Ægidius de

Anno 1450

~~Dielbeke. •§quorum sedulitate sacellum in quo adhuc hodie Virgo colitur, anno eodem quo acceperat initium ad coronidem per ductum fuit. •§Non ea tamen celeritate, qua per erat perfectum est opus, verum totis quatuor annis protractum, malo genio semper adversante, vel contumeliâ temporum, adversisque alijs casibus obsistentibus inoles ipsa secum conflictabat. Primam manum magnæ matris operi applicuit filius unicus Philippi Boni Burgundionum ac Brabantiae Ducis Carolus Carolesiæ Comes, à generosa indole Audax dictus. Is vigesimo primo februarij tunc sabbhatino die, Virgini è sex feriatis, speciali culti dicato, quo tum etiam festum cathedre Sancti Petri Principis Apostolorum contigit celebrari, Petram fundamentalem ædis in honorem Reginae Apostolorum ædificandæ, gentilitijs Burgundicis insignitam, nomine parentis posuit, aureo munino ~~???~~ ~~???~~ ~~???~~ super illam relicta : Quo suspicor non tam munificum architecto videri voluisse, quam indicare totam ædem convenientius (si per opulentiam licuisset) ex auro ab ipsis fundamentis, quam ex secto lapide fuisse extruendam, Aureæ Domus tegumento futuram. ~~Ubi jam ultima.~~~~

Anno 1453

Interea, dum tam feliciter auspicato in GRATIAM, Virginis operi artifices incumbunt, eodem anno, qui erat Jubilæi, GRATIÆ et reconciliationis mense Martio, primam à Virgine GRATIAM submersa quædam tenella Virgo consecuta est Catharina Overdorpia ex Wambeke in præterfluentem fluvium lapsa submersa est ; quam parentes abesse conspicati, cæperunt eam anxie susque deque requirere, sed extinctam nacti sub aquis vix sese præ dolore capiebant : Lamentis et fæmineo ejulatu replebantur omnia ; nec modus erat lachrymis, donec à necessarijs amicis et vicinis suggeltum est parentibus ut opem nostræ dominæ de Gratia pariter implorarent, nec dubitarent de miraculo, si crederent, omnia possibile esse credentibus. Igitur inutili planctu suppresso, voces et vota sua convertunt unanimiter ad Divam de Gratia, conceptisque verbis devotant cercam filiæ suæ, si vitæ reddatur, imaginem, æqualis cujus ipsa esset ponderis appendendam tholo majori. Nec mora statim ut votum constitit, puella vitæ reddita est : quod jurati decem testes se vidisse constanter asserverunt. Hoc miraculum incredibile dictu quantum gaudium et gratulationem excitarit in ipsa curia Ducissæ Elizabethæ quæ non dubia de miraculo, sed læta pro voto, festina præ gaudio gestiebat puellam redivinam videre. Visit et amplexata est velut ex abijssis alterius sæculi pridem extractam. Hoc igitur signum omnipotentiae fuit dominæ nostræ, quam Calonis ipse puignan totaque aula cæpit ex animo venerari.

Submersa vitæ  
restuitur

~~Fit commune votum et communis oratio : spondent insuper parentes, casu quo vitam Inchoata vix invocatione, mortua vitae redditur. Sacra est integra cum parentibus imaginem visitavit, et quæ præmissa fuerant, fideliter pestit. Duodecim reperti sunt, qui miraculum jurejurando inter pōsit affimarunt. Hodie adhuc videre est in manuali computuum sacelli, quot cere libras obtulerint. Habet etiam hæc res autoritatem et fidem ab Isabella Lusitania Regis filia, tunc Ducissa Brabantia et Caroli Audace ejus filio, qui in puella ad se accersita Deipara potentiam admirati sunt et stupendi miraculi occasione, eorum in ducam studio magis fuere accensa.~~

Reservatur in  
Archivis Carthusianorum.

Mense Aprili ejusdem anni (~~an~~ ad famâ resuscitata excitatus ?????) Virginem salutaturus è Gallia partibus venit Illustrissimus Dominus Joannes Juvenalis de Ursinis Archiepiscopus Rhemensis. Hic ne inchoatum opus deficiente censu tardius assurgeret, ~~præter pecuniæ oblationem~~ multa anni festa indulgentijs cumulavit, ab ijs lucrandis, qui aut Virginem ijsdem festis diebus expiata conscientia visitarent, aut adjutrices manus ædificio perfiriedo porrigerent. ~~Ex largitate spirituali devotio populi non mediocriter aucto ac inflammata, tantum plium contulit, ut eo anno mariam opus fuerit absolutum.~~ Diploma indulgentiarum visum est adjungere.

Joannes miseratione divina Archiepiscopus et Dux Rhemensis Primus Par Franciæ ac Sanctæ Sedis Apostolicæ legatus natus, Universis præsentis litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Licet is de cujus munere venit, ut sibi à Christi fidelibus suis dignè et laudabiliter serviatur, et de abundantia pietatis suæ, quæ merita supplicum excedit, et vota benè sernientibus multo majora tribuat, quam valeant promereri ; Nos tamen nihilominus desiderantes reddere populum acceptabilem Domino ac fideles Christi ad complacendum ei, quasi Quibusdam illectivus muneribus,

Indulgentijs videlicet et remissionibus invitatus, ut reddantur exinde divinæ GRATIÆ aptiores. Cupientes igitur ut Capella ad honorem gloriosæ Virginis Dei Genetricis Mariæ in loco vulgariter dicto ten Schote extra muros oppidi Bruxellensis nostræ Provinciæ, ac Cameracensis Diæcesis noviter constructa magis assiduis, et quoad cultum divinum congruit in posterum frequentetur honoribus et eidem in suis ædificijs sibi necessarijs, una cum eorum quæ ad eundem cultum spectant largiori administratione promptius succurratur, de omnipotentis Dei misericordia, Gloriosæque virginis Matris ejus ac Beatorum Apostolorum Petri et Pauli omniumque Sanctorum meritis et intercessionibus confisi, omnibus verè pænitentibus et confessis dictam Capellam visitantibus et eidem manus porrigentibus adjutrices. In Nativitatis Domini nostri JESV Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paraceves, Resurrectionis, Assensionis, Pentecostes, Trinitatis, Sanctissimi Sacramenti, Joannis Baptistæ, Beatorum Petri et Pauli atque cæterorum Apostolorum atque Evangelistarum, Beatæ Mariæ Magdalenæ, Sanci Laurentij, Beatæ Mariæ Assumptionis, et alijs singulis Beatissimæ Mariæ Virginis, Beatæ Gudulæ, Sancti Michaelis Archangeli, omniumque Sanctorum, Beati Martini, Beatæ Catharinæ, atque Beati Nicolai festivitibus ac eorum octavis quolibet dierum prædictorum, ac toties quoties uno eodem die dictam Capellam devotionis causa visitaverint quadraginta dies de injunctis sibi pænitentijs misericorditer relaxamus per præsentis. Datum Bruxellæ sub sigillo nostro, Anno Domini MCCCCL, mensis Aprilis die XVI. Ad extremum ubi jam ultima manus opere fuit imposita D. Joannes à Burgundia Cameracensis Antistes eam ritu solemniter consecravit. Accesserunt sacello sua pomæria vicinaque quædam optimæ plebæ prædia, quæ ex collectis coempta fuerant, murus insuper in giro constructus septem pedum altitudine quo velut lorica cingebatur adversus ferarum incursum ac bestiarum.

#### Annotationes ad Cap. 5.

Plurimi reprehendere ) Indocti forsam et de fære plebis, ignorantes etiam licitum offerre sacrificium missæ in templis nondum consecratis, modo altaria seu fixa seu portatilia sacris unctionibus et benedictionibus ritè fuerint ab episcopo consecrata.

~~Joannes Cambierius )~~

~~Egidius de Dielbeke )~~

~~Wambeca )~~

~~Archiepiscopus Rhemensis )~~

~~Primus Par Franciæ~~

Quid fit legatus  
natus ?

Legatus natus ) Ideo natus ~~dicitur~~, quia statim ut Ecclesiæ præficitur et creatur præsul, legati apostolici munus et officium nanciscitur. Præter Rhemensem eodem nomine et dignitate gaudent Archiepiscopus Cantuariensis in Anglia, de quo in Cap. 1 de officio legati et cap. penultimo de officijs presbijterorum. Talem etiam se esse in Anglia profitetur Archiepiscopus Eborarensis de quo in Cap. primo de appellationibus. De Rhemensi agitur in Cap. Venerabilem. §. verum, qui filij sint legitimi. In Aquitania superiori Archiepiscopus Bituricensis de quo in cap. ult. de majoratu et obedientia, et Cap. Exposuit de dilatationibus. In Aquitania inferiori Archiepiscopus Burdegalensis. In Viennensi provincia Archiepiscopus Viennensis. In Lugdunensi Archiepiscopus Lugdunensis de quibus in Cap. Novit. de officio legati. Temporibus Bonifacij primi et Gregorij primi Arelatensis in sua Provincia Cap. in Galliarum 25. q. 11. (C. Artaldus 8. q. 3. In Polonia Guesnensis Archiepiscopus. In Hungaria Strigoniensis. In Alemannia olim erat Magdenburgensis : Sed quia hæreticus fuit nunc est Salsburgensis. In Hispania est Toletanus. In Schotia Archiepiscopus Sancti Andreae. In Africa erat olim Carthaginiensis ; Hi omnes in suis provincijs tanquam primatas erant et à Romano Pontifice pallium et potestatem habebant ut legati Apostolici munere fungerentur.

~~Nostra Provincia)~~

## Caput sextum.

Varia miracula primis  
annis, quibus Imago  
cœli cæpit, edita.

Crebrescentibus signis et virtutibus ad invocationem ~~hujus~~ Divæ Thaumaturgæ magis ac magis saugeri cæpit imaginis hujus fama, flagrantque beneficiorum ejus memoria nec ~~Nec enim flagrans fama beneficiorum ejus~~ jam intra pomæria Brabantia contineri poterat : longè latèque spargebantur per circuitum rumoris femina, quæ postmodum largo fænore reddebant extimæ citimæque regiones, Concurrerentibus in eandem viæ societatem diversis populis, quibus hoc unum erat præcipuumque studium, vota vovere et reddere sospitatrici suæ Virgini Dei matri in illa ~~?????~~ sua imagine. Confluebant itaque diversæ nationes de quibus dici poterat : Vox diversa sonat, populorum vox tamen una, Dum vera hæc patriæ dicitur esse parens.

Animæ sanctæ Deo et Virgini charissimæ plurimo, ad hunc locum locique cultum adducebant non per tenebras naturæ (ut ait ille) nec per vagos erraticosque sæculi labijrinhos (quomodo Thesei sine filo) sed per viam tritam supplicationibus, purgatam per quam plurimus peditabat agnus et elephas natabat. Præduces enim ad hæc limina vulgo erant simpliciores ut assolet : horum fidem et fervorem sequebantur alij, adeò ut et plurima turba sacerdotum eorum obediret fidei : quos secum offerendi sacrificij causa ducebant ac per eorum manus Deo litabant in ara vili quidem schemate constructa, sed cælesti virtute plena. Tanquam ad Probaticam Piscinam Languentes omnis sexus et ætatis circumsedebant Sacellum, non tam auro et lapidibus preciosis quam religione et fide præclarum, opem Virginis et medelam præstolantes. Nusquam certior fides muninis, nusquam certius miseris asijlum patebat. Videre erat hic non Attalica aliqua aut auro intertexta tapetia, sed exuvias afflictorum appensas parietibus. Hic cereæ argentæque imatgines miraculorum indices, hic monumenta beneficiorum, quæ Virgo et Mater fidelibus ostenderat. Omnes jam hunc locum monerant : ac tantum vel eum vidisse, vel Beatam Virginem in eo invocasse magnum salutis momentum putabatur. Nunc mortuum revixisse, nunc cæcum visum recuperasse, Nunc alios alijs infirmitatibus detentos usum officinumque corporis Mariæ beneficio recepisse renunciabatur. Ex currat ad hæc rura si quis adhuc Copronijmus, si quis Isauricus cultum Virginis audet impugnare, et inveniet ad illius effigiem hic non minus stupenda, quam frequentia edita miracula, cum gravissimorum hominum testimonio comprobata, tum publicis tabulis consignata. Pauca hoc loco referam, partim ante Patrum Carthusianorum adventum partim non longè post perpetrata.

1.  
Puer suffocatus  
ad vitam redit

Montibus ad Zoomam mulier ~~mont~~ puerulum tenellubum trium septimanarum penes se in lecto collovaverat, ut si fortè noctu ejulatum edendo somnum et quietem ejus pertubaret, illico præbendo ubera, redderet tranquillum,

- ac deinde quæ sedulæ matris sunt, tenello fætui exhiberet officia. Tanta sollicitudo obfuit infanti. Dum enim ipso vel maritus inter dormiendum se invertenda ~~???????????~~ incanta ninnum delicata membra comprimit, infans suffocatur. Experrecti, miratur pallescere : videat non moveri ac cadaveri ~~magis quam homini~~ similem. Placuit igitur experiri num expirasset, vel animi deliquium tantum pateretur. Hora discernendo consumitur. Post multa, nullo vitæ apparente indicio, Mater fiduciæ plena, ad Dominam Nostram de Gratia, in qua spes omnis vitæ, velut ad sacram anchoram confugiens ~~dique votum nuncupans post duarum honorum spatium ditam prolis impetravit~~ Alma mater inquit tibi omnia possible sunt, si vis redde misi portem animæ meæ quam extinctam tibi sisto, sistamque si sospitem eam misi reddideris in tuo suburbano Scheute cum imagine cere donisque alijs quæ repecerit manus mea. Vix duæ horæ transierant, et mox extinctus puer ad vitam redijt.
2. Partus mortuus reviviscit et mutam usum linguæ recuperat.
- Alterius resuscitati infantis, sed inferioris imo vix alicujus ætatis, aliud miraculum accipe ; Nec tantum in enixa recenter prole, sed et in parturiente Matre Mariæ misericordia enituit. Joanni Vanden Berghe (conditionem hominis et domicilij locum ignoro) puer natus erat exanimis, uxor ejus quoque, præ magnitudine dolorum, quos in puerperio passa fuerat, facta muta : ac tam diu sine voce mater, et sine vita proles mansere, donec obstetrix auxilio cælesti implorato ambas Dominæ de Gratia commendasset. Tum enim matri facultas loquendi et parvulo facta respirandi : qui et sacro Baptismatis fonte postmodum fuit ablutus.
3. Quæ spinter deglutiverat, sanatur.
- Catharina Evelpoels in pago seu Villa de T'sone non sine ingenti vitæ su periculo spinter deglutiverat ~~quæ~~ ad invocationem Nostræ Virginis, postquam à sabbatho ad domericam viginti quatuor usque totis horis illud habuisset in gutture et mortis imminentis vehementer angeretur doloribus, nullusque esset angustiae modus subito illud ejecit absque ulle sentu doloris.
4. Mulier à calculo liberata
- Illud quoque quam stupendum est, quod contigit cuidam matronæ de Vlesenbeca ; Pagus est una circiter leuca ab Anderlaco. Hæc multo tempore acerbissimo calculi cruciatu torta, nullius ope ac medicina curari sanari poterat ; intentatum adhuc erat unum humanum remedium, sed illud crudete et novissimum incisionis, eo præterito
- Ovid. L. 15. Metamorph.
- Post quam mortalia cernit  
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum  
Auxilium cleste petit —————  
Promisettens itaque se novemdiali peregrinatione invisuram



Mariam in Scheut. Mirabile dictu : quanto aut quinto peregrinationis die in ipso Campo Schotano à condidi coloris lapide, ovum magnitudine adæquante ejecto, omni dolore levata est. Calculus inter anathemata in Sacello fuit suspensus è tholo.

V.

Percussa ab equo  
sanatur

Puella in Duffel, locus quoque est Virginis miraculis celebris ~~ab equi recalcitrantæ ??? graniter percussa cerebram non solum per foracti cranei rimas conspicaretum sed etiam aliquo usque contritum conspicer extra?? Fuerit ???~~. Convolans ad suppeties nostra Dominæ de calcibus equi percussa graniter, et ex cerebrata, voto pro ea ad virginem nostram emisso prosimus ad officium mero et memoria, ut redijt pleneque convalnit.

VI.

phanaticus liberatur  
ab intemperijs

Alius nomine Henricus ex pago de Waelhem intemperijs quibusdam agitatis immania spirabat, agebatque se non ut hominem sed ut phanaticum aut dæmoniacum : quem miserati parentes ejus, implorarunt consuetam opem B. Virgini, suburbanæ : confestim ut nomen virginis informit ea nocte tota quienit : deinde primo diluculo sibi redditus est, nec ullum deinceps turbulentia vestigium in eo resedit. Hoc prodigium quatuor testes parati fuere jurejurando confirmare.

VII.

aralijtica curatur

Gertrudem uxorem Joannis Bolois prætoris de Tolnis lecto affixerat paralijsis tam vehemens, ut contrahi et distorti membra, et ipsa quasi desijsse vivere videretur. Tam tristi spectaculo motus maritus, nullo præstariori medicamine, quam spirituali charissimam conjugem juvari posse ratus : Pro fæminæ integritate ad cunctarum feminarum decus, Dominam hanc recurrit. Vix emiserat votum et ecce ægra fit composmentis, ac omni discusso dolore sanitati mox vestituitur. Argentea mulieris effigies in testimonium miraculi, præter alia non contemnenda dona oblata, in Sacello appenta fuit.

VIII.

Membranula oculo  
pueri supercressens  
decidit.

Quadam Aleijdis vocata, enutriverat puerulum, cujus nec nomen nec patriam scripti annales produnt : altero illius oculo instar membranulæ ~~albumen~~ pellicula supercreverat, quâ, claritas organi offuscata, cæcus vel cæcitati proximus dici poterat. factis ad Divam præcibus, confestim ab oculo membranula decidit.

IX.

Utroque oculo cæ-  
cus visum recuperat

Arnodus de Pancoucque Donatus cujusdam Monasterij in agro Iprensi ~~juxta Ipreus~~ utroque oculo cæcus ad virginem GRATIOSAM effusa oratione eamque mentis oculis respiciens, meruit recuperare lumen oculorum, quo effigiem Virginis ac admirabilis suæ benefactricis aspiceret.

X.

Cæca et clauda  
sanatur

Simile dabo in dissimili sexu. Erat in Hulsterlo, pagus est in Comitatu Flandriæ paupercula, pia tamen

ac cultui divino mancipata Virgo, cui nomen Bertrix. Per sesquialium iuniorum oculorum orbata, ac pedibus tam impotens, ut ne fuloris quidem ~~se ab ????~~ ~~alium locum~~ de loco ad locum se quiret transferre, pedibus gressum Deiparæ intercessione abstinuit. Et

Boetius L. 1. de  
consol. philosophiæ  
Metro 3.

Ipsam discussâ liquerunt nocte tenebræ  
Luminibusque prior redijt vigor.

Sanata, ~~deu~~ juxta sacellum exiguam casam incoluit, donec adventantibus Patribus Carthusianis, locum cedere coacta, in Flandriam ad natale solum remeavit. Isabella Philippi Boni uxor, quæ ad vitæ sustentationem requirebantur, indigenti sæpè subministravit.

Cap. 14

Sunt alia longè plurium gravissima argumenta rerum istius ævi, quæ locum istum et Divæ matris magnitudinem potentiamque commendant : sed quod numquam fatis dolendum, ad nos transmissa non sunt. Genera quidem illorum apud Dullartium regerio, sed nullum singulari descriptione extensum. In hunc enim modum scribit : Continuantes magis et magis populi diversarum patriacum peregrinantium devotione, et frequentatione, perceptum est, prout hodiernis temporibus adhuc percipitur, multos de diversis mundi partibus peregrinantes et vota sua ad hunc locum voventes, remedia, sanitatem et consolationes sensisse : ut puta cæcos, claudos surdos, podagricos, lunaticos, ~~fen~~ phreneticos, exaticos, longam infirmitate detentos, leprosos, pleuriticos, lijenticos, febricitantes, caput et renes dolentes \*, swinanticos — pestilenticos, colicâ, guerrâ, incendio, naufragio, submersione, partus et anhelitus difficultate, furto, rapina, aëris, ac undarum tempestate, sterilitate, splintris inglutinatione, ac animo propter adversas fortunas prostratos etc. Horum aliquot duobus sequentibus versiculis fenestræ ambitus excisi monasterij quondam inscriptis complectuntur.

\*

Devota Christi Geneticum mente colentes

Sanantur, cæci cernunt, mutique loquuntur.

Cap. 15.

Fatetur et ipse Dullartius se plurima à Virgine beneficia impetrasse ; ea hic verbis ejus annectam.

Quin imo et ego qui loquor, scio et attestor, quod post cuncta vota a me emissa, remedia certarum infirmitatum corporalium Dei Geneticis intercessione sæpe persensi, et non solum unum remedium, verum etiam diversarum tentationum, adversitatum, mentisque dolorum consolationem. Et in speciali refert, se beneficio ejusdem Virginis à proxima puteali loci Ter Scheut submersionis periclitatione fuisse retrotractum : prout et Catharinæ conthorali suæ dicit accidisse.

### Annotationes ad Cap. VI

????? Vlesenbeca ) Corrupté. Vlassenbeca rectè dixeris : id est torrens lini. In sacris agnoscit Præpositum Capellæ juxta antiquos muros urbis Bruxellensis.

#### ~~Vlesenbeca~~

~~Novemdiâli peregrinatione ) Peregrinationes ad loca sacra ab incunabilis ecclesiæ usitata, imo et inveteri lege ac opera esse per quam pia multi Catholici ?????? præclare probant clarissime Cardinalis Bellarminus, Gretserus Rovenius Baius damnum et post illum ?????? Joannes Stalenus Pastor Resensis et alii paucis adversariorum calumias retundens. Nollum igitur accipere ??? ad Fas propugnandas hic suscipere, artium esset ageræ tantum discutiam, num novemdiâlis peregrinatio licita, et an non contineat in se quidpiam superstitionis. ??????nus accuartus in Decalogum accuratus superstitionum Criticus et censor, ait : eos condemnandus, qui ex præscripto piarum mulierum ad quedam loca peregrinatum vadunt, ibique offerunt munnum argenteum, tres candelas aliaque faciunt quæ vulgò de Muleta Boete vocant~~

Illum Novenæ seu  
novemdialis,  
sanctorum cultus  
licitis ~~est~~, et ab  
Ecclesia  
~~approbatus?~~  
uinstitutus ?

Novemdiali peregrinatione ) Peregrinationes ad loca sacra ab incunabulis Ecclesiæ usitata, imo et in lege veteri, ac opera esse per quam pia præclarè probant Cardinalis Bellarminus, Gretserus Baijus, Rovenius et novissimè Joannes Stalenus Pastor Resensis, qui sectariorum calumnias egregiè retundit. Verum ad certum dierum numerum restrictæ, ut sunt novemdiales, aliquibus possent videri superstitiosæ ; An sint, placet discutere. ~~Sed antequam ad difficultatem enucleandam~~ Ad præsentem difficultatem enucleandam observandum est, superstitionem esse duplicem : Unam cultus indebiti, quo verus deus, sed modo incongruo colitur : ut cum tribuimus ei cultum falsum vel superfluum, qui nimirum sit contra vel præter Ecclesiæ consuetudinem ac præscriptum. Aliam ratione rei cultæ, cum scilicet cultus deo debitus, falso deo vel creaturæ defertur. De prima nobis hic agendum. Qualis videri posset novemdialis dierum peregrinatio, cum ab Ecclesia numquam præscripta constet. Et certè numerus ille novenarius non reperitur utpam ad cultum dei vel Sanctorum commendatus, qui unitate distat à denario perfectionem significante, et superstitioso cultu vel diabolo omnis superstitionis authore potius videtur introductus, quam à vera religione. Hinc illius erat usus jam olim in incantationibus : ut ex his Virgilij verseus ~~???~~ Eclogæ VIIIæ, quid inscribitur Pharmaceutria, patet.

Terna tibi hæc primum triplici diversa colore  
Licia circumdo : terque hæc altaria circum  
Effigiem duco : numero deus impare gandet.

Lib. 5. Genialium  
dierum. Cap. 27

Et in plurima sacra quæ vetus Ethnicorum Religio habuit quædam novemdialia fuerunt, teste Alexandro ab Alexandro, eaque dupliciter uno illa quibus mor?? per agebantur uno modo cum defunctis parentabant. Ad eum alludunt Virgilius 5. Æneidos X 64.

Præterea si nova diem mortalibus alium. Aurora extulerit Et Horatius Lib. Epodan. Ode 17.

Nec in sepulctuum pauperum prudens annis

Novemdiales dissipare pulveres. Altero cum prodigium aliquod accidisset, quod novemdiali sacro expiare solebant. Hoc autem sacrum novears(?) continuos dies fiebat, unde et nomen habet juxta Paulum, Festi abbreviatorem : Novemdiales feriæ à numero dierum sunt dictæ. Quæ verba quamvis mutila, ex ijs quæ à Livio Lib. 1, scribuntur intelligi atque suppleri facile possunt : ideoque Livij locum ad scribam : Denictis, inquit, Sabinis cum in magna gloria magnisque opibus regnum Fulli ac tota res Romana esset, nunciatum Regi Patribusque est, in monte Albano lapidibus pluisse : quod cum credi vix posset, missis ad vitendum prodigium in conspectu haud aliter quam cum grandinem venti glomeratam in terras agunt crebri cecidere cælo lapides. Visi etiam audire vocem ingentem ex summi cacuminis luco, ut patrio vitu sacra Albani facerent, quæ velut dijs quoque simul cum patria relictis oblinioni dederant, et aut Romana sacra susceperant, aut fortunæ, ut fit, obitati cultum reliquerant Deum. Romanis quoque ab eodem prodigio novemdiale sacrum publice susceptum est : seu voce cælesti ex Albano monte missa ( : nam id quoque traditur) seu Haruspicum monitu, mansit certè solemne, ut quandocumque idem prodigium nunciaretur, feriæ per novem dies agerentur : Hæc Lineus, qui et Decade 4. L. 5. et 6. hujus sacri novemdialis harumque feriarum meminit. ~~His et simi~~

His et similibus non obstantibus nonenæ propter numerum damnatæ non sunt superstitionis cum et novem choros Angelorum agnoscamus, et in Evangelio legamus nonaginta novem justos, sinumerum non fiat vis in numero. Definitis enim diebus obire peregrinationem, imaginem pietatis præfert, et cultus divini additamentum est in varijs numerorum ; ~~quibus~~ ijs enim providentia Dei

celebratur, qui omnia pondere, numero, mensura, in conditu rerum, à confusione ad legem, à concordia ad concentum, à concussione ad stabilitatem vindicavit quæ sunt intelligenda sic nimirum non fiat vis in numero, alioquin omnino forent reiiciendæ. Ut benè docet Joannes Hesselius in explicatione Sijmboli ~~???~~ istis.

~~Et gravis ex extamen novemdialis cultus videri possent improbandus, quid non estribus et observantijs ab Ecclesia non introductes fiat nec à scriptura, patribus, concilijs aut doctoribus approbatus.~~

Neque etiam videntur resecardæ, quia non sunt ab Ecclesia introductæ, nec in scriptura scera, Patribus aut Consilijs approbatæ : Nusquam enim expresse damnantur sed ~~sed verum consuetudine universalis Ecclesie roborantur~~ et passim tollerantur ab Ecclesiæ Præsulibus, qui non convinerent si eas abolendas judicarent, ad eo ut consueztudine universalis Ecclesiæ roboratæ Usitatissimæ sunt novemdialia sacra in Gallia : ubi etiam ipsi reges priusquam potestate strumas savandi cælitus donentur, novemdiale sacrum obire solent nonem dierum iter ad Sti Marculphi seculcrum conficiunt. In Hispania quoque observarium se constat ex Vita B. Thomæ Villanovani conscripta per Nicasium Baxierum Cap. 27. In Belgio esse quoque quam frequentissima sunt : ita ut consuetudine roboratæ ~~????~~ sint, adeoque ~~laudande nisi ali???~~ non improbandæ : si quid tamen, non ~~obs~~ præscribatur observandum, quod neque naturali virtute, neque divina vel Ecclesiastica institutione ad id valeat, ad quod præscribitur, neque rationaliter eo referi possit.

His conformiter loquitur Joannes Gerson in Trilogio Astrologiæ Theologisatæ propositione 21. Et ca. Tractatu ejusdem de erroribus circa artem magicam dicto 3. Ubi sic habet : Nemo ex hoc intelligat observatione Christianorum reprobatae esse, quæ vel ab Ecclesia constitutæ, vel ab eadem rationabiliter toleratæ sunt, quamvis non appareat ratio hujus magis quam illius, nisi vel ex voluntate seu autoritate instituentis, vel a devota quadam imaginatione facientis, quæ non recedit à Deo, sed in exterioribus signis aliquibus se exercet, ut in tali numero orationum, in peregrinationibus, in nonenis et oblationibus nunc candelarum, nunc panis, nunc gallorum, nunc in gestatione reliquiarum, et bibitione ablutionis eorum : in quibus pia fide factis non minus potest se miscere bonus angelus, quam malus in impia et prohibita fide factis. Et alio loco : Arguuntiterum et unos in similem causam trahere satagunt. Nonne inquirut, talia semper siunt, aut tolerantur ab Ecclesia in peregrinationibus certis, in culta imagium, in cercis aut ceris, aut aquis benedictis, et in exorsismis ? Nonne dicitur quotidie si novem diebus perdurat in hac Ecclesia, si ex aqua illa perfundatur, aut si tali se voveat imagini, aut aliquid talium faciat, ipse mox sanabitur aut optato potietur. Fateor abnegare non possumus multa inter Christianos simplices sub specie religionis introducta esse, quorum sanctior esset omissio. Tolerantur tamen ~~qui~~ quia nequeunt funditus ervi et quia fides simplicium quanquam minus in aliquibus bene supiat, regulatur tamen et quodammodo rectificatur, salvaturque in fide majorum etc. Vide etiam Thomam Sanchez L. 2. in præcepta Decalogi Cat. 40. N. 37. Ubi docet piam esse hujusmodi devotionem in memoriam alicujus mijsterij, ut nonem mensium, quibus Christus in utero Virginis fuit vel in sancti alicujus honorem. At non ite inquit, illi innitendum, quin eæ preces in minori numero vel majori non prosint fieri. Ita quoque sensuisse Scholam Lovaniensem et Theologos Duacenses refert Rijckelius in vita Stæ Gertrudis L. 4. quæst. 1. § 1. Et Georgium Colvereum habuisse orationem quod libeticam de nonenis adhuc ineditam ~~in~~ qua ~~ide???~~ eas licitas probare nititur.

- Mos appendendi ad parietes ædium sacrarum tabellæ pictæ, cercos, homium simulachra, arena, vestes, donariaque alia ab antiquis desumptus, Et ??? à quo tempore in Ecclesia, usitatus, et quid ob quam causam..
- Calculus inter anathemata in Sacello fuit suspensus è tholo)
- Solent qui maximum aliquod evasere periculum vel mortis vel valetudinis adversæ, vel naufragij, tabellas rerum gestarum feriem continentes, aut earum loco vestes quibus ægrotantes fuerant induti, arma quibus vel ab hostibus se occisum iri crediderant, vel quibus ipsi hostes denicerunt, catenas et compedes, quibus detenti captivi ex voto ad templorum parietes appendere : ~~quod in ????, fere Christiani urbis partibus factum~~ visitur. Quod ~~multorum~~ ab antiquis, acceptum antiquorum authorum autoritatibus demonstrat. Ferdinandus de Cordua Cap. 22. in sua didascalìa. Ac de tabellis quidem Tibullus.
- L.1. Eleg. 3 Nunc Dea nunc succurre mihi, nam posse inderi  
picta docet templis multa tabella suis.
- L.1. Saturnal. Cap.11 Cereos et homium simulacra Dijs dicata author est Macrobius de quibus intelligendus Virgilius.
- Georgic. 2 ————— Tibique  
Oscilla ex alta suspendunt mollia pium.
- Lib. 2 Dicationis armorum Strabo ??? in Geographia sua mentionem facit agens de Hispania : Is monumenta quædam de Ulijssis errore in Minervæ templo esse commemorat, parmas suspensas, palustria, rostraque navalia. Et L.1. Machab. Cap. 2. habetur quod Alexander Macedo loricas et scuta appenderit in templo civitatis Elijmaitis. Hunc etiam morem Suetonius in Caligula refeat his verbis : Tres gladios in necem suam præparatos Marti Vetori addito elogio consecravit. Mamnussos catenas et compades dijs dicasse author est Horatius
- Cap. 24
- Satijr. 5 ————— Donasset jamme catenam  
Ex voto laribus quærebat
- L. 3. Epig. 29. Et Martialis.  
Has cum gamina compede dedicat catenas  
Saturne tibi Zoilus annulos priores.  
Vestium ex voto appensarum simul cum tabellis naufragij periculum enarrantibus expressè meminit Lijricus.
- Carm. 1, ode 5 ————— Me tabula sacer  
Volina (votiva) paries indicat unida  
Suspendisse potenti  
Vestimenta maris deo.
- ????  
~~Quod finibus~~  
~~Similiter fieri in adstris templis videmus.~~  
Donoria varia ??? nostris templis appendimus verum alia religione, ac diverso affectu  
???? ??? faritque hoc in Ecclesia usitatum ab anno 390, teste est Theodoretus L. 8.  
Græcarum affectionum circa finem de martijribus.  
Relinquimus autem ista pignora in ædibus sacris, imprimis in recognitionem mirabilium operum Dei, quæ per Sanctorum intercessionem operatus est : ita ut suspensa è tholis et parietibus prædicent atque progalent Dei bonitatem ac posteritati indicent et annuncient misericordias domini. Deinde assiguntur, ut minores videant quanta fides et virtus in majoribus reluxerit. Hinc S. Gregorius narrat Sanctum Benedictum in infantili ætate contritum vas futile coageneritasse, quod postmodum propijleo templi affixum, ad ostendendum populo quanta in teneris annis merita accumulaverat.

Numer. 16.X.36

quarto –  
1. Regum 21

Cap. 6

Cap. 4

Quandoque etiam in signum divinæ justitiæ reperrantur, incutiendo apta terrari, quo ~~homi~~ Christiani à peccatis committendis deterreantur hac de causa thmibula ~~perorum~~ ~~Duffel~~) amoris filiorum Eliab et alioque ducentorum suspen debantur ex altaribus in memoriam inusitata vindictæ quam Deus de ipsorum sumpserat peccatis : Locutusque est dominus ad Moijsem dicens : præcipe Eleazaco filio Aaron Sacerdoti ut tollat thuribula quæ jacent in incendio, et ignem huc illucque dispergat : quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum : producatque ea in laminas, et assigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum domino et sanctificata sint, ut cernant ea pro signo et monuento filij Israel. Vide S. Augustinum germ. Sern. de tempore.

Custodiantur ?? in memoriam singularis beneficij à deo obtenti. Hinc gladius quo ~~U??themia~~) David percusserat Goliath involutus pallir sacerdotis post ephod asservabatur, ~~in~~ ???? ubi in arca erat ???? collocata Josue præcipiente domino duodecim lapides ax alveo Jordanis collectos reservavit in memoriam summi beneficij quod sicco pede Israelitæ cum arca Jordanem trajecissent. Et Judith universa vasa bellica Holofernis, quæ dedit illi ?????, et conopeum, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius obtulit in anathema oblinionis. Quando interrogaverint vos filij vestri eras, dicentes: Quid sibi volunt isti lapides ? respondebitis eis : defecerunt aquæ Jordanis ante arcam fæderis domini cum transiret eum : idcirco positi sunt lapides isti monumentum filiorum Israel usque in æternum.

Denum non tantum ut admiremur mirabilia dei opera, hujusmodi pignora templorum (Tholnii??) muris appendimus verum etiam ut tanquam grati filij pro gratijs receptis, gratiarum omnium largitori reddamus gratias, enique glorificemus.

Hulsterlo )

## Caput septimum.

Qua occasione Sacellum Scheutanum  
 Carthusianis obvenerit. Quibus  
 fautoribus et fundatoribus extractum  
 cænobium. Unde eis assigna dos.  
 Dullartius à Virgine beneficia  
 recipit.

~~Hoc tempore~~ Philippo Bono duce Burgundiæ, rerum in Belgio potente, non mediocriter proficiebat Ordo Carthussiensis. Habebat quidem in Flandria, Brabantia vicinitque regionibus domos florentissimas, adeoque per vicinos populos Carthusiani nominis fama ferebatur, ut nobilium affectus et Principum studia in se provocaret : Tunc rigor ille antiquus vigeat Relligioque patrum multos semata per ~~annos Vigeat,~~ ~~in quam, tum religio???~~ Sese ~~que~~ altius erexit et enituit sed maximè sub auspicijs hujus Principis, cujus affectus in ordinem istum erat propensissimus nova quædam reruëm facies oriri visa est omne ~~enim~~ illi studium et sollicitudo semper fuit, ut cætus illi anachoreticus, coleretur ; Nihil antiquius, nihil prius umquam habuit, quam ut eos videret et audiret, quos religionis et fidei Atlantes esse dicebat. Quam ob rem frequenter eorum causâ Divione in Burgundiæ Ducati agebat, in tantum ut ipsius absentia Bruxellensibus, cæterisque Brabantia nobilibus aliquando gravis esse cæperit, et jam perpetuum ejus abcessum unusquisque secum tacitus accusaret : quod ubi vir optimus intellexit, ita respondisse fertur : Frequentius, inquires, Bruxellas venirem, si meos ibi Carthusianos haberem. Movit hæc res imprimis senatum, cumque nihil tantum ad Reipublicæ suæ præsidium valere perpenderent, quam divini cultus studium et incrementum, certatim in id incumbere cæperunt, ut Carthusiæ extruendæ locum idoneum providerent : sed grave videbatur id velle moliri, præsertim cum tenuis adeò spes affulgeret, neque tam amplum esset urbis ærarium, ut ad ædificium et dotationem domus sufficere posset. Præterea prætoria, exactiones, fortunæ



urbis tenues, affectus tamen constans erat : neque putabant sibi deesse auxilia, cujus certa jam haberentur argumenta ipsius in id opus propensionis et benevolentiae. Habitum est itaque Senatus-consultum, in quo id fieri imprimis placuit, ut hujus rei certiores fierent, quibus Provinciae cura commissa erat. Accersuntur itaque ex domo Hernensi Pater Henricus Löen et ex Gandevensi Pater Jacobus Rubs Primarius Provinciae Visitor, iisque facultas datur, ut quem vellent aut judicarent Carthusiae extruendae maximè esse idoneum locum ex sequentibus eligerent. Sex autem senatus proposuit : Nimirum sacellum Sancti Judoci in suburbij extra portam Lovaniensem Ecclesiam Sancti Joannis de Molenbeca. Villam Wilhelmi Moons juxta portam veterum murorum civitatis nunc excisam, vocatam de Priem poorte. Villam aliam in suburbus Sancti Ægidij. Ædes Fratrum Boggardorum, et Sacellum Nostrae Dominæ de Gratia in Campo Scheut. ~~???~~ cæteris ultimus placuit, qui videtur eis non tam casu aut Quæ loca cum accuratè lustrassent longè magis placuit suburbanum Dominæ Nostræ de Gratia. Sed enim quando arbiter omnium acceptationum, et ultimarum voluntatum ad pies causas esset P. Generalis Prior Majoris Carthusiæ, necessario referendum ad eum dere tota dixerunt : quod et factum est ; ac non multo post in sententiam hanc itum est quam ex voluntate capituli generalis Reverendus P. Franciscus Prior Carthusiæ talem esse conceptis verbis retulit. Venerabilibus in Christo fratribus domorum Capellæ, Antverpiæ et Gandavensi Prioribus Franciscus Prior Majoris Carthusiæ cæterique diffinitores Capituli generalis aut ratione temporum objectus, quam nutu Beatæ Virginis, cujus tutelæ sacer ille ordo se commisit, deputatis. Nam cum alij homines Religiosi vehementer etiam instarent ac multa prece locum ambirent, ultrò Carthusianis ante data quam expetita est conditio.

~~T???~~ que fa??eussulti præfati Patres cum Ordinis Generali et diffinitoribus pate fecerant qui eisdem, autoritate ad r??gendum destitut ?? adjuncto ijs Arnaldo ab Helmonda Prior Antverpiensi, ad scingula quæ congrua, oportuna et necessaria videzrentur peragenda subnexis litteris commiserunt.

Frater Franciscus humilis Prior domus Majoris Carthusiæ cæterique diffinitores Capituli Generalis Ordinis Carthusiensis, Venerabilibus in Christo fratribus domorum Capellæ, Antverpiæ et Gandavi Prioribus salutem, et per meritum obedientiæ vitam consequi sempiternam. Cum ex relatione nobis facta per præfatum Venerabilem Priorem Gandavi ac per scripta prædicti Prioris Capellæ percepimus quod rectores oppidi Bruxellensis divina inspiratione commoti summè desiderent domum nostri ordinis à novo construere et ædificare in loco qui dicitur nostra Domina

de Gratia ubi pro nunc intelleximus capellam bene notabilem et ordini benè consonam jam fore constructam et reliqua loca circumvicina multum fore apta et convenientia pro constructione domus nostri ordinis Carthusiensis. Quam ob rem ad tam notabile propositum dictorum rectorum exequendum et ad effectum perducendum consisi de vestris solertibus diligentijs, vobis et vestrum cuilibet, in solidum committimus, præcipimus et mandamus quatenus visis præsentibus vos aut unus vestrum ad dicta loca et alia opportuna transferatis et cum diligenti executione ipsa loco visitetis, quæ si apta fuerint et Ordini nostro convenientia, illa nomine nostro acceptetis et recipiatis : deinde cum auxilio, consilio et juvamine dictorum honorabilium virorum rectorum præfati oppidi Bruxellensis dictam domum construere et ædificari incipiatis, et quantum dominus donaverit ad finem debitum perducatis. Nos enim in hac parte vices nostras vobis commitemus. Datum Carthusiæ sedente dicto Capitulo nostro generali sub sigillo ejusdem Anno domini M.CCCCLIV, die que XXI mensis Maij.

Dedit quoque dictum Capitulum generale litteras ad urbis rectores, quibus hortatur et rogat ut tam pium et laudabile opus pro vicibus promovere et complere dignentur : Earum copiam adjungimus.

Post labilis huius viæ et vitæ cursum vitam consequi sempiternam. Honorabiles domini, relatione venerabilis nostri Prioris Gandavi ac scriptis venerabilis fratris nostri Prioris Capellæ quod qualiter pro divini cultus affecti augmento, altissimo haud dubio id dante in corda vestra, unam novam domum ordinis nostri non longè à mensijs per orbem terrarum famati oppidi vestri in loco qui dicitur Nostra Domina de Gratia construere et fundare geritis in affectu. Nos igitur in hujusmodi, Sancto proposito vestro non immeritò Cætificati, Vestras Dominationes rogamus et in visceribus Domini nostri JESV Christi hortamur quatenus

tam sanctum propositum quod deo inspirante concepistis ad omnipotentis Dei et cælestis curiæ honorem et gloriam ac salutem animarum remunerationem ab eo expectantes in cælis cujus laudes amplificare quæritis in terris. Sed et si quid pro executione tam Sancti Vestri propositi per personas ordinis nostri cooperari poterimus vobis voluntarios nos exhibemus et paratos, prout et Venerabilibus fratribus nostris Prioribus Capellæ, Gandavi et Antverpiæ commisimus desuper loqui et conferre vobiscum. Altissimus vos conservet et dirigat feliciter cunctis in agendis. Datum Carthusiæ sedente Capitulo nostro generali XXI, mensis maij, Anno M.CCCCLIV, signatum vestri devoti oratores Franciscus prior domus Majoris Carthusiæ ac ceteri diffinitores Capituli generalis ejusdem ordinis. Superscriptio erat talis : Honorabilibus et magnæ circumspectionis dominis Burgimagistris et rectoribus inclijti oppidi Bruxellensis Dominis suis et fautoribus præcipuis. His litteris acrius excitati tectores civitatis, satagerunt ut dotem aliquam ædificandæ novæ Carthusiæ providerent. Occurrebant collapsæ domus aliæ plures quæ stantibus adhuc rebus suis et muris fædam ruinam minabantur, Saccitorum imprimis ac Albarum dominarum, sed religioni sibi ducebant deputati Piores fortunas aliorum injuriam suam ad struere religionem. Verum ubi de jure ac injuria satis in Senatu conquisitum fuit, nec dubium fuit à dissolutis possessoribus in alios melioris frugis Religiosos transferri posse passi sunt pro dote novæ domus Saccitorum bona non item albarum dominarum sibi assignari, quod hæ regulam Sancti Victoris utcumque sectarentur, et ordini ab Ecclesia dudum approbato subjacerent, ac ideo nefas existimarunt propter aliquarum dissolutiorem vitam domum et ordinem earum convellere. Quia verò Sacciti nulla fere lege vel religione ligarentur ac idcirco cum minori passim ædificatione se gerent, adjudicatum est non modo licitum sed necessarium esse redditus eorum et omnia bona in solidum aliorum transferre, ut pariter cum eis tolleretur seminarium scandalorum propagationis eorum omni spe in futurum sublata. Hac igitur dote Carthusiensibus perpetuum assignat dictum est his : sufficiet Sacello Nostræ Dominae de Gratia quod vobis pariter assignamus, fortuna qua : nam et vos sua eorum copia locupletabit angebitque vehementer, si posteriora hæc tempora primitinis responderint. Suscipite igitur à vobis non vires, sed voluntatem, quæ exhausto vobis ærario tennes et accisæ sunt : si fætura gregem suppleverit aurem à nobis Carthusiam expectate. His promissis et stipulationibus deliniti Piores illum diem Romanæ felicitatis quo primum Marcelli apud Nolam prælis post Cannensem pugnam Hannibalis exercitus concidit, vicisse se credebant. Et sicut comicus ille rem facilem difficulter fieri innito animo putavit, ita vice versa rem difficilem accentis ardentibusque animis facile se perficere posse existimarunt. Verum vanæ sunt mendacesque spes mortalium, miserabilisque humana conditio, et sine divina providentia vanum omne quod gerimus. Ipsa quæ pronentus mediocres reddebat justissima tellus, et magnum illud vectigal (sperata piorum eleemosijna) refrigescente paulatim multorum charistate, notabiliter imminuta est, nec votis priorum respondit ; Unde derelicti in magna frequenter inopia rem suam augustam domi videbant, ferebantque quidem non gravate, et quod unicum solet esse rebus in arctis leucunem solabatur eos spes temporum initiorum.

Credula spes melius cras fore semper ait. Nec eos omnino sesellit illa quæ in sui dispositione non fallitur providentia dei quæ locum hunc et templum duegere decrenerat et ponere in superbiam sæculorum. Siquidem quod Carolus dux auspiciatus erat templum et bellis distractus perficere non poterat hoc pronepos ejus Carolus Cæsar per fecit, allique, de quibus erit alibi dicendi locus. Nunc seorsum tabulas in quibus conditiones foundationis expressæ referam.

~~Primus author Patres in Car???? De introducendi fuit Joannes Edigensis Toparcha de  
Castergate, Bruxellensium Prater seu Ammanus ut vacant, ejus majoribus. II????  
????enaliu initium debet Petrus de Thijmo quoque causarum Patronus, ?????tundum  
Canonicus sive Gudula, Joannes de Mol et Americus Was non parum in promovendo  
nogotio praestiterunt Per has qu???? Potissimum senatus inductus ad Carthusianos in  
territorium suum admittendas.~~

~~????antibus tutius magistratus in novum ordinem studijs accessit summi Pontificis et  
Episcopi Cameraecensis, ejus tum Bruxella diæcesis erat, f???? qui in suam fidem, et  
Patriciarium nascentem hanc Carthusiam susceperunt.~~

~~Tantaque erat sollicitudo ssenatus, ut quidquid pro dotatione novæ domus  
congressissent anilus semper minusque sibi fecisse videretur. Referem hic seorsum  
tabulas in quibus conditiones omnes foundationis exprimebatur.~~

Copia litterarum foundationis et bonorum translationis ex Teutonico in latinum  
translata. Universis et singulis presentes litteras vituris aut audituris Burgimagister,  
Scabini et consules oppidi Bruxellensis Salutem cum notitia veritatis. Sicuti nuper  
videlicet xxij die mensis

Martij Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto ante Pascha per prædecessores nostros lesgilatores et per venerabiles viros consiliarios Oppidi Bruxellensis in notabili munero congregatos unanimiter ordinatum et conclusum extitit, quod extra muros et intra libertatem dicti Oppidi desuper locum nominatum ten Schote in quo paucò effluxo tempore una pulchra nova Capella Beatæ Mariæ de Gratia est constructa ad Dei ejusdemque genetricis honorem et gloriam erigi, construi, et pro septem religiosis fratribus, presbijteris primitus fundari deberet, unum novum monasterium Carthusiense, in quantum sanctissimus Dominus noster Papa aut Reverendissimus in Christo Pater Episcopus Cameracensis consentirent et approbaret, prout idem Dominus noster Cameracensis postmodum videlicet nona die mensis augusti Anno Domini MCCCCLV, consenit et approbavit. Et etiam in quantum tres priores, videlicet Capellæ juxta Angiam, Gandavi et Antverpiæ ex parte ordinis ad hoc constituti, ad hæc etiam suos adhiberent voluntatem et consensum prout etiam postea fecerunt transportationem et assignationem bonorum hic inferius narratorum, ad opus ejusdem novi monasterij acceptando et recipiendo sub tali videlicet libertate assisiarum et aliarum impositionum qualem habent Capitulum Anderlechtense, Monasterium Sanctæ Claræ et Monasterium Sanctæ Elizabeth in Bruxella aut alterum eorundem, et ulterius sub omnibus talibus formis, modis, et conventionibus, quales per eosdem nostros prædecessores desuper ordinati sunt et conventi et hic inferius extant repetiti. Et prædictum novum Monasterium quod primitus pro uno opere levi et emendabili inceptum extitit, nunc tam per illos quingentos florens Rhenenses, quos prædecessores nostri, qui à regimine in festo Sancti Joannis Baptistæ ultimò præterito recesserunt, per ordinationem bonorum virorum consiliariorum oppidi xxvij die mensis Aprilis ultimo præterita ad opus dicti novi Monasterij dederunt et assignarunt, Et per illos centum alios florenos rhenenses, quos nos pro utensilibus, et provisionibus cellarum dictæ novæ domus nuperrimè de bonis oppidi dedimus, jam ad talem statum sit perductum, quod

Originales hæ litteræ longo tempore deperditæ, tandem anno 1662. Casu à me repertæ apud Archiducum Alberti et Isabelæ Pharmacopeum Petrum van Overbeke russus illatæ Carthusiæ Archivis.

in profesto Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis ultimè præterito in prædicto novo Monasterio, Henricus de Loën qui à prioratu domus Capellæ propè Angiam nuperrimè ad preces nostras per Patrem Carthusiæ deoneratus, et in rectorem prædictæ novæ domus seu novi Monasterij est constitutus et cum eo sex aliæ devotæ et notabiles personæ religiosi et presbijteri ordinis Carthusiensis prædicti, ex diversis domibus cum uno converso et duobus donatis venerint et sint constituti, sic mox ipsis in locum venientibus, ipsum prædictum locum apprehenderunt, et divinum officium, et quod alias eorum ordo requisit incæperunt et assumpserunt, quod quotidie valdè honestè et devotè prosequuntur et deo auxiliante deinceps continuabunt indies. Hinc est quod nos, ad dei suæque benedictæ Matris gloriam et honorem, prædictum monasterium cum omnibus Religiosis, Conversis, donatis et familiaribus, qui in prædicto Monasterio habitationem receperunt, ac qui imposterum ibidem venient et commorabuntur, cum omnibus bonis nunc ac postmodum ad idem novum monasterium spectantibus, ac sub nostris districtu ac potestate jacentibus in nostram specialem protectionem et defensionem suscepimus. Recognoscentes quod nos eidem novo monasterio insequendo approbationem et consensum quos prædictus noster Dominus Cameracensis ad preces nostras ad opus prædictarum ordinationis et assignavimus et foundationis dedit et concessit, donavimus et assignavimus et præsentibus litteris pro nunc et ad perpetuum ac hereditariè contulimus et assignavimus illa bona quæ hic sequuntur et subscripta sunt : Videlicet imprimis domistadium cum domibus superstantibus cum omnibus bonis mobilibus ad eandem domum spectantibus, quibus quidam fratres Sacciti morari consueverunt et usi fuerunt, sicut Bruxellæ in longa via lapidea juxta ac retro Capellam Beatæ Mariæ Magdalænæ, ita longum et latum prout ibidem situatum existit et dicti fratress Sacciti illud inhabitare consueverunt.

Item omnia bona hereditaria et immobilia, actiones, jura, redditus ad hæc spectantes, quos seu quæ ab antiquis temporibus dicti fratres Sacciti tenere et possidere consueverunt valentes et ascendentes pro æstimatione

occurrentis temporis annuatim et hereditariè ultra onus decem modiorum siliginis quæ tempore transacto per oppidum pro reparatione prædictæ Capellæ Beatæ Mariæ Magdalænæ donata sunt et assignata et ultra onus duorum anserum et unius obuli Domini Duci annuatim excurtium ad summam quatuor modiorum tritici octuaginta unius modiorum siliginis, quindecim modiorum avenæ, ac decem et septem librarum unius solidi et sex denariorum grossorum Brabantiae cum litteris et scripturis ad prædicta bona spectantibus.

Item ultra præscripta bona sunt dicto Monasterio assignata et per nostrum consensum collata, dicta Capella Nostræ Dominæ de Gratia eo tempore quo nondum extitit consecrata cum omni suo apportu ac omnis terræ redditus domus, jocalia, mobilia et bona ad dictam Capellam spectantia, et omnia alia bona ad opus dictæ Capellæ quovis modo empta et acquisita fuerunt, cum omnibus suis annexis, recognoscentes pro nobis et successoribus nostris nullam amplius administrationem aut quidquid juris de prædictis bonis, seu eorum aliquibus habere vel retinere quovis modo, promittentes bona fide pro nobis et dictis nostris successoribus, quos nos fratribus dicti monasterij novi, qui ad præsens ibidem sunt, aut in futurum venient, omnia prædicta bona quantum in nobis est, sequi faciemus, et eis uti permittemus pacificè et quietè sub modis et conditionibus contentis in principali ordinatione hic immediatè subsequentibus et declaratis, videlicet : primo quod in prædicto monasterio pro nunc nec in futurum ultra numerum viginti cellarum nec ultra numerum viginti religiosorum presbijterorum ad omne magis ædificabitur, neque quis in eodem ut religiosus domus animo ibidem commorandi recipietur, et secundum hunc numerum et non aliter poterit ibidem monasterium amodo incipi, disponi, ædificari et perfici, nisi de expressis voluntate et consensu legislatorum Bruxellensium et consiliariorum ejusdem oppidi pro tempore existentium prædictus numerus cellarum et religiosorum augetur.

Item quod prædicti religiosi qui ad prædictum monasterium venerunt, seu in posterum venient, nec aliquis alius ad eorum opus ultra bona fratrum Saccitorum et ea quæ prædicta Capella pro nunc habet, nunc nec imposterum intra oppidum, libertatem aut Ammaniam Bruxellensem

sine unanimi consensu et voluntate oppidi et consiliariorum ejusdem, nulla plura bona immobilia nec hereditarios redditus emere poterunt quam usque ad summam ducentorum denariorum aureorum dictorum Rijders annuatim et hereditariè, aut ejusdem valoris ad opus foundationis septem novarum cellarum.

Item casu quo prædicti Religiosi dicti Monasterij inposterum ultra foundationem dictarum quatuordecim cellarum, aut pro eleemosijna quæ ante portam pauperibus solet erogari, aliqua bona immobilia seu hereditarios redditus intra oppidum, libertatem aut Ammaniam emerint seu emere voluerint, quod hoc etiam facerè poterunt sicut aliæ religiosæ personæ et monasteria hujus patriæ ad quitationem videlicet denarij pro decem et octo, ac sub onere precario Principis, et alio onere quo vicini contingit obligari.

Item quod Religiosi dictæ domus Carthusiensis per seipsos, nec per eorum superiorem, nec vigore privilegiorum, nec alias umquam inposterum aliqua bona hereditaria quæ fratres Sacciti nunc tenuerunt vel circiter prædictam Capellam sunt comparata et quæ prædicti Carthusienses habebunt, nullo modo poterunt vendere, alienare, onerare subimpignorare nec permitare pro quavis necessitate, nec pro aliqua utilitate, quæ ipsis, eorum ordini aut monasterio inde posset advenire, sine consensu, scitu, et voluntate legislatorum dicti oppidi.

Item quod ad prædictum monasterium numquam inposterum aliquod opus seu ædificium habens notabilem firmitatem seu fortitudinem resistendi poterit inchoari neque perfici sine scitu, voluntate et consensu oppidi supradicti. Et casu quo supradicti Religiosi alias ad eorum prædictum monasterium aliquam talem structuram facere seu carpentare voluerint qualem habent alia monasteria eorum ordinis circumvicina, tunc fieri facient, et debebunt talem structuram et carpentariam per magistros eo tempore existentes in officio latomorum vel carpentariorum in Bruxella, qui hoc facere tenebuntur pro pretio et salario competenti secundum quod mutuo convenient, vel ad ordinationem seu taxationem legis latorum, salvo quod donati et conversi dicti monasterij sine reprehensione officiorum omnia talia et alia opera facere poterunt, et ad ea adjuvare, et ad opus dicti monasterij sine fraude.



Item quod prædicti Religiosi, qui in prædicto monasterio nunc sunt aut in posterum erunt commorantes portam suam claudere tenebuntur quolibet die dimidiâ horâ ante clausuram portarum oppidi Bruxellensis et clausam tenere, et de mane non poterunt eam aperire nisi per dimidiam horam post apertionem jamdicti oppidi. Et si aliquis propterea ipsis aliquid mali vel oneris ingesserit vel imposuerit verbo vel facto, illud reputabitur et corrigetur secundum quantitatem delicti, tanquam contra oppidum perpetrati, nisi esset quod prædictum eorum monasterium ~~spectanti~~ pro eorum ope aut personis ad ordinem ~~spectantibus~~ seu prædictum eorum monasterium spectantibus, aut etiam pro amicis ordinis specialibus aliquem intromittere vellet.

Item quod prædictum monasterium in perpetuum à modo obligatum erit et manebit prædictam suam capellam Nostræ Dominæ de Gratia honestè tenere et observare de omnibus refectionibus et indigentijs, Et suis expensis procurare quod qualibet die per annum deinceps in prædicta Capella Nostræ Dominæ missa celebrabitur per aliquem fratrem sæcularem vel Religiosum presbijterum, quem idem Monasterium ordinare voluerit, vel etiam per aliquem alium, qui ex devotione propria vel ab alijs Christi fidelibus ad hoc deputatus ibidem celebrare vellet vel deberet.

Item quod religiosi prædicti Monasterij qui pro tempore erunt pro speciali recompensatione et regratiatione hujus præsentis foundationis, perpetuis temporibus erunt et manebunt obligati ad honorem Dei quolibet anno cum devotione solemniter tanquam in sancto die pentecostes cum integro conventu celebrare et decantare unam missam, et quilibet presbijter ad hoc dispositus, nisi ad aliam missam ex præcepti ordinis fuerit astrictus. Similiter unam missam Sancti Spiritus legere et celebrare tenebitur, semper videlicet deinceps in die electionis futurorum Scabinorum. Et etiam pari modo fiet similis missa et officium Sancti Spiritus quolibet anno in Vigilia Sancti Joannis Baptistæ, pro salute, honore et concordia regiminis oppidi Bruxellensis anni futuri : nec non quolibet anno in festo Sancti Huberti celebrare

specialem et solemnem missam de Requiem cum pleno officio quilibet presbijter qui dicto modo dispositus fuerit talem legere missam de requiem, qualem legere et celebrare tenetur ipso die commemorationis animarum, et hoc pro animabus omnium incolarum oppidi Bruxellensis, qui pro tunc viam carnis universæ erunt ingressi, et ob hujusmodi assignationem et foundationem petimus et desideramus incolas hujus oppidi pro nunc existentes, et qui pro tempore erunt, participes fieri omnium divinorum officiorum et aliorum bonorum operum quæ in prædicto novo monasterio Carthusiensi, vel per fratres ejusdem monasterij, perpetuis temporibus fient et promerebuntur. In cujus rei testimonium nos magistri civium Scabini et Consules prædicti sigillum oppidi Bruxellensis ad causas præsentibus litteris duximus apponendum datum XIII. die mensis Octobris, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.

Nec prætereundum est singulare beneficium Virginis, quod Adrianus Dullartius ab illa agnovit sibi factum, dum à Senatu ad conscribendos supradictos articulos (quod per decem mensium spatium neglexerat) commissus fuerat. Ipsum loquentem adduco : Attamen, inquit, spatio quasi decem mentium decurrente multitudine causarum partium lucrativarum utiliter oneratus et præpeditus devotum ac hujusmodi sanctum ac laudabile propositum penitus negligens et derelinquens aut saltim non curant et adveniente tempore quadragesimali dominica **Reminiscere**, Anno videlicet millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto hæc omnia in animo suspirans revolverem, recogitans me graviter per hujusmodi negligentiam Deum offendisse, ac per diabolicam astutiam cum lucri temporalis dulcedine à sancti ac divini propositi ordinatione fuisse aversum, deceptum et ab omnibus bonis operibus quasi excæcatum: ad cor rediens et hæc omnia in mente revolvens, confitens et pænitens Dei ac gloriosæ suæ Matris invocatis auxilijs mox et celeriter ad totius propositi et præconcepti negotij ordinationem in solitudine rediens et rememorans vovi Deo et Beatæ Virgini, me nullam aliam causam quantumcunque lucrativam acceptaturum aut expediturum nisi eadem ordinatione quantum in me esset prius conscripta et perfecta, quod Deo

auxiliante ipso primo et unico die feci et perfeci, sic quod mihi omnia prius per præscriptos Dominos meos multis vicibus et longè ante retrotractis temporibus avisata et secretè concepta in scriptis redegì ac si mihi hesterna die omnia repetita fuissent : de qua quidem inspiratione et memoriali recollectione non sufficio Deo Omnipotenti reddere gratiarum actiones, nec mihi ipsi hoc describo sed soli Deo et Beatæ Virgini quorum causa non mea agitabatur in hac parte.

Sicut se ope Virginis fatetur se hæc absolvisse, ita à maligno spiritu, ne absolveret, diversa pericula sustinuisse, adjungit : Illius, ait, ejusdem Dici nocte in mundo redacta, multis tamen et diversis periculis et hujusmodi currentis mundi instabilis sub impressionibus cæli mobilis gubernati adversitatibus quæ mihi et clerico grossanti eadem nocte multifariè quasi diabolica suggestione ne res concepta procederet supernererunt.

### Annotationes ad Cap. 7

Jacobus Rubs ) de quo ita loquuntur annales Carthusiæ Gandensis : Goswino virtutibus non impar electione conventualium successit D. Jacobus Rubs Anno 1430. Prior nominatissimus et numquam satis laudandus, raræ namque virtutis fuit et gratiæ Primo Prior domus Vallis S. Spiritus Gosnaji. Dilectus fuit à suis, honoratus ab exteris, à Burgundionum Duce, magnatibus et nobilitate plurimum cultus, Senatui populoque Gandensi gratissimus : præcipuus pacis inter Ducem et Gandenses cooperator et auctor, cujus gratiâ frequenti legatione functus fuit. In spiritualibus verò pietateque (quæ ad omnia utilis) exercitatissimus extitit, fuitque prior 30. annis convisitator 18. visitator 11, obiitque anno 1460. Non. Martij vide meijerum ad annos 1451, 1452 et 1453.

Molenbeca ) Jurispatronatus Capituli D. Gudilæ : ~~????~~ quod à Carolo Lotharingiæ et Brabantiaë duce illi datum anno 990 narrat Haræus. Postea vero, inquit, partem quandam villæ, quæ vocatur Molenbeca, Sanctæ Gudilæ tradidit, et sex familias addidit, et alia complura altaris vestimenta donavit. Habuit Carthusia de Scheut ratione prædiorum suorum sitorum in Molenbeca controversias cum dicto Capitulo; sub sequentibus tamen conditionibus anno 1451, xx Aprilis sopitas.

Prima, quod de 7 bonarijs et uno jornalì terræ arabilis assignatis vel assignandis non solvent fratres decimas Capitulo prædicto quamdiu proprijs manibus vel sumptibus colunt.

**B???poorte)**

Secunda, de novalibus infra memoriam hominum non excultis, si colant non solvent decimas.

Tertia, quod de omnibus alijs terris, etiam proprijs manibus excultis solvent decimas.

Quarta, si terras non specificatas de non solvendis decimis in prata, vivaria aut alium usum converterint, tunc stabunt eodem jure sicut aliæ personæ non privilegiatæ, secundum pactum inter capitulum, et oppidum Bruxellense.

Quinta, quod in Parochia de Molenbeca possunt habere domum censualem et per unum de ordine ibidem nutrire ducenta Capita omnium aut aliarum pecudum de quarum fætibus non solvent decimas, sed si plures habuerint, aut alteri commiserunt, tunc de excedentibus dictum munus, aut omnibus decimas solvent

Sexta, quod pro charitate nutrienda, pro invicem orabunt, ita quod quando aliquis de Capitulo, aut fratribus obierit, alteri Ecclesiæ obitum illius intimabit ut animæ defuncti deo commendetur.



??? Fratrum Bogardorum ) ~~Vide de his Beggiadem Geldolphi à Rijckel fol. 489 qui Beggardos potius illos manuet nominari à Sancta Begga. ?????~~ Olim nullis certis legibus tanquam laici frater vivebant griseis amicti, textrinâ vitam in communi sustinentes. Modo tertiam Divi Francisci regulam profitentur, quam ex Rectorum urbis consensu, quibus suberant anno 1359, assumsere, de qua re extat hæ litteræ vide fol. sequenti.

Sur feuille intercallée :

Allen den ghenen die dese letteren zelen sien ende horen lesen Scepenen ende ghemeijnlec de Stadt van Brussele, Saluijt in kennisse der waerheijt. Cont si allen dat voor ons komen sijn de goede lieden vande bogaerden vande voorseijder Stadt van Brusele ende hebben ons ghe-toont den grooten commer ende last die si daghelix liden ende hebben gheleden alsoe van haren ghesellen ende haere Bruderen die si ontfaen hebben met hen in haere gheselschape die welcke weder uijtgaen ende huwen ocht anders dan daer si sere ome tonrasten hebben gheweest. Ende omme dat te verhue-dene dat dies nimmermeer en gheschiede, ende omme haer leven te beterne ende te meerre penitentie te megane ende aen te nemene soo sijn sij gheaccordeert, ende ghemeijnlijck over over eenghedraghen te megane ende aen te nemene soo sijn sij gheaccordeert, ende ghemeijnlijck overeenghedraghen te megane ende aen te nemene de ordene diemen heet die derde ordene, die te houdene volkomelijck ende daer naer te leve voortae-ne alsegoede menschen schuldich sijn te leve metter ghenaden ende gratien godts ons heren ende want sij ons consent ende onsen wille hier toe sere met vusten leghens hebben sij ons ghebeden puerlec om gode dat wij vander voors. Stadt wegghen hen dese voors. saken wouden consenteren ende willecoren. Daeromme ist dat wij aensien die groote innicheijt ende begheerte die si hier toe draeghen ende meijnen. Ende om die groote weldaeden die hier aff komen moghen, die wij niet beletten willen. Maer hopen dat de voorseide Stadt daer bi te bat varen sal mids die voors. weldaden, ocht godt wilt, hebben wi de voors. saecken gheconsenteert ende gheorlooft ende ghewillecoort vander voors. Stadtwegghen also verre alst ons toebehoort te doene in alle diere voegghen ende manieren dat sij dese voors. ordene zele anegaen ende aennemen, behoudelijck altoos der voorseijder Stadt van Brussele haren rechte, haren charten, privilegien ende heer ??rin shene. Ende dat de voors. bruderen die de voors. ordene aennemen, ocht die daer in comen selen, si ende haer liede goeden staen selen ende bliven ewelijck vortane ter voorseijde Stadt rechte, ter gulden rechte ende tot haer ambachts rechte. Ende te schote ende te late in alle der manieren ghelijck si tot hare ghedaen hebben eer sij dese voors. ordene aennemen. In orconschappen van welcken dinghen hebben wij dien seghel te saken der voors. Stadt van Brussele aende dese letteren ghehanghen. Ghegheven int jaer ons heer M.CCC.LIX. op Alreheijlighen avont den eersten dach van October.

Tenebantur annuè classis textorum præfectis et juratis sijnphosium ponere, quod tandem ob pronentuum eorum tenuitatem, Senatus anno 1366, sequenti diplomate abolenit.

Allen den ghenen die desen brief zelen sien ende horen lesen Schepenen ende guldekemen vande Stadt van Brussele. Saluijt met kennissen der waerheijt Cont si allen dat wij hebben aenghesien den grooten last ende commer die de goede lieden

vanden bagarden iaerlex hadden alse vanden eten tiden di si plaghen te ghevene der gulden van Brusele ende den gheswornen vanden weveren ende den ghenen die si met hen brachten daer af si seere verlaeden waeren. Ende ute den versueke H. Wouters Van Cortenberghe des ouds ende H. Willem Cassaerts gheheten Plaetmans des ouds momboiren der voors. goeden liede vanden Bagarden omme te verhuevene vortane hare scade ende comer vanden voors. etentide soo hebben wi ghemeijnlijck over een ghedraghen, gheaccordeert ende ghewillecoort dat die etertijt ewelijck vortane te niete bliven sal ende quite ende dat die voors. gulde ende gheswoorne ende die andere die met hen plaghen te etene niet meer daer eten en selen t'siaers ghelijck sij plaghen te doene. Ende dat die Begarde voortane daer aff quite ende vrij selen sijn. Ende om dat dat wij willen dat die vast ende ghestade ghehouden bliven sal ewelick vortane soo hebben wi dese letteren beseghelt metten voors. Stadtseghele te saken ghegheven. Int iaer ons heeren M.CCC.LXVI. XXIIII daghe in September.

Olim multis cærtis

Vide de is fratribus Beggiadem Geldolphi à Rijckel fol. 489, qui Beggardos illos manuet nominari à Sancta Begga.

Sanderus L. 5, rerum Gandavensum et Brasseur in originibus cænobiorum Hannoniæ Cap. 3, distinct. 1. confundunt eos cum fratribus de Pænitentia JESV Christi. Hodie in nomen filetur : passim tertiaro audiunt : Suntque ex ipsis plurimi sacerdotes et tanquam viri religiosi ordinum mendicantium privilegijs gaudent, et à Brabantia Ducibus exactionum temporalium prærogativis donati.

Urbis Rectores ) Quorum tam ~~Princeps~~ Prætor seu Ammanus Joannes de Edinghen Toparcha de Kestergate, qui cum Angianus esset origine, frequensque fuisset olim in Carthusia quæ secus Angiam fundata est et originis suas refert ad Angiæ dominos, ex quorum stirpe hic se ferebat ; memor religiosæ conversationis et instituti Carthusiensis, cujus idæam et observantiam accuratam in illa domo viderat, Priorem illius evocavit : cum quo et consilia contulit, exploravitque quo animo futurus esset ad inchoandam suburbanam Carthusiam secus Sacellum Parthenium. ???  
Joannes de Mol et Amelricus Was nobiles viri et Petrus de Thijmo causarum Patronus, Postmodum Canonicus d. Gudulæ non parum in negotio provonendo præstiterunt, ac per eos senatus potissimum ~~ind~~ excitatus ab Carthusianos in territorium Bruxellense admittendos.

f° 84<sup>v</sup> (surcharge 96)

~~Castergate~~)

f° 85 (99)

page vide

## Caput Octavum

Monasterium ædificatur consensu  
Episcopi Cameracensis Consecratur  
Sacellum. Senatus munificentia.  
Ad novam Cartusiam Religiosi  
conveniunt. Eorum adventus et alia  
cuidam matronæ revelantur.

Interea ubi negotium jam satis fervere visum est, congestæ sunt omnes quæ pro tempore et loco haberi potuerunt res necessariae, ligna, cæmenta, Lapides et alia usui congrua. Consensus quoque ab Episcopo Cameracensi pro erigenda domo et præconceptæ alienationis bonorum Saccitarum ratihabitio et approbatio petita : quam hic sijllabatim, sub quo concessam inveni tenore, lector accipiat.

Universis præsentis Litteras inspecturis Joannes de Burgundia, Dei gartiâ Episcopus Cameracensis Salutem in Domino. Exigit officij nostri debitum ut in ijs agendis et etiam concedendis toto cordis zelo inclinemur, per quæ cultus augeatur divinus et salus procuretur animarum. Sane dilectus nobis in Christo Dominus Henricus Magnus locum tenens feodorum et Consiliarius Joannes de Edighen Dominus de Kestergaete, Consiliarius magister hospitij Illustrissimi Principis et Domini Domini Ducis Burgundiæ Brabantiae etc. suusque Ammannus Bruxellensis et Burgravius territorij de Grimberghen et Nicolaus de Calido campo, scabinus milites, Theodoricus Dominus de Mol Burgimagister, Joannes de Mol et Sigerus de Calido Campo reddituarij, Joannes Cambier et Godefridus de Bossere

Consules ac Magister Adrianus Dullaert V. 1. licentiatuſ tanquam deputati oppidi Bruxellensis, ac ipsum oppidum in hac parte representantes, nobis exposuerunt quod idem oppidum ad laudem et honorem Dei, Beatæ Mariæ Virginis et omnium sanctorum monasterium sive cænobium Ordinis Carthusiensis in quo septenarius numerus Religiosorum sub regula dicti Ordinis Deo famulari debeat apud Capellam Beatæ Mariæ de Gratia infra metas Parochiæ sancti Petri Anderlacensis juxta et extra oppidum prædictum Bruxellense nostræ Diocesis fundare et erigere disposuit et ordinavit, et quod idem oppidum, pro ipsius Monasterij fundatione ac septem fratrum Religiosorum presbijterorum necessitudine et sustentatione omnia bona tam mobilia quam immobilia quæ hucusque ad usum fratrum Saccorum Bruxellensium fuerunt deputata supradicto futuro monasterio dedit et assignavit juxta modum et formam quos ijdem exponentes in ordinatione ejusdem fundationis dixerunt latius contineri. Et quia ex ejusdem Monasterij fundatione et erectione speratur verisimiliter tam personarum dicti oppidi fundare volentium, quam aliorum hujusmodi ordinem professurorum et in dicto sic erigendo monasterio Deo obsecutorum salus animarum, nobis humiliter supplicaverunt prænominati exponentes quatenus fundationi et erectioni hujusmodi consensum nostrum de benignitatis gratia adhibere autoritate nostra ordinaria et Pontificali dignaremur. Nos igitur Joannes Episcopus præfatus dictorum exponentium supplicationibus inclinati, cupientes ipsos in suo tam laudabili et salubri proposito confovere et erectioni dicti monasterij Carthusiensis in loco prædicto, in quo etiam juxta et secundum quantitatem sive facultates bonorum ad hoc in posterum assignandorum, numerus Religiosorum ibidem assumendorum augeri et superaddi possit, nostros adhibemus consensum pariter et assensum, Jure tamen dictæ parochialis Ecclesiæ et alterius cujuslibet semper salvo Proviso quod semper Religiosus qui in prætacto futuro Monasterio diebus Dominicis summam missam celebrabit perpetuis futuris temporibus collectam unam



pro nostro et successorum nostrorum pro tempore Episcoporum Cameracensium felici et prospero successu dicere et cantare tenebitur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præmissorum, sigillum nostrum præsentibus litteris duximus apponendum. Datum Bruxellis nostræ Diocesis in domo habitationis nostræ, Anno à nativitate Domini M.CCCC.LV, indictione tertia, die vero Sabbathi nona mensis Augusti Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Domini Calisti divinâ providentiâ Papæ III, Anno primo præsentibus ibidem Venerabilibus et circumspæctis Viris Dominis et Magistris Cornelio Proper Præposito Ecclesiæ nostræ Cameracensis, Joanne de Hatea alias de Lira Officiali et Paulo de Rota Vicarijs nostris testibus ad præmissa vocatis specialiter et rogatis.

Eodem igitur anno descriptis cænobij limitibus, ipsa lineamenta domus expressa sunt et unaquæque claustrî regio certis proportionibus metata, et jacta fuere, fundamenta quibus leve dumtaxat initio opus ~~et~~ lutea ac vili materia constans superædificatum. Sacello Virginis, chorus, in quo divinas laudes decantarent, adstructus, qui cum ipso Sacello, festo Nativitatis Deiparæ præfati anni à Reverendissimo Domino Dionijsio Episcopo Rossensi Ordinis Carmelitarum suffraganeo Leodiensi fuit consecratus. Concessis indulgentijs quadraginta dierum Capellam die dedicationis visitantibus ex potestate Episcopi Cameracensis et totidem ex propria.

Magnam structuræ parte absolutâ, ærario propè ex hausto, segnius procedebat opus ; Senatus ut quod tanto zelo ac fervore incæperat, omnino consummaretur : præter quingentos rhenenses, quos persuadente Petro de Thijmo ad constructionem domus elargitus fuerat, alios centum ad usus domesticos impendit. Mira res, postridie illius diei, qua civitas quingentorum florenorum largitate benevolentiam suam in novos Patres testata est : statutum fuit in celebri magnæ Carthusiæ congregatione, ut pro obtentis à dicto senatu beneficijs in unaquaque ordinis domo missa de Sancto Spiritu pro Bruxellensi magistratu alijsque Scheutani monasterij fautoribus celebraretur. An non hinc credere fas sit, instinctu ejusdem Spiritus Munerum Datoris, pium ac largum munus ab urbe Partheniæ Carthusiæ datum ?

Tandem monasterij formam referente ædificio : è diversis domibus ad novam coloniam Religiosi mittuntur, ~~sua quisque priorè~~ ~~????~~ ~~tant~~ qui die secunda Septembris Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto totidem huc convenerunt, quot primi illi septem Patres, qui hujus ordinis authores fuerunt : Quorum quoque vita si inspiciatur, aliquos inter eos non minus quam inter primos fundatores, sanctitate illuxisse deprehendemus : prout ex narratione inferius instituenda manifestum fiet. Missi autem sunt sequentes. Ex domo Capellæ Gaspar Stockius Lovaniensis et Arnoldus Carmannus Steenhuijsanus cum Henrico Loën Priore. Ex Sijlva Sancti Martini Petrus de Casleto Gandavensis. Ex domo Antverpiensi Nicolaus Harlemensis. Ex Leodiensi Joannes de Blijsia, ex Distemiensi Cornelius Blockius. His septem unus conversus Joannes Coolaert et donati duo, qui servilia munia obirent adjuncti sunt Simon de Huijvettere et Joannes Coese. Vigiliâ Nativitatis deiparæ à missa de Spiritu Sancto divinum officium aspiciati sunt, ac Priorum præsentium votis Arnoldus Carmannus sub vicarij titulo novæ domui præficitur, donec Gratianopolitanæ Carthusiæ congregatio Priorem aliquem designasset : qui fuit Henricus Loën, de cujus virtutibus et vita singulari, singularem infra discursum instituemus.

Cum jam habitare cæpissent non parvum inter eos virtutis et contemplationis ac patientiæ studium erat : exercebantur quotidie ad virtutem, Et si quando eos insolita aliqua (quæ rebus novis ferè semper miscentur) si quando adversa premerent, utebantur sinistrâ veluti dexterâ, imo tunc maximè virtutis segetem deesse putabant, si adversa defuissent.

Valde consonat cum Beati Hugonis revelatione, quod priusquam Patres hanc eremum ingrederentur Margaretæ Wijttenberghe uxori Wilhelmi de Mesemakere mulieri Religiosæ et secundum seculi fortunam non ignobili, quæ postmodum etiam cellam et innumera alia nove domui beneficia præstitit, per visionem nocturam revelatum fuit : nimirum eos adventare quorum meritis adjuvari posset. Illos verò oculis, Illos animis ita præsentem habebat, ut cum eorum vitam aut habitum nunquam didicisset, ex illo imaginario, ut ita dicam, mentis aspectu formam et habitum tam exactè descripsit, ut usque ad vittas et ultimam vestis laciniam imo vultum uniuscujusque referre posset

Annotationes ad Cap. 8

Locum tenens feudorum ) Ad quem non nisi illustrium familiarum personæ ordinariè promoneri solent. Primus

Elenchus præfecto-  
rum Curiae fendalis  
Brabantinae

Laisse en blanco un demij page.

Magister hospitij )

Parte 5. Tit. 1.  
Cap. 7.

Ammannus ) prætor Urbanus Justitiæ administer. Extat decretum anni 1292. Apud Petyrum de Thijmo, in quo ???? munia ei incumbentia continentur. Vetustior est hæc dignitas consulari : incipit enim anno 1124. Semperque confertur nobili genere natis.

Burchgravius territorij de Grimberghen. Olim Castellanus dictus *Gamico visconte* Dubitatur virum vox sit Græcæ an Germanicæ originis. Græcis certè δΝυγο), quæ vox turrim et etiam urbem significat, unde leges urbanæ *Æschijlo νοητηαπυργια*. Germanis verò Burgh vel borgh castrum est, à borghen sive berghen, servare, in tutum recipere, ut locus sit editus et munitus ad hominum salutem. Castra plerique veterum incolebant : ex ijs cum oppida fierent eorum cives Burgenses et borchwoonders longo tempore appellati, qui hodie borghers, quorum præfecti Burgimagistri. Lambertus Hortensius L. 3. Rerum Ultrajectinarum, dicit Burchgraviatum Ultrajectensem honorificum esse nominis titulum ; Et certè hæc dignitas ubique non nisi Nobili loco natis conceditur. Diversa hodie pro diversitate locorum autoritate pollent. Olim Vicecomites oppidis præerant publicorum carcerum curam gerebant, et sua tribunalia ad jus dicendum habebant. An per Burchgravias non intelligantur ij, quibus dabatur feudum Guardia, qui quasi custodes prædijs Cæsarijs aliorumque domorum apponebantur, de quibus Godofredus. Vel ij qui possident feudum Gastaldia vel Guastaldia ; quod datur illis qui quasi actores vel quasi procuratores prædio dominico imponuntur, aut curti seu casæ dominicæ gubernandæ, Godofredus Supra ? Videtur omnino. Clarè ad rem nostram loquitur Schneiddewinus in epitome in usus feudorum parte I<sup>a</sup> Feudum Guardia est, inquit, quando quis deputatur ad guardiam id est custodiam alicujus castri, propter quod officium et tale feudum constituitur. Dicitur enim Guardia custodia, et Guardiacci custodes, cum eis castra et territoria custodienda traduntur. Feudum autem Castaldia dicitur, quod dominus concedit alicui militi propter castaldiam quam exercet. Dicitur autem Castaldia gubernatio qua res Domini gubernantur, et Castaldi gubernatores, quibus committitur gubernatio fructuum et reddituum Domini. Et Joannes Rudingerus in methodo Juris feudalis, idem ferè habet : Est feudum Guardia, inquit, quod arcis tuendæ aut territorij custodiendi gratiâ concedebatur. Feudum Castaldia quod concedebatur ratione administrationis bonorum et professionum dominicarum. Castaldia dicitur gubernatio, qua Domini res gubernantur, et Castaldi(sic) gubernatores vel vice domini. Vide de his feudis vultium L. 1. Cap. 8 de feudis. Et Ardizonem tit. octavo. Consulendus Paulus Diaconus Lib. II, hist. Longobardicæ et, Isidorus in originibus, qui addit Burchgravios à Burgis præfatis dictos de quibus etiam rubrica est in codice Theodosiano Lib. 7. flavius Vegetius Lib. IV. de re militari Cap. X. Meminit etiam illius verbi Arcandius C. de fundis rei Privatæ L. Eum qui Collegio vel curiæ, vel BVRGIS. Adde ~~Tit~~ Cod. Theod. Tit. De Burgarijs et Cujacium 3. Obser. 24. Vide Miræum in donationibus Belgicis Lib. 2. Cap. 76. ubi agit de ~~Burchgraviatus hic nunc spectat ad familiam B uslicianam. Vide ??? infra dicuntur cap. castellanis olim per Belgicam frequentibus.~~

In notis ad Constitutiones feudorum. Tit. 2

Num. 57. et 58.

Lib. 1. Cap. 6, § 4. Num. 6.

Laissez en blanc un demij page

Après escrive hors le livre, depuis le mot Confirmantur jusques au mot sed quia

Senatus, ut quod tanto zelo ac fervore inceperat. Cum Parthenia domus ~~experta fit~~ illius obstetricante manu ~~ijs quæ~~ ex fascijs et incunabulis fit educta, ac velut parentem agnoscat : ~~illius~~ non est prætereunda ejus commemoratio. Itaque sicut in progressu aliorum qui in ejusdem ædis consummationem, divino flante Spiritu, conspirarunt, merita laudamus ~~???~~ et qualitates exprimimus : sic pauca quædams de hujus nobilissimi concessus antiquitatem, et ~~ali~~ ad illius splendorem spectantia ~~ap~~ aperire non erit incongruum.

Aliam antiquitus formam, quam hodiernam, habuit. Justitutioni ~~ejus~~ ~~???????~~ tempus plane absconditum. Conijcere licet ex ducum nostrorum ~~diplomatis~~ sanctionibus, ante ~~sexcentos~~ quingentos quadraginta sex annos ~~ex patricijs viris~~ fuisse ~~compositum~~ erectum. Ob oculos ponam, articulum ~~unum~~ desumptum ex Henrici III Brabantix ducis diplomate dato Anno MXCIIII, 2 Februarij ac ejusdem sigillo munito cujus originale in grammatophylario Capituli Divæ Gudulæ servatur. Item dat voortane de natuerelijcke kinderen te wetene soenen van onsen ghebuertighe lieden, nijet meer en sullen compareren ten keuse oft stadts Rade, maer wel hunne soenen die van gheechten bedde sijn, ende dat met alsulcken wapen rocken als hunne voirderen tot hier toeghedraeghen hebben. Quod verbotem sonat latinè. Item quod ~~pro~~ deinceps proles naturales nempe filij nobilium nostrorum hominum non amplius electioni vel urbano consilio intererunt, sed tantum eorum filij legitimo thoro nati ac induti quidem talibus paludamentis, quales eorum prædecessores huc usque gestarunt. Hinc colligas longè ante tempus prædictum, ~~annum magistratum senatum erectum è nobilibus et quidem è nobilibus, ac legitimis personis quæ quidem conflatum qui in senatum processuri paludamentis debebant induc.~~ ~~Vocabant autem fuerunt judices, Scabini et jurati~~ ~~??????????~~ ~~supradictus~~ ~~???????~~. Quorum postmodum Henricus dux quintus numerum definivit Anno 1294 induebantur ~~nominatem~~, quorum numerus ignoratus Henricus V. septenarium pro tribunum ratione ~~????~~ definivit cui tres juratos addidit. ~~Quidam legunt ob~~ Litteris suis expeditis feriâ secundâ ante palmarum, Anno 1294. ~~Septem nempe scabinos pro tribuum ratione et tres juratos (ab quidam legunt sedecim) annue legendos octavo ante circa natalem S. Joannis Baptistæ quod nunc fit indecimos : quo Carthusiani de Scheut vel in profesto S. Joannis quo tempore Carthusiani missam de spiritu Sancto cantare consueverunt, pro ipsis scabinis in memoriam et ad, gratianum actionem Scheutanæ foundationis à prædecessoribus ipsis fautoribus fautoribus ipsorum prædecessorinem ipsorum fautor inchoatæ. Neque vivis tantum neque tantum~~ Nec pro vivis tantum sacram deo virtimam offerunt, verum etiam defunctis missarum sacrificijs annuatim opitulantur postridiè festi omnium defunctorum.

Patricijs è plebe quidam fuerunt adjuncti ut una gubernarent communitatem, unde tam ei quam illi communitatis Magistri et communitas sunt nominati. ~~qui cum præpotentia nimirum insolescerent ipsis nobiles despicientes qua despicientes~~

quod Et hoc magistratus genus duravit usque ad annum 1306. Quo ignobile vulgus, pulpis patricijs, domosque eorum funditus evertit, frustra, ne ind fieret, ~~Margareta regis Angliae filia Joannis secundi Barbantiae~~ ducis uxore deprecante. Qui intellecto dux coacto exercitu, primum Furas inde Vilvordiam concessit. At perduelles competo ducem Furæ consistere, prima die Maij extentis signis eo properarunt. Discreptabatur tum in ducis consilio obviam multitudini eundem esset, quibusdam asserantibus eam advenire pacis impetrandæ causâ. Placuit tandem militem Vilvordiâ educi, cum interim neque legatis missis, neque caduceatoribus Plebei Bruxellenses quis peterent significarent. Occurrere alteri alteris in latissimus Vilvordianis pratis, ubi utrimque explicatis ordinibus, cum aliquandiu dimicatem esset, rebelles cessere : quorum multis cæsis, reliqui in ditioem venere. His Bruxellam rennunciatis, trepida urbes ducem muris recepit. Qui abolitis ijs, quæ in Nobilitatis perniciem excogitarant plebeij, Magistratibusque plebeijs depositis, patricos pristino honori restituit edicto promulgato, cujus capita præcipua infra ubi de Saccitis agemus, dabimus. Hanc vernaculam historiam antiquus poëta vernaculus, versiculis his, veritatem magis quam elegantiam redolentibus descripsit.

Ita fere Divæus

\*lineis vestibus, qualibus eo tempore indui solebant : textores, qui fartionis præcipui fuerant authores

Sijn sone die naer hem quam  
Was gheheten die tweede Jan  
Ende waer van felden maniere  
Op die ghemeijnten voorwaer gheseijt  
Ende achtense luttel dat es waerheijt.  
Die ghemeijne van Brussel hij t'onderdede  
Tuschen Brussel ende die stede  
Van Vilvoorden in die bemden groene  
Ende, sloechte doodt die hertoch coene  
In haer\* lijnen cleederen dat hij quamen  
Hem ter ghenaeden naer betaemen  
Daer hij oneerlijck mede dede  
Want ten was gheen vromichede  
Ende gaff te Brussele t'regiment  
De seven gheslachten sij a bekennt.  
Ende dat uijt elcken gheslachte rijcke  
Een schepenen soude sijn eerelijcke,  
Ende dat die seven gheslachten souden  
Alle die officien wilt mij onthouden  
Maecken die oordenen totter selver stadt  
Sonder den Amman verstaet dat  
Ander vechten begheerden nemmermeere  
Noch den amman verstaet mijn leere  
Soude nijet comen inder stats raedt  
Nemmermeer, dat nel verstaet

Interjecto tempore septem scabinis additus consul Anno nimirum XCCCCXXI. et alius è plebe cum sex consiliarijs quos in locum juratorum surrogatus arbitratur Grammaius. ~~Et hæc est presentie temporis~~ Atque hæc est moderna Magistratus faries. Plura qui volet, Puteani Bruxellam consulat, ubi de septem patricijs familijs ex quibus eligitur, tractat.

sepultus cum uxore  
in D. Nicolai  
choro Bruxellis


Nicolaus de Calido Campo ) Vanden Heetvelde ~~tamen~~ Ex antiquissima Brabantiae  
familia, cujus hic stemma damnus

Laisse en blanco deux feuillets.

Anno 1454

Gaspar Stockius ) Lovaniensis, filius Ægidij Secretarij ejusdem oppidi. Chronicon Herinensis Carthusiæ, in hunc modum de eo loquitur. Erat magister artium ante ingressum ordinis promotus Lovanij in pædagogio porcensi. Qui civiliter se gessit circiter 12 annis stans in hac domo, quia cum domus Gratiae propè Bruxellam inchoaretur illuc cum primis tribus directus est. Ubi fuit primo sacrissta, Procurator et Vicarius, et mansit ibidem circa 14. Postea verò Anno 70, missus est iterum ad initiandum domum Delff cum primis fratribus illuc directis, ubi fuit procurator circiter 10 annis. Postea idem electus est in Priorem Anno 80, duobus annis ibidem prior fuit, sed Anno 82. electus est in Priorem hujus domus, quod officium usque hodie gerit.

~~Petrus de Casleto )~~



Nicolaus Harlemensis ) Postea Prior Antverpiensis et Provinciæ convisitator. Obijt 7. Martij Anno 1473.



~~Joannes de Blisia)~~

f° 90<sup>v</sup> (114)

~~Cornelius Blockius)~~

Caput nonum

De Saccitis seu fratribus Sacci

~~Vulgo Sackbroeders, seu Buijdel dragers.~~

Job Cap. 31.

Quoniam à Saccitorum interitu originem sumpserit Scheutana domus illorumque fortunis gaudeat, non abs re erit, quæ de statu, regimine, habitu, ministerio et conditione dictorum fratrum cognoscere potui, hic subjungere. Civitas Bruxellensis quæ unum ad magnitudinem tantam excrevit, ut non multæ in Europa majores eâ inveniantur, ac inter maximas jure possit recenseri ; sicut amplissimæ quondam urbes, ut ipsa orbis caput Roma, ab exiguis primordijs incepit, ac paulatim successu temporis in immensum aucta. Eodem modo, non minus ab incunabulis suis virtute pietateque profecit, et ab ~~ejus~~ infantia cum illa crenit miseratio : quam non tantum in cives ac incolas, verum et in extraneos vagosque exercuit. Unde ut ipsorum facilius necessitate succurreretur, diversa hospitalia, ad quæ hujusmodi transeuntes diverterent, in diversis urbis regionibus extracta ~~sunt~~, in quibus tres dies hærrere ~~peregrinis~~ permittitur. quatuor simili fini destinata etiamnum hodie visuntur : Sanctorum Jacobi, Gislæni, Laurentij et Cornelij. Olim quintum fuit, vetusstissimum omnium fuisse arbitror, non procul à Divi Nicolai templo sub ejusdem Sancti tutela erectum. ~~Quatro decim~~ Pij quidam viri è patricijs familijs oriunde curam inibi gerebant, hospitalitatis officia peregrinis exhibentes, et eleemosijnas à fidelibus relictas velut dispensatores egenis viatoribus erogantes : communi nomine fratres Xenodochij Sancti Nicalai, seu Nicolaitæ vocatis aliàs fratres de pænitentia JESV Christi. Quandonam exorti, incertum : constat eorum hospitale antiquissimi fuisse instituti, cujus non amplius memoria superest.

Piæ foundationis non parum diminuto censu, ac in tantum exantlatis fortunis, ut vix restaret, unde ipsi fratres alerentur : ad hæc multum collapsâ disciplinâ et semper in pejus et in pejus stau domus ruente : Nicolaus à Fontanis

Cameracensis antistes ut sollicitus Pastor ac Pauperum pater apud Senatum institit, ut quibus deinceps hujus domus cura demandaretur, statutis, regulisque arctioris vitæ constringerentur : ac nisi prudentes sedulique viri de quorum probitate constaret, adhiberentur. Ratus talium industriâ, bona quæ præcedentium socordiâ, intemperantiâ vel luxu dilapidata forent, aut contractis debitis, creditoribus manserant obnoxia, paulatim recuperanda exonerandave. Non distulit malo mederi Senatus ~~utpote~~ tanquam piarum foundationum protector, evulgatis sequentibus reformationis litteris.

Universis præsentis litteras inspecturis universi ..... oppidi Bruxellensis, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod ex parte Reverendissimi Patris nostri Nicolai à Fontanis Dei gratiâ Cameracensis Episcopi, sæpius monitionem recepimus diligentem, ut ad reformationem hospitalis Beati Nicolai in Bruxella curam adhiberemus efficacem, eo quod ad usus et recreationem pauperum transeuntium à prima fundatione de fidelium eleemosijnis statutum fuit et ab antiquis temporibus, à quibus non extat memoria observatum, sicut et adhuc superstites recolunt infiniti. Nos periculum animarum nostrarum à nobis in hac parte remove volentes parati salutare monitus exandire, consetimus unanimiter, et statuimus, quod dicta domus et ejus possessiones tractentur, conserventur, et amplientur per manus fideles, et ad hoc deputatos, Et personæ eleemosijnis ejusdem domus viventes de cetero se religiose habeant in habitu et vestitu et conversatione sub obedientia presbijteri à superioribus eis destinati sicut in cæteris hospitalibus religionibusque moris est, ut honor Dei in hoc observetur et oppidani Bruxellenses non possint merito reprehendi. Sunt autem articuli inferius exscripti, quos etiam ibidem volumus et decernimus observari. Quicquid proprij et proprietatis sive juris quisque habuit domui hospitalis prædicti conferat et appropriet, alioquin nihil ei de domus beneficio ministretur.

Item scapularios et vestes grisias sive brunas portent, ut à cæteris hominibus sicut personæ religiosæ discernantur.

Item nullus uxoratus ad hanc domum et ejus beneficium de cætero recipiatur.

Sur un petit feuillet intercallé :

Desen Boeck behoort toe aen den Eerw. Heere Vandernoot Canoninck ende Tresorier van het Capittel van S<sup>te</sup> Peeter tot Anderleght, denwelcken hij mij geleent heeft, ende aen dito heere moet wederom gegeven worden. Ita est : H. Vanden Block, Pbtr et Canonicus Anderlacensis.

Item in locis suspectis millatemus conversentur.

Item mercimonia et communes contractus non exerceant.

Item sine licentia speciali illius, cui Licentia in domo committitur, ad oppidum non egrediantur, nec incedant soli, sed cum socio, et causam revelent eundi, nominatam antequam eis licentia concedatur.

Item cum aliquem de domo eorum decedere contigerit, beneficium domus sicut totaliter per manus fideles reservabitur et ampliabitur, et sic de unoquoque decedente, quousque dicta domus in tantum adaucta fuerit, quod commorantes ibidem possint absque defectu et scandalo in Religioso habitu sustentari, et pauperibus transeuntibus pro facultatum juribus hospitalitatis beneficium impendatur, vel quousque de communi consensu eorum quorum interest, ipsa domus ad pristinum statum, ad quem fundata fuit primitus vel ad meliorem prout secundum Deum utilius visum fuerit reformetur. Volumus et statuimus quod quicumque contra statuta hujusmodi rebellis extiterit si semel ullus iterum presbitero eis concesso et destinato sub testimonio competenti monitus non desistat, ab officio dictæ domus penitus sit privatus.

Item si quis de bonis dictæ domus sine licentia speciali furtive sibi usurpaverit, eijciatur à domo et beneficio, nullatenus reversurus, ut autem constitutiones istæ ad honorem Dei et salutem animarum, à presentibus et futuris inviolabiliter observentur, præsentibus litteras in testimonium communi sigillo oppidi nostri Bruxellensis duximus roborandas. Datum et actum Anno Domini MCCLIII, mense Novembris.

Extinctis ad unum usque Nicolaitis successere Saccitæ seu Sacci fratres vernaculè Sackbroeders seu Buijdeldragers qui simul cum bonis prædecessorum hereditaria habuere nomina, Liceat rarius illis appellarentur. Ad instar religiosorum, ut à sæcularibus faciliè discerni potuerint oblonga veste coloris Leucophæi seu subcinericei utebantur : supervæ gestabant scapularium, ut illis habitus cum fratribus de pænitentia communis fuisse videatur. Nullo religionis voto obstricti, velut regulares vivebant.

Ad hoc nulli diverterunt peregrini, quia reditus tenuiores vix ipsorum sustentationi sufficiebant. Colligo prædicta ex manuscripto Turneri dicentis : Bona fratrum Saccitorum antiquitus, originaliter et primo pro distributione eleemosynarum et pauperum peregrinorum transeuntium fuerunt instituta et per quosdam fratres Sancti Nicolai in Bruxella eisdem peregrinantibus elargita et illa postmodum successu temporis per fratres Saccitorum ad suos proprios usus usurpata, Et per Episcopum Cameracensem tunc temporis regnantem ordinationi oppidi sub conditione et spe reformationis fratrum Saccitorum piè commissa donec et quousque de illis bonis ad meliorem et sanctiorem utilitatem dispositum esset. Et ijdem fratres Saccitorum in locum fratrum Sancti Nicolai subrogati regulam eis statutam minimè observarunt sed bona pauperum inutiliter et absque Dei servitio vel prordinata eleemosynarum elargitione jam multis retro annis dissiparunt et notoriè expenderunt.

Eadem ferè continet diploma Pij Pontificis, quod infra recitatur : addens à centum et ultra annis defecisse Nicolaitas, antequam Saccitis eorum præbendæ conferrentur. Habuerunt domicilium imminens sacello Beatæ Mariæ Magdalænæ in Platea qua ad aulam ascenditur, vulgo den steenwech dicta ; nunquam ~~item~~ incoluerunt vetus Xenodochium quod Nicolaitæ : illud autem à senatu ~~ex consensu obtento Romano Pontificis~~ Romani Pontificis obtento consensu, vendi tum fuit Godefrido à Frigido monte. An verò domicilij Nicolaitarum vestigia adhuc extent, facilè sciri haud potest. Reperi fuisse situm retrò et prope Minoritarum claustra, et ob murum inter medium exortam litem inter emptorem et Patres Franciscanos. Ut cuncta Lectori melius innotescant, Clementis Papæ bullam, qua vendendi Licentiam præbet, et transumpta contractus venditionis ac sententiæ ~~definitivæ~~ prædictæ litis subnectam.

Clemens Episcopus servus servorum Dei dilectis filijs Decano et Capitulo Ecclesiæ ac Scabinis et Universitati Villæ Bruxellensis Cameracensis Diœcesis, Salutem et Apostolicam benedictionem. Sinceræ devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis Ecclesiam et habetis dignè nos excitat et inducit ut petitiones vestras quantum cum Deo possumus ad exauditionis gratiam admittamus. Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, quod fratres de pænitentia JESV Christi, qui quendam pium locum de consensu nostro in villa Bruxellensi Cameracensis diœcesis, dum viverent obtinebant decessisse noscantur, sicque locus ipse qui ex hoc solitudini et turpitudini derelictus in dispositione sedis Apostolicæ libera juxta tenorem constitutionis felicis recordationis Gregorij Papæ X. prædecessoris nostri editæ super hoc in generali concilio Lugdunensi

dignoscitur remansisse. Quare pro parte vestra fuerit nobis humiliter supplicatum, ut cum in loco prædicto, cuius valor si venditioni exponeretur summam quadringentorum florenorum auri ut asseritis nequaquam excederet, hospitale ad usum infirmorum et pauperum et quandam Capellaniam de bonis vobis à Deo collatis ad divini cultus augmentum de consilio Diæcesani Loci ordinare et constituere proponatis, vobis locum ipsum concedere dignemur. Nos igitur vestrum in ~~hac~~ hac parte laudabile propositum multipliciter in Domino commendantes, illudque volentes prosequi favoribus opportunis, vobis locum prædictum cum omnibus juribus et pertinentijs suis pro dicto hospitali et Capellania ibidem ordinandis et construendis prout de Consilio dicti diæcesani processerit, autoritate apostolica concedimus et donamus de gratia speciali non obstantibus quibuscumque litteris apostolicis, generalibus vel specialibus cujuscumque tenoris existant super concessione locorum fratrum ejusdem Pænitentiae à quibuscumque personis obtentis cujuscumque tenoris existerent, per quas effectus præsentium impediri posset quomodolibet vel differi. Nulli ergo etc. Datum Avenione Cal. Aug. Pontif. Nostri Anno IV et Domini MCCCVIII

Sequitur Copia contractus venditionis  
Domus fratrum Nicolaitarum

Allen den ghenen die dese Letteren selen sien oft hooren lesen Schepenen ende raede ghemeijnelijcke vande Stadt van Brussel, Saluijt met kennisse der waerheijt, Condt sij allen dat wij om ghemeijnen profijte ende nutschap der voorschreve stadt ende sonderlinghe der broeders van Sinter Claes dient ane hoort vander stadt wegghen ghegheven hebben ende geven metter teneur van deser letteren vande voors. broeders wegghen ende om haer profijt Godevaert van Coudenberghen onsen gheminden poorter van Brussele een huys diens wij mochtich sijn ende ons ane hoort te gheven vande voors. broeders wegghen te haeren orber, int welcken huys die voors. broeders in te woonen plaegen metter hoffstadt, metten gronde, ende met alle datter ane hanckt ende toe behoort ghelijck dat ghelegghen is bijder kercken van Sinter Claes beide voor ende achter tusschen der Minderbroeders aen d'eene sijde ende de wooninghe daer

brueder van Gint in woont daer die beke in valt in d'ander sijde ghelijck hen dat daer bewijst, erffelijck wordt te houdene ende eewelijck te besittene hem sijne oir ende van sijne naercomelinghen op eenen cheijns van t'sestich ponden t'jaers munten als men useert ende altoos t'elcken tijdene van geldene in Brussele ghemeijnelijck in borsen gheet, te Kersavene te vergeldene, Ende ghelove den voors. Godevaert sijne oir ende naercomelinghen vande Stadt wegghen ende vande voors. broeders wegghen waerantschap, den welcken ~~sijn~~ cheijns die den voors. Godevaert ghelooft heeft te gheldene ende te ghevene die voors. Stadt ter voors. broeders behoofft erffelijck ende eewelijck elcks jaers ten voors. termijne ende van kersavende naestcomende over een jaer den eersten cheijns ende om die meerde sekerheijt der voors. broeders behoofft te doene vanden voors. cheijns, soo heeft gheset die voors. Godevaert t'eenen onderpande dat goet dat hier naer beschreven staet etc. Soo hebben wij den ghemeijnen seghel der voors. Stadt van Brussele aen dese letteren ghehanghen. Ghegheven int iaer ons heeren MCCCXXIII, in Sinte Gillis daghe.

Sequitur copia ratificationis seu approbationis sententiæ Latæ  
à Scabinis ~~vel potius ratificationis illius.~~

Allen den ghenen die dese Letteren selen sien oft hooren Lesen Schepenen ende raet ende alle de poirteren ghemeijnelijck vander Stadt van Brussel Saluijt ende kennisse der waerheijt, cont sij allen want een t'wist gheweest heeft tusschen religieuse Lieden die Mindebroeders van Brussele in d'eene ende die broeders van Sinter Claes gasthujse ende Godevaert van Coudenberghen diet goet van Sinter Claes gasthujse te erve haudende es vande voors. broederen van Sinter Claes ende vander Stadt wegghen in d'ander sijde als van eenre muere die tusschen hun steet, welcken van hen dat hij aenhooren soude, Ende want Joos van Ophem Amptman van Brussel ende die Schepenen vander voors. Stadt driewettighe waerheden ghedaen hebben inder Stadt recht ende ghehoort alle deghene die de voors. partijen in beiden seijden ghehoort wouden hebben, ende ghevonden hebben in dese waerhede met ghetuijghe van veele weerdigher ende goede lieden dat die voors. muer is ende toebehoort den voors. broederen van Sinter Claes gasthujse ende de voors. Schepenen datste verstaene Jan de Coninck



Wauter van Coeckelberghe, Hendrick Labus, Dierick Hiekenshoet, Willen Cassaert, diemen heet Plaeteman ende Evergoij Boet den jonghen die nutertijt schepenen sijn, bij maeninghe der voors. amptmans naer die wettighe waerheijt ende ghetuijghen die sij ghehoort hebben ende naer die beseghelde brieven die de voors. Godevaert heeft, hebben gheweest voor recht, riepen ende voorsienighen raede ghehadt met den ghenen die wijs waeren van rechte ende oock bij onsen raede dat die voors. muer ten goede der voors. broederen van Sinter Claes gasthuijs toebehoort metten rechten ende den ghenen diet teghen hem verkregghen heeft. Soo doen wij te wetene dat wij den voors. Schepenen des goets ende wettighe vonnisse ghestaen ende gheloven te ghestaen teghen iegerwelcken. Ende waert dat saecke dat de voors. amptman, ende Schepenen oft eenich van hen overmits het voors. vonnisse ghedaecht, ghemaent oft ghemoijt worden in eenigher maniere van niemene, ende sij oft eenich van hen cost, schade oft moeijnisse daer aff hadde daer aff ghelove wijse, ende elcken van hen te ontheffene ende t'ontslaene costeloos ende schadeloos ende hem alle die cost ende schaede die sij daer aff hadden te gheldene ende op te rechtene in goedentrouwen sonder argelist in oircontschappen van welcken dinghen hebben wij onsen ghemeijnen seghele ghehangen. Ghegheven int iaer ons heeren MCCCXLIII, des dijsendach in sinxen dach.

=

Postquam integro sæculo et amplius Saccitæ Nicolaitarum bona possedissent, deficientes pedetentim à præscriptis à senatu statutis regulisque, occasionem præbuere Senatui, ad quem præbendarum collatio pertinebat ~~ad meliorem sanctioremque usum~~ ~~pios preventus applicandum~~ ~~???~~ applicandi pios pronæitus ad sanctiorem usum. Nec melius collocandos putabat magistratus, quam Carthusianis, quibus locum in territorrio suo concesserat, quique, unde ali possent, non habebant, tribuerentur, sub beneplacito Episcopi Cameracensis cujus copiam supra dedimus, accedente sedis apostolicæ consensu sequentis tenoris.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Pastoralis officij debitum nos excitat et inducit

ut ea quæ pro Sacræ Religionis propagatione ac divini cultus augmento, nec non pro statu prospero monasteriorum, aliorumque piorum locorum nec non personarum in illis sub regulari observantia, studio piæ vitæ degentium utilitate providè facta sunt, firma perpetuò et illibata persistant, Apostolico munimine solidernus. Sanè pro parte dilectorum filiorum Prioris et Fratrum Monasterij Beatæ Mariæ prope et extra muros oppidi Bruxellensis Cameracensis diœcesis, nobis nuper exhibitio petitiõ continebat. Quod dudum dilecti filij Burgimagistri, Scabini, Consules et Rectores ejusdem oppidi tunc existentes ad laudem et honorem Dei ejusque matris Beatæ Mariæ Virginis et omnium Sanctorum quoddam monasterium seu cænobium pro septem fratribus ac tribus ant quatuor ordinis Carthusiensis Conversis sub regulari observantia ejusdem ordinis altissimo famulantibus de consensu et voluntate tam dilectorum filiorum nobilium virorum Philippi ducis Burgundiæ, quin etiam Caroli comitis de Charlois cum suis consortibus, ad hujusmodi cænobij foundationem affectuose auxilium, consilium et assentum piè præbentium apud Capellam Beatæ Mariæ de Gratia infra metas parochiæ parochialis Ecclesiæ Sancti Petri Anderlechtensis juxta et extra dictum oppidum de novo erigi, construi et ædificari fecerunt. Et pro eorundem fratrum sustentatione omnia bona tam mobilia, quam immobilia antiquitus ad usum pauperum peregrinorum Bruxella transeuntium per quosdam fratres Sancti Nicolai, quorum nunc memoria non habetur, hospitaliter in dicto oppido dispensata et postmodum consentiente vel saltem permittente tunc Episcopo Cameracensi, elapsis tamen centum annis et ultra ad usum quorundam fratrum Saccitarum nuncupatorum nullius tamen regulæ deputata (ipsis fratribus Saccitis de necessitate vitæ primo contentatis) facto erectoque monasterio, capellam præfatam in qua assidue divina celebrantur cum apportu et oblationibus, quibus tam ipsa Capella quam monasterium hujusmodi pro majori parte constructa sunt et quotidie construuntur cum alijs pertinentijs suis omnibus juxta modum fratrum ordinationis per eos in dicta fundatione editæ donarunt et assigarunt, prout in diversis tam per ordinarium super consensu quam burgimagistros, Scabinos consules et Rectores præfatos super ordinatione et alijs in fundatione prædicta expressis

Om ghenoeghelijck te versien op d'alimentatie ender onderhout vande Ministers ende Schoolmeesters deser stadt voor den toecommenden tijt ende die oock te rembourseren vande kosten bij hun gheleden binnen den tijt dat sij hunnen dienst hebben ghedaen binnen deser stadt volghende den versuecke vande goede mannen vande neghen natien bij hun voorgaende opinie ghedaen, is bij die vanden raede van Oorloghe goet ghevonden datmen de ministers voordien voorleden tijt sal uijt rijcken de somme van duijssent guldens uijt den ontfanck vanden Colonel Bomberghen ende meester Hendrick van Oudenhove, den schoolmeester de somme van 50 rinsguldens eens, ende dat de selve ministers tot vijffven toe int ghetalle te weten 4 nederlantsche ende eenen walschen sullen ghetraecteert worden t'siaers elck teghen 600 · guldens ingaende den eersten dagh vande naestcommende maendt, wel verstaende soo verre eenighe ministers waeren die soo grooten last niet en behoefden, dat voors. sal moghen vermindert oft ghemodereert worden bij advise vanden ghene diemen met laste vande naebeschreven saecken sal committeren. Ende aengaende de schoolmeesters datmen met hun des sal overcomen ende dat de voors. betaelinghe sal ghescieden uijt den ontfanck vande gheconfisqueerde goeden vandie van Scheute, Afflighem, prebenden ende andere dierghelijcke ende voorts oock van aengheslaeghen goeden vande Capelle kerke, ende datmen tot den ontfanck vande selve goeden sal committeren drij oft meer ontfanghers daer toe noemende Meester Cornelis van Loovelde, Jan de Casseleer ende Bartholomeus van Mildert, des sal den Colonel Malisant blijven in sijne voornoemde commissie, Ende dat voorts tot behoef vanden armen vande scholen sal gheemploijeert worden allen t'landt d'welck de Minderbroeders ende die van Scheute pleghen te hebben boven d'innecomen vande fratres ende t'ghene d'welck men daer toe noch sal ordonneren tot onderhout van ten minsten hondert jonghers elck naer sulcke competentie ghelijck den staedt van de anders dat verdraeght. aldus ghedaen inden Raede van Oorloghe onder t'wel behaghen vande Magistraet.

In Choro ~~Ecclesie~~ Basilicæ S<sup>ti</sup> Geogij Nancæi  
 ad lænam sub ~~???~~ abside videntur insignia  
 et statua procumbens Caroli audacis  
 Brabantiae ducis ~~sumptuosa et magnifica~~  
 Cum eleganti Epitaphio Latino, sequitur.

~~Nota quod eadavet post  
 aliquot annos Brugas  
 fuerit translatum~~

Carolus hoc busto Burgundæ gloria gentis  
 Conditur, Europæ qui fuit ante timor.  
 Ganda rebellatrix hoc plebs domitore cremata  
 Post patriæ leges perpete pressa jugo est.  
 Nec minus hunc sensit tellus Leodina cruentum  
 Cum ferro et flammis urbs populata fuit.  
Monte sub heritio Francas cum rege cohortes  
 In pavidam, valido truserat ense fugam.  
 Hostibus expulsis Eduardum in regna locavit  
 Anglica, primævo restituens solio.  
 Bella duum Regumque et Cæsaris omnie spernens  
 Totus in effuso sanguine tærus erat.  
 Denique dum solitis fudit temerarius armis  
 Atque Lothoringo cum Duce Bella monet :  
 Sanguineam vomuit media inter prælia vitam  
 Aureaque hostili vellera liquit humo.  
 Ergo triumphator Longena in secla Renatus  
 Palmam de tanto Principe victor habet.  
 O tibi qui terras quæsisti Carole, cælum  
 Det Deus, et spretas antea pacis opes.  
 Nunc die Nancæoscernens ex æthere muros.  
 A Clemente ferox hoste sepulchror ibi.

Vide Cap.

Laisé en blanc un demij pag.  
 §.Dux Aumaliæ etc. vide pag 155.

quia diversa à diver-  
 sis causa hujus belli  
 adstruetur verba  
 Georgij Auberij  
 Secretarij ducis  
 cujusdam Lotharin-  
 giae ad scribere pla-  
 cuit : ut lector cog-  
 noscat, fuisse longè  
 aliam quam quidam  
 invidi Burgundis  
 scriptores setule-  
 runt

~~Causam Belli Carolum inter et Renatum hanc dicit fuisse Georgius Auberij secretarius  
 ducis Loth. in ??? S<sup>u</sup> Sigiberti. Cap. 14.~~

La cause et motif de cette guerre entre ledit Charles de Bourgogne et le Duc René lors  
 regnant (qui estoient fort bons amis et estoient festoiez audit Nancij peu de mois  
 auparavant) vint de Louijs XI. Roi de France, qui craignant cette alliance et  
 confederation du duc de Lorraine, avec celui de Bourgogne, fit persuader au Duc  
 René que le duc de Bourgogne avoit tâtché de séduire et suborner son grand Pere le  
 viel Roi René de Sicile, et que son dit grand pere vouloit instituer ledit duc de  
 Bourgogne heritier ~~a son dit~~ ez paijs de Provence. A raison de quoy il fit tant que ledit  
 jeune René Duc de Lorraine sur cette croiance envoija defier a feu et a sang le duc de  
 Bourgogne, qui tenoit assiegée la ville de Nuz, sise pres de Cologne appartenant à  
 l'Archvesque dudit lieu.

##

**D**E LA PASSION DE N. SEIGNEVR, autrement, le Roy  
des affligez. In 4°

II

OCTAVE DES GRANDEVRS DE MARIE, ou le Bocage  
sacré de Nostre Dame de Bois- leduc. In 4°

III

OCTAVE DV S. SACREMENT, sur le mariage de Samson  
avec Dalile. In 4°

IV

LA MAGDALENE CONVERTIE, ou les Royales victoires  
de l'amour diuin sur le cœur de Marie Magdelene. In 4°

V

LES OEUVRES SPIRITUELLES DE S. FRANCOIS DE  
PAVLE. In 12°

VI

L'AVSTRICHE SAINCTE, ou la vie de S. MAXIMILIEN.

VII

LA VIE, ET LE TRESPAS DE LA SER<sup>ME</sup> INFANTE,  
ou le sacré Mausolé. In 12°

VIII

LA VIE, ET LE TRESPAS DV SER<sup>ME</sup> PRINCE CAR-  
DINAL, ou le Prince immortel. In 4°

IX

LES MAXIMES DES PATRIARCHES, ou Fondateurs des  
Ordres Religieux. In 4°

X

OCTAVE DV S. SACREMENT, ou les Extases de la Reyne  
de Saba. In 4°

XI

LE PEDAGOGVE ANGELIQVE, ou l'Introduction à la  
deuotion de l'Ange Gardien. In 12°

XII

L'OBELISQVE SEPVLCHRAL, dressé sur l'heureux trespas  
de M. le Comte de Nassau. In 4°

|                              |                    |               |
|------------------------------|--------------------|---------------|
| <del>Naer den van</del>      |                    |               |
| <del>Semertus-----</del>     | <del>1 -----</del> | <del>4</del>  |
| <del>Semertus de</del>       |                    |               |
| <del>Artritide-----</del>    | <del>0 -----</del> | <del>10</del> |
| <del>Semertus de</del>       |                    |               |
| <del>febribus et</del>       |                    |               |
| <del>Chijmica-----</del>     | <del>3 -----</del> | <del>6</del>  |
| <del>Heroldus-----</del>     | <del>0 -----</del> | <del>18</del> |
| <del>Waudre-----</del>       | <del>1 -----</del> | <del>10</del> |
| <del>Sieger d'Ostende</del>  |                    |               |
| <del>et de S. Omer----</del> | <del>1 -----</del> | <del>4</del>  |
| <del>Aquapendens----</del>   | <del>0 -----</del> | <del>18</del> |

## Caput duodecimum.

Templi, peristilij, horti  
Sacelli ac totius Monasterij  
delincatio.

Ambitus completus fuit  
1515.

Consecratue vero cum  
ipsa cemitaria ??? ?? 3  
ab. Episopo Dagiensi  
Consecratus autem ab  
Episcopo Dagiensi Suf-  
frag. Leodiensi

Operæ pretium erit hic referre, quibus limitibus, quibus spatijs domus tota definita, quibus authoribus ad perfectum deducta et quid inibi spectabile fuerit: ne cum ipsa, memoria ejus sepulta existimetur. Quod in ea præcipuum dici poterat ædificium fuit peristilium, eodem opere ac lapide constans, quo templum religiosorum : candido nimirum ac patrio non exotico. Habebat prominentia sustentacula, non tam pro munimine muri, quam ad sustentandam fornicem. Longitudo ad ducentos et octuaginta pedes extendebatur. In eo fenestræ vitræ artificiosæ depictæ, sacræ scripturæ historias, miracula virginis et quædam relatu digna quæ in hac eremo contigerant, representabant. Plurimæ ab illustribus personis fuerunt positæ, curâ et sollicitudine Domini Joannis Michault Regis Hispaniarum consiliarij ac Belgicarum Provinciarum Quæstoris generalis, cujus etiam munificentia in uno vitro ambitus relucebat. Porticus meridionalis habebat viginti duas fenestras. Orientalis, Aquilonaris et occidentalis viginti quatuor. Prima à Primo orbis monarcha Maximiliano Cæsare erat. Eum sequebatur Philippus filius rex Castellæ. Hunc Carolus postea quintus Imperator; Illum Margareta filia Maximiliani Ducissa Sabaudia. Hanc sequuntur Ferdinandus frater Caroli, Eleonora Philippi filia postea Portugallia Regina, Guilielmus Croij dominus Chievria, Dominus de Hoogstraeten, seu Montignij, Joannes Rouffout thesaurarius, Domina de Crijbeke et soror ejus, Carolus de Clerc thesaurarius regni Neapolitani, Petrus Boisot magister computuum camera Brabantia, Hijeronimus Vander Noot Cancellarius Brabantia, Antonius de Masteijn, Carolus de Groote Cancellarius Brabantia, Erardus à Marca Episcopus Leodiensis S·R·E· Cardinalis Æxecutores testamenti Jacobi de Croij Episcopi Cameracensis,

vide stemma Groo-  
tiorum cap. 18

Dionijsius à Spina  
1545 vel Matthias  
Hortebeeck anno  
1556

Dominus de Bueren, Maximilianus de Toparcha de Sevenberga eques ordinis aurei  
velleris ~~Antonius ab Asca magister cursorum qui duxerat in uxorem filiam Caroli de  
Grote~~ Antonius de Grimberghen dictus de Asscha magister cursorum ac novies  
consul Bruxellensis, Philippus Coutereau, Jacobus Grinet thesaurarius bellicus  
toparcha de Wencourt, Emanuel Philibertus Pedemontij princeps postea dux  
Sabaudiaë, Dominus de Sassoul Caroli V. à cubiculis, Dominus Anthonius  
vicecancelarius regis Arragoniaë, Dominus de Bevere, Dominus de Isselsteijn,  
Dominus de Mingeval, Dominus de Fieenes, Mercurius de Gattinara postea  
Cardinalis, Jacobus Vander Meerem ~~abbas~~ Sancti Bernardi Villariensis, D. Carolus  
natione Anglus, ~~Abbas Villariensis~~ Abbas Villariensis, Jacobus de Leenre regis  
Hispaniarum chirurgus postea canonicus D. Gudulæ, Elizabeth de Frasne, D. Vieron  
Joannes van Zuene, Priores Carthusiarum Leodiensis, Gandensis, Amstelodamensis,  
Buscoducensis et Ultrajectensis, quisque unam solvit, et Joannes Curenus dedit  
fenestram supra ostium ambitus. Cæterorum benefactorum nomina periere.

Sciat benevolus lector unamquamque fenestram quatuor porticum claustralium  
exornatam fuisse quinque imaginibus ~~pietis~~ sacrarum historiarum, quibus bini versus  
subscribebantur, exceptâ mediâ quæ unum sibi versum vendicabat, alterum sibi  
subjunctæ è novo testamento historiaë relinquebat. Eos ab interitu vindicatos calamo  
cujusdam ascetæ, et studio alterius limatos, venerandæ antiquitatis ergo, è vetere  
manuscripto codice affero

#### Historiaë totius Sacraë Scripturaë.

Angelicaë latriam mentes solvere supernam  
Voce indefessâ laudantes munima summa  
Omnia cælipotens formavit plasmata verbo,  
Quem chorus Ecclesiaë devoto observat honore  
Pestis apostaticos incrassans igne superbo,  
Fulgure sordivomos dejecit ab arce ministros.  
Lumine sidereo, sol, stellæ et luna beantur,  
Et decus arboreum crescit flumenque marinun.  
Adam Virgineâ virgo formatur arenâ  
Virginei ut ventris conclusit viscera JESVS  
Costa è somniferi fit conjux Eva mariti,



Mox vetitas fruges suasit serpentina labes,  
 Crimine confusos vili et perisomate tectos,  
 Exparadisiaco Cherubin fugat ignens horto.  
 Primus Abel mortem fraternâ sustulit irâ,  
 Primus ut Ecclesiæ Stephanus fert Saxa novellâ.  
 Ambulat ex vitijs Enoch translatus ad astra,  
 Jussa Dei Noë vivacis fit faber arcæ,  
 Ignea luxuries gelidis consumitur undis,  
 Arca propagineum salvo fert seminæ fætum.  
 filius illudit quem nudant vina parentem,  
 Scommata Indæ Christo ut posuere tonanti.  
 Confuso Babal aëreum qui schemate condunt,  
 Dissona barbaries confudit murmure vocum.  
 Lottheas salvavit opes Mambreicus hospes  
 Laude triumphali qui regnum furta reducit.  
 Hostia Melchicedech fit vino et pone salubris.  
 Cæna sacramento sic claudit ultima Christo.  
 Ex astro innumero innumeri spem pignoris audit  
 Dans holocausta Abram trepidi fert fædera sommi.  
 Pacta dei servans Abraham præputia cædit  
 Carnis delicias mens ut sincera repellit.  
 Tres petit hospitio supplex unum sed adorat  
 Munere sub trino trinans mijsteria trini.  
 Loth vitam cupijt Sodomæ mortemque soliquit,  
 Sal monstrat fatuæ uxoris mortem statuale  
 Respuit ancillam Sarâi permota rebellem,  
 Ismaël exheres patrijs proscribitur aruis.,  
 Patrem destituens Isaâc offert Abrahamus  
 In cruce paschalis patri fit victima JESVS.  
 Satisfieri Eliezer sortitus dona canalis  
 Jura subit sponsæ per dulcia verba Rebecca  
 Multum dissimiles geminos pariente Rebecca  
 Posterior plantam fertur tenuisse prioris.  
 Esuriens Esau primatum vendit ob escam  
 Jejunos Christus scitur superasse Satanam.  
 In sijlvis Esau capreas venante fugaces :  
 Mandat uterque parens Jacob accedere Medos  
 Qui somnum capiens scalam usque ad sidèra cernit  
 Et formosæ Jacob dans oscula casta Racheli :  
 Et qui sit referens lacrijmas effundit obortas.

In somnis patriam Jacob repedare iubetur,  
 Ægijpto Mariam Christumque educit Joseph.  
 Angelus atque Jacob constanter nocte duellant,  
 Israëlem Esauque unit concordia fratres.  
 Fratribus et Patrij sua somnia narrat Joseph  
 Qui fratrum invidia cisternæ immittitur altæ,  
 Livor edax fratres instigat vendere fratrem.  
 Judas pro nummis triginta vendit JESVM  
 Sanguinolenta patri monstratur vestis Joseph  
 Clamonti heri dulcem gnatum fera cruda voravit.  
 Dormi mecum hera ait, stuprumque recusat Joseph,  
 Quem malesanus herus condemnat carcere castum  
 Viltam uni atque uni mortem prædicat Joseph.  
 Patro dexter habet vitam mortemque sinister.  
 Somnia spicarum atque bonum declarat Joseph  
Felix qui meruit superum reperire favorem  
 Durius alloquitur fratres frumenta petentes  
 Atque fidem illorum erga uterimum explorat Joseph.  
 Fratribus et veniam dat et oscula pacis Joseph  
 Discipulis pacem dat mortis victor JESVS.  
 Niliacas Jacob cum stirpe sua intrat in oras  
 De mundoque suo sobolem benedixit iturus  
 Prohibus orbatus, pueris et rebus abactis.  
 Pronus Job nomen Domini benedixit adorans  
 Vulnera multa Sathan insonti infligit Jobi  
 Pertulit innocuus crudelia verbera Christus  
 Plus extrema Deus quam prima beavit Jobis,  
 Nam gnatos et opes, et multos contulitamos.  
 Non peragunt obstetrices mandata tjranni  
 Hinc et adoptatur Moijses de flumine sumptus  
 Flamma rubi in medio non urens visio Moijsi est  
 Innocuus Mariæ in utero Deus, ignis homoque est.  
 Vertitur in colubrum (visu mirabile) virga :  
 De virgis etiamquen magi fecere dracones.  
 Cesa fit unda cruor Nili Pharaone vidente :  
 Nonne magi hoc etiam fecerunt arte maligna ?  
 Terra scatetranis, cijniphes miratur Jamnes :  
 Ecce Dei digitus qui mutum dæmona pellit  
 Innumeræ infestant muscæ te Barbare Memphis :  
 Et tua peste gravi pecora sternuntur in agris  
 Sparguntur cineres, vesicæ atque ulcera fervent.

Fulmina, grando, tonus terræ nascentia vastant ;  
 Quas movet huc ventus movet hinc ventusque locustas.  
 Salvo homine implentur porci legione satanum  
 Ægijptus præmitur tenebris incredula densis :  
 Ac primogenitum postremo occiditur omne.  
 Paschalem comediunt Hæbrei comiter agnum  
 Aureaque et vestes et vasa argentea poscunt.  
 Moijses cum populo rubrum mare transit Hebreo :  
 In Jordane rigat Christum Baptista Joannes  
 Misso in aquas ligno properè dulcantur amaræ  
 Et populus sitiens, simul et jumenta biberunt  
 Manna pluit referens similem cum melle saporem ;  
 Atque coturnices conpescunt murmura vulgi.  
 Percutitur virgâ rupes et fluctus inundat.  
 Sacramenta fluunt septem de pectore Christi  
 Invocat extensis manibus pia munina Moijses  
 Dum Josue bellans Amalech enervat iniquum.  
 Ut vitulum atque choros Moijses conspexit etaram  
 Confregit tabulas legis de monte regressus,  
 Ora micant Moijsi tabulas de monte ferentis :  
 In Thabor esse Deum docuit lux aurea Christum  
 Bezelees atque Ooliab fabricantur et arcam  
 Thuribula et specula et vestes et cætera multa.  
 Panis, onesque Deo et arieses vitulusque feruntur,  
 Atque Sacerdotes Aaron, gnatique sacrantur  
 Perduntur Nadab atque Abiu super igne profano  
 Mors ob avaritiam, Saphiram premit atque Ananiam  
 Ritè tabernaculum dein cætera et arca locantur  
 Atque deo plebes veteri immolant orgia ritu  
 Unum hircum sijlvis : alium sors destinataris  
 Nil patitur deitas Christi, at teritur caro morte.  
 Spargebat digito lex terque quaterque cruorem :  
 Ter quaterque tuum fudisti ô Christe cruorem ;  
 Purgativus erat vitulæ cinis additus undæ :  
 De Christi latere unda fluit cum sanguine nobis  
 Concrepitantque tubis : gestant arcamque Levitæ  
 Bissex plaustra vehunt utensilia, armaque templi  
 Sexaginta decemque viros dein spiritus imples  
 Spiritus alme reptes Mariam et quos Christus amavit  
 Ecce coturnices comeduntur murmure partæ  
Sævit et ira Dei culpa gliscente popelli.  
 Exploratores botrum de vite ferentes  
 Ubera testantur malis et ficubus arva.  
 Sabbathatha non servans et ligna legens lapidatur  
 Sabbathatha sanctificans paralysini curat JESVS  
 Stant Moijses Aaronque Deo monstrante celebres

Terraque sorbet hians orco Dathan et Abiron.  
 Ore Deum Moijses Aaron thijmiamate placat  
 Dum petit iratus sceleratam perdere plebem,  
 Florida Virga notat sacro cæromate dignum  
 Virga parit florem, Mariam Judea propagat.  
 Petro dedit nilidam virga persussa bis undam :  
 Sævaque commoti cessarunt murmura vulgi.  
 Vestit Eleazarum Moijses Aaronis amictu  
 Et moritur pater et succedit filius illi.  
 Æneus aspicitur serpens : lætisque saluti est  
 In cruce adoratur Christus spes certa salutis  
 Gentis Amorreæ regnum regemque Scheon.  
 Og regemque Basan populus debellat Hebræus  
 In culpam illicetur Balaam merceduis amore,  
 Atque redarguitur sermone loquentis asellæ.  
 Sacra Balach septem vitulos totidemque dataras  
 Tres Marias parit Anna Deo septemque nepotes  
 Se inquinat Israel venerans idola Priapi.  
 Sede Phinces plagam cæsis peccantibus aufert.  
 Declarat populo Moijses promissa benigni.  
 Et benefacta dei et legis mandata receptæ.  
 Moijse rogante deum Josue virtute repletur :  
 Doctorum in medio patuit sapientia Christi.  
 Promissa ostendente deo Moijses videt arva,  
 Dein moriens à divis est in valle sepultus.  
 Jordanem Josue populum trudit et arcam,  
 In signum lapides bis sex ponuntur ibidem.  
 Petrinis Josue cultris præputia cædit.  
 Christus habere suæ voluitque insignia gentis.  
 Arca Dei ô Jerico sibi circumlata minæ est  
 Tum Rachab et pauci tantum meruere salutem.  
 Exarat in saxis Josue mandata tonantis :  
 Disserit et populo legis monumenta secundæ  
 Pax Galaonitis per juramenta ligatur.  
 Quod malè dejurat Herodes : pejus adimplet  
 Grando necat multos : nec sol nec luna moventur  
 Et multi ense eadunt : penduntur quinque tjranni,  
 Truncus Adonibesech manibus pedibusque rotatur :

Ultio cen regum decies septem æqua poposcit  
 Armipotens Aroth regem percussit Eglona  
 Isaiam legit, et populum docet acer JESVS  
 Castra Sabin, Sijsaramque Barach et Debora vincunt  
 Atque Jahet clavo Sijsaræ sua tempora frangit.  
 Sacrificat Gedeon : flammisque holocausta vorantur  
 Atque idolorum lucos evellit et aras.  
 Exprimit in concham Gedeon de vellere rorem,  
 Fundit aquam in pelvim, lavat et vestigia Christus  
 Trecentos homines fugiunt, Ggedeonis et arma  
 Turbati Madianitæ et se mutuo cædunt  
 Triginta et quadraginta hominum fratrumque suorum est  
 Impius Abimelech cæsor : Joathane relicto  
 In monte hæc Joathan : Regem sibi ligna petebant.  
 Antichristus erit perversæ satrapa genti  
 Devictis Sichimis Thebes turrim igne cremare  
 Nitens Abimelech, collisus fragmine saxi est  
 Uxori Manue prænuntiat angelus ortum  
 Samsonis validi : hinc Manue fert sacra tonanti  
 Ut Samson potuit sævum lacerare leonem,  
 Sic pius honisonum Christus contrivit anernum  
 Inquirit mulier problema, ac deinde revelat  
 Terque decem exuviæ cæsorum præmia dantur  
 Samson mille hominum maxillâ sternitonagri  
 Dein sitiens vehementer, aquas è dente libebat.  
 Nocte abiens Sampson, secum tulit ostia Gazæ  
 Et Deus inferno effracto super astra meavit  
 Dalila Sampsonem tentans ter vincit alacrem  
 Fortia ter rumpit quasi stuppea vincula Sampson  
 Quarto tentatus Samson superatur : et ejus  
 Tundetur caput, et captus duo lumina perdit :  
 Ut necat Allophijlos secum ad tria millia Samson  
 Sic fiunt humiles Christo moriente superbi  
 Produci hospitio petitur noctuque levites  
 Mortua dividitarque in bis sex femina partes.  
 Messores adeunte Booz, Ruth cogit Aristas  
Atque bonis jungi quam non sit inutile cerno  
 Nocte Boos dormit qui Ruth dedit hordea mane  
 Impetrat à Christo gnatæ Chananæa salutem.  
 Urbis ad introitum testes bis quinque vocantur  
 Calceus exuitur et Ruth bona ducitur uxor  
 Helcana et Anna ferunt Phenennaque dona tonanti  
 Orgia grata Deo sunt, mitia tutaque corda  
 In templum Samuel vitulus vinumque feruntur.

Sciscitur et dominus Christus cum laude piorum  
 Dormit Heli in templo, Samuel dominumque ter audit  
 Sermo dei pascit non lac non ubera amantes.  
 In bello arca dei capitur : ruit ergo sacerdos  
Nostra capi vano non corda favore sinamus.  
 Juxta te posita arca Dagon, sibi causa ruinae est  
 Ægijptum Mariâ ingrediente idola ruerunt,  
 Urgitur ab Samuele asimis Saul ante repertis  
Exaltat humiles deus, evertique superbos  
 Stant utrimque acies ad tristia bella paratæ  
Spiritus atque caro penitus contraria gliscunt,  
 Præ Jonatha armigerique ejus cecidere Philistim  
 Capturi dominum stermuntur voce loquentis.  
 Nel gustat Jonathas, et sortes cum patre mittit,  
 Consulitur dominus : Jonathas servatur honestus  
 Cæditur ense Amalech, super est rex prædaque multa  
Auscultare deo præstat quam sacrificare.  
 Sacra deo fiunt, reprehensio scissio vestis  
 Christus stat vinctus, Caijphas sua pallia scindit  
 Rex Saul et Samuel dominum reverenter adorant  
Spiritus est deus et sincera mente colendus  
 A divo perpinguis Agaç Samuele necatur  
 In medio fratrum David rex unctus olivo est  
Exteriora videt homo, sed deus intima cernit  
 Ante saul cijthara David psallebat et ore  
 Dæmonium verbo clemens eiccit JESVS.  
 David oves tutans ursum necatatque leonem,  
Evenit interdum quod se quis land et honeste  
 Diffugiunt acies David super ante Goliam.  
Bella ineunt multi, pauci bene vincere possunt  
 Carmina victori David cecinere puellæ  
 Urbem asino vectus cum laudibus intrat JESVS.  
 Se Jonathas spoliat, quo David fulget amictu,  
Non sua dulcis amor quærit, dat propria gratis  
 Pro Michol enumerat David præputra regi.  
 Psallentem fidibus Davida Saul petit hasta  
Magna est improbitas operi mala reddere pulchro  
 Ad mortem David quæsitus nocte recessit,  
 Hostes et vigiles lusisti Christe resurgens  
 Veste Saul posita cum vatibus ipse prophetat  
Multa Deus reprobis Largitur munera gralis  
 Vult Saul iratus Jonathan invadere pilo  
Ira modum nescit : furor est in viscera grassans  
 Cum Jonatha in campo peregrè flet David iturus.

David ab Abimelech donatur pane sacro  
 Discipulos Christi videas hic vellere spicas.  
 Se lingu queritur Saul idque æstante corona,  
 Atque doeck narrat quæ vidit in æde sacrata.  
 Morte sacerdotes (Saul ut jubet) afficiuntur  
O quam grande malum parit assentatio regnis.  
 David Achis Vegi Geth præsentatur ut amens  
 Ductus ad Herodem Christus sidetur ut excors  
 Tutatur Ceilam David, prædâque positur  
Ingenua est virtus justes defendere pressos  
 Parte sagi ostensa compescitur ira Saulis  
Perdere quem potuit, vir justus parcit et hosti  
 Pauca Nabat negitat Davidi fercla petenti  
 Divitis arte fores mendicat Lazarus æger  
 Abigail senem Davidem munere placat  
Muta bona efficiunt probitas et sermo suavis  
 Nocte Saul dormit, scijphus illi ac tollitur hasta  
In medio fratrum princeps habeatur honori.  
 Flamma vorat Sicelech David comprehendit edentes  
 Prædaque dividitur : neque fit fraus impia lafsis  
 Arte citat Samuelem Phijtonissa Sauli  
 Ense suo occumbit Saul, atque suo armiger ejus  
 Justa Saul, gnatisque ejus celebrantur honestè  
 Depositus cruce, cum reliquis sepelitur JESVS  
 Interijsse Saul Davidi nuncius inquit,  
 Et moritur, licet attulerit Diadema Saulis.  
 Sola tribus Juda regem sibi David inungit  
 Dicitur et vulgo : summus fit nemo repentè.  
 Abner avente, Joab pueros fert cernere ferro  
 Discipuli et Petrus Caijpham reliquosque refutant  
 Abnerem livore Joab transfigit adactus  
Grande malum patrat, qui regis provocat iram  
 Isboseth in lecto duo percussere latrones  
 Quæ gladio impietas secteris punitur acerbi.  
 Totus Israel David rex tractat habenas  
 Indice discipulos vocat ad mare Christus et ore  
 Allophijlo domino consulto David inandit,  
Auxiliante deo, justis victoria præsto est  
 Infertur domui David cum laudibus arca  
 Organa rex pulsat tota ui saltat et ipse  
 Gratia Mischiboseth clando fit magna vocato  
 Ad Domini cænam clandi cæcique vocantur

Dimidium barbæ et tunicas natium tenuis Anon  
 Rex missis à Davide oratoribus aufert,  
 Betsabee ad David regem formosa vocatur  
Mollia nequitias docuerunt otia multas - Eccles. 33  
 Davidis peccata Nathan reprehendit apertè.  
 Carpit adulterium Herodis Baptista Joannes  
 Pro puero dominum David moriente precatur  
 Verbaque post tuctum consolatoria promit  
 Sorbilibus coctis Thamarem ui comprinit Amnon.  
Impia sæpe recent soboli peccata parentum  
 Absalon imunitur patrique reconciliatur  
 Et peccatori Christum Maria ubere placat  
 Absalon adductus pervenit ad oscula patris  
In sobolem prona est semper natura parentum  
 Inter sacra in Hebron canitur : Rex Absalon esto  
Sæpiculè ambitio virtutis præmia mors est.  
 David rex urbem flers egreditur pede undo  
 Hierusalem egreditur plorans cruce pressus JESVS  
 Consilium Chusi non Architophelis amatur  
Insidijs proprijs fermè capiuntur iniqui  
 Absalon ad quercum nulo fugrente pependit`  
Quod timet imprimis homo, reprobis evenit illi  
 David rex genitum repetito nomine plorat  
 Cæsa fovens gremio mater sua pignora plangit  
 Oppugnans Abalam Joab à muliere recepit  
 Per murum Sebæ caput, et placatus abivit  
 Causa famis domino consulto apentur et ergò  
 Mox de stirpe Saul suspenduntur cruce septem.  
 David aquam nitidam Betlehem de fonte petivit  
 Christus aquam Samaritana ab muliere proposcit  
 Regem Gad vates populum numerasse reprehendit  
 Parce gregi domine, inquit rex, et me pete sontem  
 Sadoch atque Nathan unguent regem Salomonem  
 Qui mulâ vehitur redimitus fronte coronâ  
 Betsabeen magno Salomon dignatur honore  
 Æternos Mariæ Christus largitur honores  
 Puniri Joab atque Adonias morte jubentur.  
Semper facta mala ad finem voluuntur amarum



Mille boves offert Salomon holocausta tonanti  
 Quisque Deo vitulos labiorum offerre jubetur  
 Cernitur ab Salomon mulierum causa duarum  
Judicat inter oves pastor bonus inter et hædos  
 Constructur magni templum Salomonis in alto  
 Psalmographus sanctum canit et mirabile templum  
 Fulgida condurtur Salômon tecta potenti  
 Quid magis exornat quam magnificentia regem.  
 In templum domini defertur fæderis arca  
 Anna et Joachim lehoiatrim(?) Mariam induxere sacello  
 In somnis iterum deus apparet Salomoni  
 Sepe deus tacitè sese manifestat amanti  
 Oppida viginti Tjirio Salomon dedit Hiram  
 Aurum, thus, argentum de Tharsis classe feruntur  
 Scripta poetarum sapiens probat atque sophorum  
 Fert regina Saba Salomoni munera multa  
 Aurum, thus, mijrramque magi Christo tribuere  
 Tempa deis fiunt atque ab Salomone coluntur.  
Qui stat in interitum videat ne corruat imum  
 Hieroboam, Razon, Adab hostes fiunt Salomoni  
Tres inimici agitant hominem, mundus, caro, dæmon.  
 Hieroboæ bisquinque sacer partes dat Athias  
 Quatuor in partes resecatur vestis JESV,  
 Verba senum spreuit Roboam, juvenumque probavit  
 Aurea justorum dos est, clementia regum  
 Hieroboam ponit vitulos à plebe colendos  
 At deus est unus super omnia solus amandus.  
 Dexterâ Hieroboæ in templo sanatur inarens  
 Sabbathâ sunt, dextramque arentem sanat JESVS  
 Hieroboæ puerum moriturum dicit Ahias  
 Nec cæcum vatem simulatrix fæmina fallit.  
 Heliam vasta corui pascunt in eremo.  
 Me regit omnipotens, et ad ubera pascua duxit  
 Suscitât Elias vidua rogitante puellum  
 Suscitât et Christus viduæ sua pignora flenti  
 Sacrificis frustra Baal, alta voce vocatur  
 Helix precibus cælo dimittitur ignis  
 Angelus Heliam excitat et panendat aquamque

Heliam Dominus tristem solatur amicè  
 Gaudet ab Helio vates Helizens inunctus  
 Mattheum dominus vocat et susceptus ab illo est  
 Samariam cingens Benedab semulentus in Umbra  
 Potitat atque ejus fugientia castra teruntur.  
 Dive Naboth lapidaris, Achab tua vinea cædit  
 Regem Achab Elias ad vites carpit euntem  
 Ante Achab et Josaphat loqueris percusse Michæa  
 Præsule coram Anna pius expalmatur JESVS  
 Bella gerunt reges, sed Achab ferit una sagitta  
 Fit nihil absque Deo qui temperat omnia nutu.  
 Ad regem Helias de monte venire jubetur  
Supplicibus parcit Deus, exuritque superbos,  
 Igneus Heliam transvexit in æthera currus,  
 In cælum propria virtute ascendit JESVS,  
~~Bella gerunt reges, sed Achab ferit una sagitta~~  
~~Fit nihil absque Deo qui temperat omnia nutu.~~  
~~Ad regem Helias de monte venire jubetur~~  
~~Supplicibus parcit Deus~~  
 Per Jordanem Heliseus it, occurruntque prophetæ,  
 Sal purum liquidas Heliseus mittit in undas`  
 Illusere tibi clemens Helisee puelli  
 Quos maledixisti et quos discerpere duo ursi  
Clarus honor senibus semper debetur honestis  
 Pane pius modico vates scit pascere multos  
 Millia quinque hominum, saturant panes duo tresque  
 Vates inquit aqua, et dabitur victoria vobis  
 Ventis atque mari Deus imperat atque silescent.  
 Vasa ferunt geniti, genetrix infundit olivum  
 Debita soluuntur, vitæque alimenta supersunt.  
 Vate super puerum puer incumbente revivit  
 Excitus ore Dei monumento Lazarus exit  
 Pulmentum coquitur : sed mors clamatur in olla  
Quis demens comedat quod mortem præstat edenti ? Job.  
 Cædunt materiam et ferrum unius incidit undis  
 Misit eo lignum vates, ferrumque natavit.  
 In Jordane lavat Naaman se, sanus et exit  
 Languidus à Christo pecudum sanatur ad undam

Coram rege agitant matres de prole comesta  
 Bis duo leprosi Sijros fugisse resciscunt  
 Cæsus Ochozias perit et transfixus Joram  
 Despereunt regante Jehu mala semina reges  
 Quem zelus domini comedit, mala vestit et aufert  
 Jezabel ex alto detrudi compta jubetur.  
 Magdala strata pedes Christi rigat, osculat, ungit  
 Ponuntur capita in tumulos abscissa malorum  
 Sacrifici in templo Baal inerimuntur ad unum  
 Soli debetur pietas Caqtria tonanti.  
 Regalem peremi mala mandat Athalia stirpem  
 Herodes pueros miseranda cæde trucidat  
 Regia sceptrâ Joas recipit septennis et extra  
 Septa, domus domini punitur Athalia morte  
 Mortuus ut tetigit Helisci busta revixit  
 Mortue si audieris Christi pia verba revives  
 Mittuntur sortes : Jonas jactatur in undas  
 Visceribus terræ mandatur Christus JESVS.  
 Samariam rex Salmanasar sibi subjugat armis  
 Totus in Assijrios Israel ducitur hostes  
 Ezechias schedulam blasphemi expandit ad aras  
 Castraque Sennacherib dedit Angelus omnia morti  
 Morbus ab Ezechia fugit, et retrograditur sol  
 Alligat in stabulo Samarites vulnera læsi  
 Rex Babilonis ad Ezechiam donaria, libros  
 Atque oratores misit queis cuncta patescunt  
 Astra coli mandat, idolaque varia Manasses  
 Et sua per tremulas traduxit pignora flammæ  
 Angelus Esaïæ dat aquam et Siloe fit ibidem  
 Sub mortem Christus potatur felle et aceto  
 Hierusalem capitur simul et Rex atque ministri  
 Tot mala, tot cædes populi peccata merentur.  
 Hieremiam lapidant Judæi idola colentes  
 Plurima quem facient Pharijs miracula clarum  
 Fertur ad Ezechiel liber intus scripus et extra  
 In panis fractu Christus clarescit in Emaus  
 Ezechiel trahitur plateas vicosque per urbis  
 Tormentis agitur corpus, fruiturque deo mens  
 Defunctos sepelit Tobias, stercore cæcus  
 Hinc fit himudineo, Raphael comes est juvenique  
 Tobiam octavum sortitur Sara maritum  
 Cum Maria celebrat sponsalia divus Joseph

Asmodeum Raphael ligat, et nupsti dominum orant  
 Regressusque patri sua lumina filius ungit.  
 Pulchra Susanna lavat se intra pomaria fonte  
 Quam duo presbijteri gliscunt stuprare nefandi  
 Falso à presbijteris gemit accusata Susanna  
 Feminam adulterio deprehensam absoluit JESVS  
 Judicium renovat Daniel, gradiente Susanna  
 Ad mortem atque senes proprio de crimine vincit.  
 Confringi lapide in somnis simulatur imago  
 Et regi est Daniel interpret ad omnia fidus.  
 Et colitur statua, et pueri mittuntur in ignem  
 Discipuli mærent et patrem Christus adorat.  
 Cernitur in somnis arbor pulcheruma regi  
 Bestiaque in sijlvis fit Nabuchodonosor errans.  
 Quatuor in somnis Daniel animalia cernit  
 Perque fidem superant justis genus omne ferarum  
 Balthazar indulgens epulit et nocte necatur  
 Terrenis opibus homo delectatur inanis  
 Mentis ac excessu Daniel revocatur et audit  
 Quæ pius in somno vidit Gabriele loquente  
 Quod Bel non comedat Daniel Regi manifestat  
 Ab Daniele necat confectio facta draconum,  
 Rex est compulsus Daniele tradere iniquis  
 Cogitur et Christum Pilatus tradere morti  
 Mitteris in caveam daniel facunde leonum  
 Teque cibant vates Abacuc portatus ab alto  
 Ductus in urbem Achior, dimissaque Judith ab urbe est  
 Castra fide enertunt domino qui fidere norunt  
 Obstruncat ducis Assijrij caput inclijsa Judith  
 Et caput antiqui Maria pede conterit hostis  
 Ad muros caput ablatum suspenditur urbis  
 Lætaque felici parta est victoria Marte  
 Ester ad Assuerum deducta, dat oscula sceptro  
 Atque suam afflictis animam pro fratribus offert  
 Mardocheus colitur et Aman clamante per urbem  
 Conversus Paulus Christi fit prece fidelis  
 Invidiosus Aman ligno suspenditur alto  
 Et cadit in foveam, justo quam fecit iniquus  
 Intrat Alexander Solijmas, ac pronus adorat  
 Divinum nomen quod tetragrammata signant  
 Millia multa hominum clandestine montibus altis  
 Leprosos viros bis quaque fugit grates agit unus  
 Hebrei Phario dant sacra volumina regi

Et doctum decet esse regem, doctosque fovere  
 Templâ strui Cijrus jubet ausea vasaque profert.  
 Mitibus omnipotens pietatis viscera pandit  
 Crassula quod rigat unda sacrum voratignis Olijmpi.  
 Mutat aquas Christus liquidas in vina falerna  
 Esdræ Pontifici legis præcepta legenti  
 Plebs dat flens operam, memor et pia verba reponit  
 Heliodore volens templum spoliare, flagellis  
 Cæderis et mortem vix tandem evadit amaram.  
 Oniam jugulat per frandem Andronicus  
 Oscula dat Christo Judas, et tradit eundem  
 Cæduntur cum Lijsimacho ter mille virorum  
 Sacrilegos dure punit divina potestas  
 Aëra percurrunt equites et bella geruntur  
 Insolita hæc monstra ac portenta : utinam bene vertat  
 Antiochus templum violat hominesque trucidat  
 Christigenas necat Antichristus templaque vastat  
 Eleazar multique alij pro lege necantur  
 Vivere qui cupiunt Christo tolerant mala multa  
 Cum septem gnatis occiditur inclijta mater,  
 Justis martijrij pariunt tormenta coronam  
 Judæi expurgant victo Nichanore templum  
 Eijcis è templo vendentes Christe et ementes  
 Timotheo certat Judas, cui cælitus adsunt  
 Quinque curati equites, qui et in hostes fulmina jactant  
 Dux auratus eques de cælo est missus Hebreis  
 Lijsiamque ferum Judas fugitare coegit  
 Mersores fratrum Machabæus punit Joppe  
 Jonigenam Petrum Christus maris eripit undis  
 Oppugnant Judam Lijsias Antiochusque  
 Mortem elephantus et Eleazar parit alteri uterque  
 Razias cupiens defungi morte decora,  
 Se gladio petijt nolens parerere scelestis  
 Hieremias gladium Judæ dat et orat Onias  
 Petro dat claves regni cælestis JESVS  
 Nichanor ruit ad templum penditur ejus  
 Dexterâ, et in arce caput, avibus datur impia lingua  
 Post sed amicitiam Romani ineunt et Hebræi  
 Propterea in bello Judas multique ruerunt  
 Morte necat Jambres Jonathas pro morte Joannis  
 Eijcitur qui veste caret sponsalibus apta

Plurima Demetrii Jonathas donaria spernens  
 Regis Alexandri placido concedit amori  
 Pro capto Jonatha quatos aurumque poposcit  
 Fædifragus Triphon, quos morte affecit iniquâ  
 Pijramides statuit Simon monumenta suorum  
 Christigenæ magnos Mariæ memorate dolores  
 Simon uti scutum Romanis missitaurcum  
 Sic tabulas recipit multorum et munera regum  
 Et pacem simulat mortem Prolomeus et infert  
 Decipit ore suum ficto simulator amicum  
 Victus Joannes pietate recessit ab armis  
 Ecce homo te moveat tantæ pietatis imago  
 Carcere Aristobulus matrem fratresque lignavit  
 Atque instaurato regno diadema gerebat  
 Arte mala Antigono mulier stravit impia mortem  
 Atque divum fratrum sanguis miscetur ibidem,  
 Sanguis Aristobuli exputus jactatur et illic  
 Gratorum statuit vitam Regina duorum  
 Gratos regnanti vult mater utrimque sedere  
 Insula Pontificis petitur non munere parvo  
 Non simoniaco debet quis præsul inungi  
 Tollitur ab Juda sceptrum namque interit hæres  
 Suscipit Augustus Christum monstrante Sijbilla  
 Ingreditur Bethleem Maria exhibitara tributum  
 Ante Deum vacui non apparere velimus

Veritas hujus spec-  
 taenti astruitur mul-  
 tis argumentis  
 Vide ?? Cap. 2. Lib.  
 2

Vita Sancti Brunonis et aliorum quorundam depicta erat in superiori parte fenestranum cum sis versilus

Damnosa ex loculis lamentans funera doctor  
 Juste accusatum se planxit coce resumpta.  
 Horrida portento renovans lamenta secundo  
 Indicij instum tonuit se audisse palatum  
 Ejulat seu misero stridens vox tertia dicto  
 Insti judicio sum condemnatus averno  
 Septem astra admirans præsul Gratianopolitanus  
 Instituit patres septeno munine septem  
 Previnatis auxilio læti et fauthore chorago  
 Ædificat claustrum fratres habitacula sancti

Regimensis cathedræ formineans Bruno thiam  
 Fugit apostolici simplex munimina doni  
 Inter venandum Calaber comes invenit antra  
 Atque domos Patrum, quos multo dignat honore.  
 Cingenti Capuam comiti et sommum capienti :  
 Fraudem hominum atque ulos per visum Bruno revelat.  
 Bruno vetat comiti captos occidere : dicens  
 Parce ideò quod ui propria non cæperis illos,  
 Hugo sacer Carthusieco vestitur amictu  
 Limpidus è terra, quo fons orante scaturit  
 Instabiles solid ad fratres hectamine Petrus  
 Patronamque legant Mariam erebrique salutant  
 Fons scateatè terra divo Brunone sepulto  
 Ægri quo poti est claudi cæcique juvantur.  
 Dæmonis horrendi diu stratagemata passum  
 Virgo dei getetria solatur voce benigna.  
 Insolitum cantant Hermano obeunte volneres  
 Redditur et sanis, precibus vox dempta canendi  
 Discipulum magno videt in splendore magister  
 De cælo emissum : et sibi dulcia verba loquentem  
 Vult Carthusiacos Bernardus visere fratres  
 Sed tamen in phaleris nimis accuratus habetur

Sub ManV aleXanDri papæ CarthVsIa regnat  
 Cardineo assentu retinens firmata vigores  
 De Sancto Anthelmo sue Anthelmo Epsicopo  
 Antelinus fuit erga inopis pius atque benignus  
 Sæpi quibus trbuit donaria multa libenter  
 Largiter Antelinus frumenta impertit egenis  
 Et tamen offendit semper granaria plena  
 Percussum à serpente hominem tuamidumque veneno  
 Antelinus signo crucis explicito reparavit  
 Antelimum supplex veniam comes orat Hubertus  
 Et tibi (præsul ait) spondet oracula gratum  
 Lampados accendunt divi, dum justa seruntur  
 Anthelmos et multi infirmi sanantur ibidem

Vita S. Stephani Epi. diœcensis

Lacte die Veneris etc. # vide pag. 177

Hic Sequens carmen adjunctum erat superioribus, ab interitu vindicatum et restitutum hic apponam.

Parenesis nomine defunctorum  
Vos ò Christigenæ quorum jam robur in annis  
    Qui nunc obteritis nostra sepulchra pede  
Immemores nostri nolite hac ire, fit entes  
    Sed requiem functis poscite opemque pijs  
Nam sibi quisque potest merita accumulare superstes  
    Nos autem emeritos tristia fata premunt  
Subsidiumque proin devota oratio præstet  
    Ut pateat vobis aurea porta poli  
Nos fuimus vobis similes in corpore quondam  
    Et similes nostri, vos semel esse manet  
Circumspectè igitur præsentem depite vitam  
    Ut denum excipiat vos domus ampla dei

Conclusio etc. – vide pag. 177



## Conclusio totius poëmatis

Visio nulla datur : solemnitas et unctio cessat  
 Ordo sacerdotum perijt : Regumque propago  
 Atque silent vates, et sunt deinde omnia clausa  
 Christus adesto igitur tandem expectatio nostra

## Alia

Quando tacent vates quando Rex atque Sacerdos  
 Deficiunt : quando visio nulla datur,  
 Restat ut ætherci veniat promissio patris  
 Christus ; et ad plenum pandat amoris opus

## Vita S. Stephani Episcopo Diensis

#

Lacte die Veneris Stephanus tener abstinet infans  
 Multaque pauperibus tribuit quoque dona puellus  
 Pulcher adolescens Stephanus jejunit et orat  
 Datque operam studijs, et vesci carne recusat  
 Ut Carthusiaco Stephanus vestitus amictu est  
 Angelus est visus superos adstare calenti  
 Aptus ut et dignus divum inspiramisse præsul  
 Deligitur Stephanus populum moderare Diensem  
 Cuique suus dæmon peccanti apparet : at absque  
 Læsura Stephano ob plebis peccata iubente  
 Eijcitur valida Stephani prece dæmon et æger  
 Spreta prius Christi pia sacramenta recepta  
 Cæli intemperiem Stephano signo crucis arcet  
 Sic sic dæmonibus sapiens dominatur et auræ  
 Extinctæ à larvis mulieri intentius orans  
 Impetrat à Superis Stephanus vitam atque salutem  
 A medicis mulier cum deplorata fuisset  
 A Stephano tandem benedicta et sana recessit,  
 Quatuor ægroti, claudi octo, mortuus unus  
 Ad bustum Stephani tætam invenere salutem  
 Captus abijt Stephani meritis è carcere liber  
 Quem non ire foras tria ferrea claustra vetabant  
 Præclaris Stephani meritis à mortis hiatu  
 Tempore non uno ad vitam sunt quinque reducti

~~Aliarum historiarum in vitris depictarum versus non extant : præter  
 fragmentum unum cap. 6. allegatum et alterum quod infra suo loco  
 producetur.~~

Ex ambitu ad cellas nos conferamus, et quibus initiatoribus à fundamentis emergerint, edocebo ~~pandere incipiam~~. Erant in universum viginti : in plurimus perpetui fontes saliebant. Quinque primæ extractæ fuerunt ag Isabella Lusitanica et ejus filio Caroli Audace. Duæ à Margareta sorore regis Angliæ uxore Caroli, ac utriusque primarium lapidem posuit. Dominus Joannes Otthonis Præpositus Nivellensis testamento pecuniam uni extruendæ legavit. Margareta Uijttenberghe uxor Wilhelmi de Mesmakere præter innumera beneficia huic domui facta unam extruxit. Reliquas fecerunt vel dotarunt sequentes ; Prior Carthusiæ Antverpiensis, Henricus à Bergis Episcopus Cameracensis. Ægidius Davelois Æconomus Imperatoris. Henricus Wauters ~~Scholaster~~ Scholasticus divæ Gudulæ, postmodum Præpositus Malbodiensis : Andreas Goswini Parochus Vianensis, Jacobus Masteijn, Carolus de Groote Brabantia Cancellarius, ~~qui ante cellam à se constructam inhumatus fuit~~. Jacobus de Croij Episcopus et primus Dux Cameracensis contulit nongentos quadraginta florens partim perijstilio, partim cellæ impensos. Franciscus Buslijdius Archiepiscopus Bisuntinus unam ædificavit ac dotem adjunxit Horum munificentijs ac Mercurini de Gattinara (cujus liberalitate pars magna ambitus fuit ædificata) propagatum opus anno 1515. completum est : adeò magnificum ut nulli totius Provinciae cedere debuerit. Perijstilio contiguæ erant ædes, quas Henricus à Bergis Cameracensis antistes jusserat ære suo ædificari in angulo ad occidentem quæ fulmine tactæ conflagrarunt anno 1599. in profesto Beatæ Mariæ Magdalenæ. Templum Religiosorum inchoatum est anno 1469 mense aprili, cujus fundamentalis lapis positus fuit ab Adolpho ~~?????~~ Cliniensi vices Caroli audaris supplente ; Mansit imperfectum usque ad annum 1531. opere et religione fuit ~~erat~~ spectandum, adeò ut urbs ipsa illud mirari et suspicere potuerit. Hinc atque hinc in columnis parvi erant Atlantes, qui veluti oneri suppositi ludere videbantur. Varia quoque celatura operis, sed præcipue in choro relucebat nescio quid rarum et magis elaboratum. Fuit is cum templo consecratus ab Adriano Episcopo Rossensis Carmelita suffragando Cameracensi 18 · Julij et una ipsum summum altare ~~in honorem Sanctissimæ Trinitatis~~ et duo alia lateralia sub odeo, cujus rei extant litteræ testimoniales Ordinarij, eos audiamus.

Robertus de Croij Dei et Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus et Dux Cameracensis Princeps Sacri Imperij, Comes Cameracesij etc. Universis et singulis Christi fidelibus præsentibus et futuris præsentibus nostras

Anno 1531.

Litteras inspecturis et lecturis, seu legi audituris, salutem in domino sempiternam. Notum facimus quod R. in Christo pater Dominus Adrianus eadem gratia Episcopus Rossensis noster in Pontificalibus Vicarius de nostris Licentia et permissu ad devotam supplicationem venerabilium et religiosorum nobis in Christo dilectorum Prioris et Conventus Carthusiensis Monasterij de Scheut siti propè et extra muros oppidi Bruxellensis Nostræ diocesis Ecclesiam sive Sacellum dicti Monasterij una cum certo altari in summo choro et duobus alijs ante summum chorum sub doxali ibi noviter constructis et erectis ac certa parte atrij sive petraë dicto choro sive sacello contigua versus Septemtrionem ad laudem et gloriam et honorem Dei omnipotentis et Gloriosissimæ matris ejus Virginis Mariæ omniumque civium supercælestium cum orationibus, litanijis, incensationibus, unctionibus et benedictionibus, alijsque cæremonijs et solemnitatibus in talibus respective fieri et ad hiberi solitis et consuetis ritè benedixit, dedicavit et consecravit. Videlicet Ecclesiam ipsam sive Sacellum una cum altari in summo choro constructo specialiter in honorem et sub titulis Divæ Virginis et matris Mariæ prælibatæ et Sanctorum Joannis Baptistæ et Brunonis. Altare vero situm sub doxali extra summum chorum versus Septemtrionem specialiter in honorem ac sub titulis præmemorata Beatissimæ Virginis et matris Mariæ et sanctarum Catharinæ et Barbaræ Virginum et Martijrum. Testium vero altare situm etiam extra summum chorum sub dicto doxali versus partem meridionalem specialiter in honorem et sub titulis Beatarum Annæ et Mariæ Magdalenæ, quarum siquidem Ecclesiæ sive Sacelli et altarium consecrationis et dedicationis diem sive festum idem D. Episcopus Rossensis singulis annis Dominica præcedenti festum Beatæ Mariæ Magdalenæ observandum esse et celebrari debere nostra autoritate decrevit et ordinavit, prout etiam harum serie decernimus et ordinamus. Et insuper cupientes ut Ecclesia sive Sacellum et altaria prædicta congruis frequententur honoribus et à Christi fidelibus jugiter venerentur, utque ipsi Christi fideles eo libentius causâ devotionis, orationis et peregrinationis ad illa confluant et ad illorum manutentionem seu intertentionem et fulcimentum manus porrigant adjutrices, quo vel ex hoc cælestis gratiæ se noverint ibidem uberius reffectos, Omnibus et singulis Christi fidelibus verè pænitentibus, contulis et confessis qui Ecclesiam sive Sacellum seu altaria præscripta dicta dedicationis die nec non in quatuor capitalibus anni et octavis illorum Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti, Singulis Beatæ ac Gloriosæ Virginis Mariæ prælibatæ, B. Brunonis, Sanctarum Catharinæ, Barbaræ,

Annæ et Mariæ Magdalenaë festinitatibus et diebus devote visitaverint et ad illorum ornamentum luminarium et aliorum necessariorum eorundem provisionem, manutentionem et fulcimentum manus porrexerint adiutrices, pro singulis diebus festinitatibus antedictis, quibus et quoties id fecerint de omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus autoritate omniumque Sanctorum et sanctarum meritis et intercessione ~~confessi~~ confisi quadraginta indulgentiarum dies de injunctis eis pænitentijs misericorditer in domino relaxamus per præsentis perpetuis futuris temporibus duraturarum. Similes indulgentias quadraginta dierum per præfatum dominum Rossensem tempore consecrationis dictarum Ecclesiæ sive Sacelli et altarium benefactoribus eorundem sui ex parte pro diebus et festivitibus antedictis concessas ordinariâ nostra autoritate roborantes et confirmantes, Ac mandantes curato sive vicecurato Ecclesiæ Parochialis de Anderlaco sub cujus parochia dictum Monasterium et Sacellum situatum existit omnibus et singulis circumvicinarum Ecclesiarum curatis et vicecuratis quatenus indulgentias præfatas populo eis subdito diligenter publicent et notificent, ut illorum se participes efficiere valeant. In quorum fidem et testimonium præmissorum præsentibus litteris per dilectum nostrum secretarium subscriptum signatis, sigillum nostrum duximus appendendum. Actum in dicto Monasterio de Scheut prædictæ nostræ diocesis Anno Domini 1531. mensis Julij die 17. quoad consecrationem et benedictionem dictorum Ecclesiæ Sacelli et atrij, una cum altari summi chori, quoad vero ad duo altaria, Anno et mense die vero 18. subscripsit Joannes Ægidius.

Nunc videamus quorum liberalitate fenestræ sacræ ædis positæ sunt. Prima supra odeum data fuit à Domino Antonio se Simpie ; secundam soluit Philippus Clivinensis Dominus de Ravensteijn. Tertiam Cardinalis Erardus à Marca. Quartam Joannes Carondelet Archi-Episcopus Panormitanus. Quintam Maria Regina Hungariæ. Tres Carolus V. Imperator. Unam Margareta Sabaudia Ducissa. Unam Jacobus de Croij dux Archotamus. Claudius ~~Develois~~ Archidiaconus Atrebatensis unam. Wilhelmus de Brruxella Abbas Sancti Amandi etiam unam. Senatus quoque Bruxellensis unam expensis suis fieri voluit. Ultimam poni curavit monasterium ~~ad~~ in memoriam Cancellarij Mercurini. Hæc sunt, quæ de ipso domus et templi ædificio ex vetustissimis monumentis eruere potui. Apposui singulorum benefactorum nomina, ut eorum piam liberalitatem laudet posteritas, ~~eorumque~~ et nati natæque videant in majoribus suis quod imitentur.

Anno 1465 ??????????  
??????

Roberti de Coutereau  
memorable factum.

Olivier de la Marche  
Lib. 1. Chap. 35.

Ipse ??? eul ???????  
partibussancius eque  
multis vulneribus  
confesso incidens

# Visebatur hic, etiam monumentum ex alabastro alabastri ???stans stremissimi æ  
~~rebus bellis ex eritatissimus per ?????~~ ac rebus bellicis ex eritatissimi Roberti de  
Coutereau Equitus dammartin equitis domini de Puisidux et Tournelles, Herdersem,  
Relegem, Erenbodeghem et Petites Cancelarius ac Æconomus Caroli Andacis, cui in  
prælio Montheriaco prope Parisios ~~salutis fuit ????~~ auctor inito cum Ludovicus XI.  
Galliicum rege anno 1465 salutis fuit auctor Nam absque ejus ????? adjumento,  
Carolus, quem circumventum Galli ad deditionem urgebant, in eorum potestatem, aut  
vividus venisset aut mortuus ; Nam ut erat magni animi, cum dedere se nollet  
occidendus erat ; nisi Robertus Coutereau robusto invertus equo, per medium coronæ  
Gallicæ agmem perrumpens, hostem manu Principis collo iminentem summa ui  
retrocedere coëgisset, magnaue edita strage, præsentem dominum discrimine liberasset :  
qui vicissim immensæ virtutis ergô, præfecturâ illum feudarum Brabantia, utili cum  
primis et honesto munere, atque equestri insuper baltheo ex templo donavit. Carolo  
sublato, factus est à cubiculis et consilijs Maximiliano Iperatori. Natus fuerat Bruxellis  
patre Joanne et matre Joanna Baijart Anno 1432. Plurimum fenda in Gallijs recognavit  
annis 1461, 1462, 1463. ??? Confici jussit tapetes in quibus prædicta pugna, totaque rei  
gestæ præmemoratae serves representatur ipse ?????????????????, Sabarum insignijs  
gentilitijs familiae dammartinae candidum, quod taniolæ cæ??? Ei coloris distigunt,  
supra dextrum humerum gestata ?ad devotandum se ex familia dammartini  
progenitum que simile ??? pia que gentilitium scultur est planè simile gestat. Stemma  
stemma consanguinearum stirpium in 4 angulis peristromatorum elaborata, sunt  
Coutereau, dammartin, Baijart et Besançon. Obijt 1490.

Sub eodem Saxo condita est prima ejus uxor (secunda fuit Margareta de Licques, quæ  
improbris obiit) Margareta Herdincx heres Joannis equitis domini de Staije et Isabellæ  
de Berchem, genus paternum trasens ex Bertholdica Stirpæ : maternum ex Villanis à  
Gandavo et antiquis dominis de Asche ac Bononilus de Gavre genuit ex Roberto 7.  
proles filios 5. et 2. filias quorum 5. hic etiam juxta ipsos intumulati nimirum.

Joannes de Coutereau senior Roberti filius natus est in castro de Puisieux in Gallia  
Anno 1460. Duxit Margaretam de Wijdeu seu Gnijdeve dominam dicti loci de Aschæ :  
~~Et hic ??? fuit primus domi???~~

In monumentis domesticis familiae legu de Coutereau leguntur versus sequentes de  
hoc Joanne versus sequentes

~~Jean de Coutereau fils aimé de Robert~~  
Ce Jean nasquit en France au château de son pere  
Qui dans ses grands exploits eut fortune prospere  
Epousa l'heritiere du riche paijs d'Assche  
Et par retraite il fut premier baron de Jasse

Vide annotationes ad  
Cap. 1. Lib. 1.

Obijt ?? ??? Jamman ??bi fuitaman Bruxellensis postea præfectus curiæ feudaljs  
Brabantia fuit ammanus Bruxellensis anno 1500.

Carolus ~~see~~ natu secundus Canonicus et thesaurarius Antverpiensis, qui ex devotione ~~ad~~ in Sijriam profectus, primitias ad sanctum JESV Christi domini sepulchrum Jerosolijmis celebravit, celebrantique Philippus frater, qui eum ~~????~~ comitatus fuerat inservivit.

~~Adolphus Carthusianus in Scheut, de qui infra Cap. 24 ; Lib. 1~~

Philippus custos privilegiorum Brabantiae ~~qui in primis~~, qui ex primo matrimonio contracto cum Anna de Hautem, sustulit duos filios Joannem, qui juvenis decessit Venetijs et Carolus successorem suum et heredem dominij de Herdersem ~~duxitque~~ cui contigit uxor Margareta de Jassa de Mastein. Secunda verò uxor Philippi, fuit Jacoba de Villain.

Laissé en blanc pour 7 lignes.

~~Leonardus omnium minor natu et ab eodem missus leagus ad Magister hospitij Geldriae ducem.~~

Reconditur etiam sub eodem tumulo maritus Joanne de Coutereau filia Roberti, Henricus de Schoonhoven ab Aerschot, quæ familia jam ab amis centum et ultrà admissa fuit ~~ab Epis~~ à capitulo metropolitico Coloniensi ad possidenda inibi canonicatus primarios, qui non nisi regum et regulorum sanguine aut Illustribus parentibus natis conservatur.

Jacent insuper hic sepulti Wernerus de Mol Canonicus Anderlacensis ex nobili prosapia oriundus, Et Joannes de Middelburgho consul Bruxellensis, eximius cænobij benefactor.

Locus capitularis etc Vide fol. 181 =.

Aliquot etiam nobilium in hoc templo sepulturæ traditorum nomina in lucem dabo : ne simul cum lucis usurâ eos fatalis necessitas posteritatis memoriâ exuisse videatur. Ante summam aram Petris Vander Noot, qui Brugis decesserat huc invecus, depositus fuit. Sepulchrale ejus monumentum nullum lego : vel si quod fuerit iconoachorum furijs credo dissipatum. Carolus de Groote Cancellarius Brabantiae in ambitu tumulum nactus est è regione cellæ, quam ipse extruperat. Marmoris quadrati inscriptio talis fuit :

Hic jacet Dominus Carolus de Groote miles  
Quondam Cancellarius Brabantiae, qui obiit  
Anno Ddomini 1485. septima die februarij

Et Domina Anna de Villeers prima ejus conjux, quæ obiit Anno 1482. 27. Octobris ~~erat hæc Anna~~ filia Joannes Toparchæ de Villeers in Bevecom militis, et summi Brabantiae Gallicanæ Ballivi, ex Maria de Steijnemeulen ex nobili et antiqua apud Mechlinienses familia oriunda. Item Margareta de Raveschot secunda. Margareta de Groote filia Caroli et Maria Coutereau Mater Caroli quæ obiit Anno 1503. 28 Januarij, omnes sub eodem lapide conditæ Stemmata inscripta sepulchro ex parte mariti hæc fuere, De Groote, de Lange, Coutereau, Baijaert Ex parte verò ~~Mariti~~ Annæ conjugis Villeers, d'Aubrij, Steijnemeulen, Vander Wijckt ~~sunt. Præterea hic inhumati sunt, Joannes Coutereau Ammannus Bruxellensis, Philippus miles custos privilegiorum Brabantiae, ac Carolus canonicus et thesaurarius Antverpiensis, ac Leonardus Consiliarius Brabantiae quatuor fratres, filij Roberti de Coutereau omnes sub eodem tumulo cum matre Margareta Heijdinx et D. Henrico van Schoonhoven, qui duxerat Margaretam sororem dictorem fratrum. Item Wernerus de Mol Canonicus Anderlacensis, Et Joannes de Middelburgo consul Bruxellensis summus benefactor domus.~~

Locus capitularis testudineatus expensis d. Cornelij Heij Abbatis Ninivensis, ut insignia ejus declarabant. Hic pertesus dignitatis suæ, relictâ mitrâ (quam ex Abbatibus primus à summo Pontificere obtinuerat) retento tamen sui ordinis habitu, solitudinem hanc ingressus est, ac in ea aliquot annis usque ad mortem permansit. Retinent adhuc effigiem ejus ad vivum depictam Patres Bruxellenses cum hoc cenotaphio :

Reverendus Pater Cornelius Heij olim  
in Abbatem Ninivensem creatus, qui  
suæ tandem cedens dignitati, amore  
Sanctæ solitudinis his patribus Carthusianis  
convixit, hicque Spiritum deo devotè  
obtulit, prima die rogationum octavo  
idus Maij a° 1553. ætatis circiter 63.

Alia ædificia ut refectorium, hospitum receptacula, conclavia, et fratrum officinæ etiam absoluta fuerunt, ita ut nihil desideraretur. Laterale sacellum quod cum monasterio excisum est

Anno 1459.

è regione summi altaris Capellæ Marianæ ad cornu Evangelij consecratus fuit à Godefrido Episcopo Dagiensi festo Sanctorum Cosmæ et Damiani in honorem Sanctissimæ Trinitatis et SS. Apostolorum.

Claustro adhæsit hortus, ubi non topiaria opera, non delicias efformati ~~fuere~~ fontes, non fictæ ex marmore statua, ~~non bijuntus, non florum ???, non gulæ sala exquisitissima quæque ??? hic ???~~ non artificiosa amænitas, sed simplex ab ipsa natura composita non gulæ sala exquisitissima sed communia tantum sublevandæ humanæ necessitati olera herbasque producens. Ex horto ad vallem, ubi stagna limpidissima, quæ vijs proceris arboribus non servata symmetria consitis, intersecantur, per arbustum descenditur. Eo antequam pertingas, ponticulus rivo de Moortenbeca superstratus, trajiciendus. À leva, prata sunt, quæ alneo nemore obumbrantur, à dextris exiguâ sijlvâ solitaria vallis clauditur. Tractus adjacens ??? ?? amænissimus et ??? Schoonenberghe ~~neptus~~ sit (quod amænum montem sonat). ~~Tam~~ varia nuncupatur adei est loci oblectatio, ut vel gratissimis Tempe, vel Antiochenis Daphne comparari queat. In querceto colli versus occidentem imminente, scaturigo est fontium, qui in monasterio et fratrum cellis fluebant ??? ???, cujus aquæ non nisi summo labore et industriâ ex prædicto colle, per imam vallem, ad cænobium in ingo alterius collis situm, deduci potuerunt, testante Turneuri manuscripto in hunc modum loquentis :

folio 44.

Anno 1477 in Decembri posita est cuppa in cono fossati superiori ad sijlvam nostram ultra vivaria et factus est super eam puteus de lapidibus albis et tectus magnis lapidibus et supra campum nostrum sursum versus Berchem unus magnis puteus de rubeis lapidibus tectus magnis lapidibus, unde veniunt canales plumbei non directè sed quadam curvitate parva declinando in campo à primo inferiori puteo in cono fossati versus Bruxellem sex vel octo virgatis in distantia inferioris putei. Circa medium istius distantiae sunt quidam canales cocti terrei ad quatuor vel tres virgatas versus Bruxellas in quorum fine est parvus puteus de lapidibus rubeis et parva cuppa subtus et tectus lapidibus et uno canali plumbeo unius ulnæ vel circiter.

Anno 1479. factus est quartus puteus ascendendo ab inferiori versus Berchem vergendo ad occidentem sive nemus Theodorici Mols aut versus Dielbeke totaliter de rubeis lapidibus cum volta et parus foramine super quæ videtur plus de aqua emittere fere quinque vel sex virgarum in distantia ab inferiori. Quartus puteus in Campo stans proximus Berchem distat à cono nemoris et præcipuè à termino terræ nostræ scilicet Meer illius medij bonarij scilicet lapidis positi ibidem circa conum nemorum eundem semper super terminum terræ nostræ ad triginta pedes et post illos triginta pedes stando rectè cum facie versus descensum terræ nostræ descendendo in eadem terra versus inferiorem puteum ultra Stichel ibi positum est orificium suive introitus



putei ad XV pedes. Item de prædicto Meer ad C. pedes in termino terræ versus Bruxellam et à centesimo pede descendendo versus monasterium ad nonaginta pedes est introitus secundi magni putei in campo. Deductus est fons ab inferiori puteo per canales plumbeos descendendo per fossatum et à fine fossati usque ad aggerem superiorem majoris vivarij directè, et sic ascendendo à fine t'Pompwater usque ad superiorem partem cellæ procuratoris divertendo per transitum et ostium nolæ, quod jam fit usque ad cæmeterium magnum et juxta cellam procuratoris iterum per conductum ascendit superius ad domum lignorum in coquinam et inde ante capellam per hortum juxta chorum Monachorum.

~~Mirum est quod de fonte præmerorato scripti Carthusiæ Schotanae annales produnt : proprietatem nempe illius aliquando ad Patres dictæ domus spectaturam, uni fratrum, tractum hunc ob ambulanti, revelatum : Imò fonte voce auribus perceptibili cælitus denunciatum.~~

Ut totius ædificij quasi in una eademque tabella, delineamenta facilius conspiciantur, pauca de Mariano sacello, præter ea quæ supra attigimus, addere visum est : ne curiosius descriptis alijs monasterij partibus, de habitaculo Virginis minus accuratè scripsisse videamur. Est id ex polito et secto lapide extrinsecus forinsecus extractum. Pedum quinquaginta longitudo. Latitudo triginta. Fornicatum, structura elegans. Multa luce corruscum. Fenestræ in eo fuerunt egregiè elaboratæ. Prima retro altare erat Caroli Audacis. Secunda à Joanne de Edinghen Ammano Bruxellensi, qui à Philippo Bono et Ludovico delphino multa dona obtinuit pro monasterio. Tertiam solvit D. de Potieres Dominus de Archi miles, Consiliarius et cubicularius Ducis Philippi. Quarta posita fuit à nobili quadam Lusitana de familia Isabellæ ducissæ. Quintam dedit Petrus de Villa nobilis Pedemontanus. Sextam fieri curavit Monfrandus Alaert procurator generalis Ducis Philippi, Septimam Joannes de Pape nobilis et Joannes Blancaert mercator. Octavam Joannes Cambier magister fabricæ : aliæ ab alijs positæ ~~sunt~~. Diebus singulis divinæ laudes et Marianæ ~~anti~~ antiphonæ in eo decantabantur à novem juvenibus, quos Patres gratuito et ex charitate aiebant ac formandos instruendosque sæculari sacerdoti, cui stipendium persolvebatur, tradiderant. Nihil in eo est quod adventantem detineat præter divæ imaginem § Civilis belli etiam damna persensit : adeò ut temporibus factis pacatioribus multa indiguerit restauratione : quam hujus sæculi initio Joannes de Steenlant Hulstanus Carthusiæ Bruxellensis

Anno 1604

Apud Lucianum in  
Schijta seu hospite

§ visâ illâ omnia vidisti ; hoc sunt inibi mirabilia, hoc sunt ipsæ Scheutani agri delicia. Quod potiori jure nos de Maria prædicamus, quam quod Taxaris ~~Anaxarci~~ olim de Solone dixit Anaxarsi. Viso Solone omnia Vidisti, hoc sunt Athenæ, hoc est ipsa Græcia.

sijndicus, Devotus Mariæ famulus aggressus est. à Virgine fontè ad id electus. Hic enim litteratissimus aliquando de familia Principis Leodiensis Ernesti à Bavaria, illius nomine ad Cæsarem Rudolphum legatione functus, sed non tam intrepido animo, quin ibidem salubriter fuerit confusus. Postmodum regiones alias peragratus ad sanctum Jacobum Compostellam tandem perrexit Refert Wallius in colectaneis, se hæc andiviste ex ore venerabilis viri et senis questoris Marchionum de Baden. ~~In cuius templo cum forte~~ Ubi cum in templo, itineris molestijs fortè confectum, sommus arripisset : Beata Virgo se illi videndam obtulit ~~gestans ??? habitam carthusianorum ??? ??? ???~~ mornitque se Carthusiano associaret, si animæ suæ saluti consultum vellet ; Revelatâ arcanâ visione amicis, non distulit sanctam vocationem sequi. À tali inquam, deiparæ ministro, qui illam ~~???????~~ sibi loquentem per quietam audire meruit : ~~hæc~~ ruinosum sacellum reparatum est ; Deinde paulatim ab alijs exornatum Fenestræ partim à magistratu Bruxellensi, partim ab Anderlacensi Capitulo, partim aliorum eleemosijnis positæ ~~fuit~~. Ferrei cancelli, medium dividunt. Non ita pridem altare quod in eo unicum est, ex adulterino marmore fabricatum, et odeum eâdem constans materiâ, è muro nullis sustentatum fulcris ~~è muro~~ suspensum. Altare ab Illustrissimo Matthia Hovio archiepiscopo Mechliniensi in honorem ejusdem Virginis et Sanctorum Apostolorum consecratum est ac in illius sepulchro repositæ reliquæ Sancti Rumoldi ~~et aliæ~~. Anno insequenti designatum fuit dictum Sacellum populo Anderlacensi pro lucrandis indulgentijs jubilæi.

Anno 1606

Anno 1619, 10  
Aprilis

~~Antequam domus numeris suis ??????? placuit Generali Capitulo illam ??? et ??? alijs monasterijs titulum ??? singulare ??? Divæ Patribus fuit hæsitatum quos convenientius appellaretur. Diversis enim diversimodè super intitulatione scripserant. Quodam loctum Bonæ Mariæ de Gratia vocandum ??? sebant ??? gloriosæ Virginis de Gratia ??? dominæ notræ de Gratia alij nomine vocandum dixerant. Sed ??? Sancto Spiritu inspirate et Div ? operande Capitulum unanimi consensu decrevit, quod ??? hæc domus apertatum ordinem vocaretur Nostræ Dominæ de Gratia juxta Bruxellas.~~

Olim in itinere quod à porta Flandrensi ad Parthenium sacellum ducit, ad excitandam promovendamque devotionem, imagines in columellis è cocto lapide constructis, passionis domini et Mariæ dolorum mijsteria representantes conspiciebantur. Illarum quædam supersunt rudera. Similibus ære nobilium ac civium, Lakensem viam hodie instructam videmus.

Annotationes ad Cap. XII

Joannis Michault ) Oisterstenij domini Equitis aurati, et aurei velleris Thesaurarij

Gulielmus Croij D. Chievriæ )

Dominus de Hoochstraeten etc )

Joannes Roussout )

Cruibeke )

Le Clerck )

Petrus Boisot )

Jacobus Grinet toparcha de Wencourt )

§ Illustrissima Domina D. Margareta Anglica vidua Serenissimi D. Caroli Ducis Burgundiæ et Brabantiaë, Soror Eduardi Regis Angliæ valdè pia et religiosa femina, quæ plurimum diligebat religiosas personas, usque ac pauperibus largas faciebat eleemosijnas : cujus etiam hortatu consilio et auxilio multa monasteria utriusque sexus fuerunt reformata. Sepulta est in eodem oppido Mechliniensi apud fratres Minores juxta ostium chori cujus anima requiescat in pace.

Hæc præter multa beneficia quæ diversis præstitit monasterijs ordinis nostri fundavit in hac Lovaniensi Carthusia cellam unam cum ambitu suo nempe cellam Procuratoris pro cujus dotatione dedit 400 Rhenenses semel.

Juxta ostium ejusdem cellæ ab utroque latere sunt duæ repræsentationes egregiæ sculptæ videlicet coronatio spinea D.N. JESV Christi à dextro latere versus ostium nolæ, et flagellatio ab alia parte de figura coronationis, quia facta est Anno 1520 sumptibus hæredum eximij doctoris Joannis Briart, dicitur postea suo tempore. Sed repræsentatio flagellationis facta jussu præfata D. Margaretæ Anglicæ fundatricis ejusdem cellæ est longè præstantior. In hac porro cernitur statua JESV Christi vincti ad columnam statura sesquipedali : juxta quam proportionem reliquæ personæ sunt sculptæ nimirum Pilatus stans erectus prope colomnam cum duobus alijs magnatibus ac tribus militibus seu carnificibus quorum duo flagellant JESVM et tertius sedens ad terram tenet pedes ad basim columnæ ut fortius sunem trahat, quo pedes Christi constringit. Insuper ad sinistrum latus est imago Sanctæ Margaretæ stantis retro prædictam Dominam Margaretam flexis genibus orantem cujus effigies dicitur ibidem ad vivum expressa : atque tam ipsa quam cætera omnia quæ ibidem visuntur sunt valde artificiosè sculpta et auro variisque coloribus eleganter depicta.

Infra dictam repræsentationem leguntur hi versus insculpti in lamina ænea deavrata.

Margareta Anglorum sum stemmate nata superbo  
 Regis soror jactanda, Regis filia.  
 Carolus est conjunx Burgundio, Marte peremptus,  
 Dein ter novem viduata dego consules

Interea quæ cura rogas ? fuit unica cura  
    Viros fovere sacros, sacrasque feminati  
Quid docti ? doctis templorum confero curas  
    Quibuslibet, legem modo norint sacram.  
Quid sibi magnates ? sibi quid Simonis alumni ?  
    Malè audiunt petentes quod dare est nefas.  
Hæc mihi fas de me : narrabunt cætera nostri,  
    Similem expetentes, et sacrio et docti viri.

Retro tabulas quibus eadem imago clauditur hæc etiam leguntur :  
Hanc cellam una cum appendice suis impendijs extruendam curavit magnificèque  
annuis redditibus donavit Illustrissima D. Margareta Anglicana uxor ac deinde vidua  
potentissimi Caroli ducis Burgundiæ Brabantiae etc. quæ mortem obiit Mechliniæ  
Anno à Christo nato 1503. octavo Calendas Decembris, cujus anima in pace  
requiescat. Cor ad Carthusiam Capellæ B. Mariæ delatum ac ibidem in medio chori  
terræ mandatum inscriptio tumuli in hunc modum loquitur.

Cij gist le cœur de tres haute, tres excellente,  
et tres puissante Madame Marguerite d'Angleterre  
Duchesse de Bourgoigne, de Brabant etc.  
Qui trepassa en l'an de nostre seigneur 1503.

Jacobus Masteijn etc. vide fol. 190 □

~~Dominus de Sassaul)~~

~~D. de Mingerral)~~

D. de Fieenes ) Antiquitus Fielnes, nunc Fiennes, vicus diecesis Bononiensis, assidens fluvio Aa, olim Wasconingawala dicto ~~in~~, ad comitum Bononiensium surculos attinuit Gand et monasterio jam quinque sæculorum comitiem redolente. Habuit olim proprios dominos in bellis Sijriacis claros, ex quorum familia ~~hodie super est sunt~~ descendunt vicecomites de Fruges in Arthesia, Postea ad Luxemburgicam, ac denu[m] ad Egmondanam familiam transijt, cum Joannes comes secundus Egmondanus matrimonio sibi junxit Franciscam Luxemburgicam, Jacobi comitis Primi Gaverensis, itemque Fiennæ, Sotteghemij et Armentariæ domini, sine prole defuncti, sororem atque heredem. vide flor. Haræum l. 2. Cap. 5. De Castell. Insul. Amoraldu[m] autem Amoraldi comitis Egmondani, Bruxellis Anno 1568 defuncti filius Fiennam vendidit.

~~D. de Isselsteijn)~~

~~Jacobus Vander Meerem)~~

~~Elizabeth de Frasne )~~

~~Joannes Otthonis Praepositus Nivelvensis )~~

Margareta sorore Regis Angliæ ) Eduardi : Quia summa benefactrix Carthusienis ordinis, et domuum Capellæ et Lovaniensis, quæ ipsarum Archiva de ea memorant, congruum erit referre. Chronicon in hunc modum *#(dans la marge)* loquitur : Anno 1473. circa initium octobris fuit primo hic Illustrissima D. Margareta Ducissa Burgundiæ uxor Ducis Caroli, quæ fuit soror Eduardi regis Angliæ. Hæc à tempore illo et deinceps fecit domui isti multa bona in ornamentis et alijs. Dedit enim nobis duo magna ornamenta pro magno altari, id est unum aureum rubeum et unum album cum attinentijs suis. Item decem blavia ornamenta pro decem altaribus privatis et multa in altari B. Virginis et ad imaginem ipsius. Insuper acquisivit nobis Anno 1474 litteram amortizationis omnium bonorum nostrorum quæ tunc possidebamus, quæ nondum erant amortizata pro quibus magnam summam pecuniarum oportuisset nos dedisse pro redemptione. Et interim vina et alia nobis misit et de exactionibus diu nos custo divit. Lovaniensium Annalium fusior illius extat mentio. Vigesima, inquit, tertia Novembris obiit Mechliniæ § vide f° 191

Ægijdius Danclois )

Henricus Wauters )

Andreas Goswini )

□

Jacobus Masteijn ) Dominus de Massemem, eques aurei velleris in tantum Carthusienses amore prosecutus est, ut diversis anni temporibus residens in suo dominio Hemelverdeghem cum Religiosis Sijlvæ Sancti Martini, tamquam unus inter illos aliquot hebdommadas in abstinentijs et nocturnis vigilijs transegerit : atque ad hoc particularem domum sibi ædificavit, quæ adhuc modo extat.



Adolpho Cliviensi ) non rectè hunc compilatores annalium domesticorum Carthusiæ Herinensis et alij vocant Cliviæ ducem ; ~~fuit enim solum modo~~ Ravenstenij dumtaxat fuit dominus; ut in stæmatte Cliviensium ducum deducto opus Miræum et Heuterum quam clarissimè videri potest. Hujus enim Adolphi Pater etiam vocatus Adolphus, primus Cliviæ Dux creatus anno 1417 à Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi, obiit anno 1443. Ex Maria Joannis Intrepidi Burgundiæ ducis filia liberos decem genuit : in his Joannem ducem Cliviensem et ~~supra~~ hunc Adolphum Ravenstenij dominum, Philippi Patrem, sepultum Bruxellis in majori choro Dominicanorum ante primam aram, cum Anna Burgundica, Philippi boni filia naturali, uxore sua. Conditorium magnificè ex Lijdio lapide constructum. Statuæ ipsorum Principum æneæ in coronice, undecim longa pedibus, sex lata, supiud junctis manibus procumbunt : capitulus coronis redimitis substrata sunt cervicalia Adolphus loratus, epitogis indutus, aureum vellus gestat æ collo dependens, sub pedibus ejus leonis cubantis figura cernitur. Sub ipsius. Annæ oblongo clamijdatæ amictu, catelli duo in diversum respicientes eodem ære fusi jacent. In tænia per gijrum legitur sequens inscriptio.

soubs ceste lame gist le corps de noble memoire de Adolph duc en Cleves, comte en la Marche Seigneur de Ravestain etc. fils puisné de Adolph Duc de Cleves et de dame Marie de Bourgoigne seur germaine du bon duc Philippe de Bourgoigne Lequel apres avoir nourij cestcij son nepueu le alija par mariage à tres noble dame Beatrix fille de l'infante dom Petre duc de Coijmbre, fils, frere et oncle de Roijs en Portugal dont deulx est demoure Philippe duc et comte esdits paijs, seigneur de Ravestain, leur seul heritier. Apres le deces de ceste dame, dont le corps gist à Quesnoij, le defunct se remaria à noble et puissante Dame Anne fille dudit bon duc Philippe. Les deux conioins apres avois vescu ensemble XXII ans et aijans en ce lieu, dont ils sont fondateurs esleu leur sepulture, ledit Seigneur Adolph delaisant ladite dame Anne sa douagiere trepassa le XVIII jour de septembre M.III<sup>C</sup>.III<sup>XX</sup> XII. Et icelle Dame Anne qui cij gist les fondit, se trepassa le XVII jour de Jenvier l'an de nostre seigneur XV<sup>C</sup> et III. prié dieu pour leurs ames.

vide Pag. præcedentem.

## Robertus de Croij Episcopus Cameracensis )

Philippus de Clivensis D. de Ravesteijn ) quia non tantum hujus domus benefactor, sed et aliorum, ac præcipuè Herinensis vulgò Capellæ B. Mariæ extitit fautor munificus, referam hic, quæ de ipso habentur in libro foundationis illius Carthusiæ : Porro, inquit author id temporis cum vir magnificus et generosus D. Philippus de Ravensteijn et Illustris matrona D. Francisca filia Petri Luxemburgensis uxor ejus plerumque morarentur Angiæ ad nos interdum veniebant visitandi gratiâ, quandoquidem Angiense dominium pertinebat ad prædictam illustrem D. Franciscam, quæ singulari nos benevolentia prosequabatur, semperque nos dilectos habebat ex animo, et nonnumquam ipsa quidem cum suis heroinis et famulis absque marito suo venit, nonnumquam autem et D. Philippus cum suis familiaribus sine uxore sua, nonnumquam verò pariter ambo cum suis affuerunt. Deambulantes igitur ipsi per nostram porticum et videntes opus imperfectum, mandaverunt ut quemadmodum probe fuit incaptum, ita diligenter quoque perficeretur idque sumptibus eorum. Quandam enim pecuniæ summam à nobis annuè recipiebant quam liberaliter donarunt, usque dum prædictum opus consummaretur. Præterea frequenter non solum ipsi, sed etiam multi familiares eorum de nobis bene meriti fuerunt, et hoc præsertim quando nobis exactiones erant impositæ à Dominis terræ tempore bellorum, ubi plerumque nobis opitulati, immunes ab exactionibus nos aut indemnes custodierunt. Et quoties ad nos venerunt studiosè et humiliter se suamque familiam precibus commendarunt, spandentes obsequium se nobis et benevolentiam exhibituros, quando nobis eorum uti placeret auxilio. Quam ob rem diebus dominicis semper in capitulo mentionem eorum Prior in precum memoracione faciebat. Quoties autem aliquis nostrum ad eos ibat etiamsi donatus dumtaxat erat, benigniter admittebatur et audiebatur. Clementerque de nobis Domina plerumque consuevit perconctari dicens : Ut valent filij mei ? Vestra sum si qua in re vobis commodum facere valeo, semper quidem præsto sum libenterque vobis morem geram. Per idem tempus incidit Domina in quandam infirmitatem, de qua perfectè curari numquam potuit. Habere namque ferebatur in latere aposthema, quo

Page blanche

Urnæ latera, tribus profundæ pedibus, longæ dimidio et novem, ænai listriati ambiunt. Dextrum in octo septa, sinistrum in totidem, scapis dimiditur, open?? Gothico elaboratis (quos belli furor convulsit) ac in mognoque bina insignia coronata, ære incisa ~~de picta~~?? picta, incicem superposita Principum Adolpho affinitate junctorum encarpis atque frexuris(?) circumornata. Subtus in retortis velleribus titul ??? singulorum exprimuntur, quos hic apponendas duxi : Duc de Cleves bis. Duc des Mons tertio. Comté de la Marche. Duc de Saxen, Duc de Geldres, Comte de Haijnau, Roi de Hongrie. Comte de Hapsbourg bis, Comte de Flandres, Duc de Brunswick, Comte de Vallois bis Duc de Lembourg, Comte de Bourgoigne bis. Duc de Baviere, duc de Brige, Roi de Bohem, duc de Lucenbourg, Roi de France, Comte d'Evreux, Comte de Nassau, Roi de Pouloigne Pollin, Duc d'Austrice. Intra caput posita sunt Adolphi insignia cum aureo vellere, supra scriptum : Adolph de Cleves, infra : seigneur de Ravestajjn utrimque duo genij tenentes insignia, unus qui à dextris Cliviensia, alius à sinistris Burgundica. Ad pedes lamina est, cui laterales duo genij ????ære conflati manus admovent, latinam hanc continet inscriptionem :

Illustrissimus ~~Dns Dns~~ Princeps Dominus Dominus Adulphus Clivensis Princeps Dux natus et generosissima ejus conjux Domina Anna Philippi boni Burg<sup>o</sup> ducis filia, hic sepulti completa chori hujus solempni per eos fundata structura ad cultus divini augmentum, suarum salutem animarum, vinorum pauperum subsidium, sequentia firmitate servari statuerunt perpetua, Imprimis duas cottidianas missas, unum pro ipsius domini animæ refrigerio circa nonam, alteram pro dominæ anima circa octavam horas statuerunt celebrari, quodque post utriusque missæ finem ad eorum sepulchrum legat celebrans deprofundis et collectam pro defunctis, Insuper in eorum anniversarijs Provisores S. Eligij, harum ordinatione observatores pauperibus C. et XXXV cuique grossum unum distribuunt monetæ fland. tredecim verò alijs pauperibus eorum in anniversarijs præsentibus panem unum unius grossi et quatuor similes grossos per conventum hunc voluerunt benignè largiri, horum omnium litteræ patentes et provisoribus præfatis anno M CCCXCIII sunt commissæ conventus obligatoriè.

Loculos, in quibus recondita cadavera, craticulæ ferreæ impositos, perennis fon?? allume sua irrigat : quo incorrupta ????estimentis perdurare ferunt, ac ita à paucis annis compertum ab operarijs, qui in hijpogæum ad quædam interpol descenderant. Ad memoriam insigne est, quod turbato Belgij statu, hæreti Bruxellâ politi, decreverant templum hoc demoliri, ut istac viam publicam ducerent ac ædilis exornarent : in quem finem, magnam claustræ partem subverterant et Illustrissimorum heroum sarcophagum destruere quoque et auferre meditabantur : sed Cliviensis domus Principum veriti fortè minas et indignationem, mutavere consilium, et apparatusi bellico custodiendo locum destinarunt. Tanta fuit illis religio erga nobilem sanguinem; utinam et divorum cineribus pepercissent.

Ostenduntur in hujus conventus sacrario pretiosissima sacerdote indumenta ex Attalico panno, unionibus argenteisque catenulis adornata, ex Adolphi pallio, quod moriens sacræ ædi legandrat confecta.

Sur petite feuille intercalée :

Recto :

Sacellum in dominicanorum templo à sinistris summi chori, Philippi sumptibus est extructum, Virgini Matri dicatum ; ~~????~~ Tholus octogonus ei impositus. Laquearia et parietes Heraclio lapide exornantur. A parte chori varia est cælatura ~~Ipsius~~ Philippi ac Franciscæ statuæ ex ære expressæ ~~????~~ ac coloratæ sub arcuata structura, poplitibus flexis summum altare respiciunt. Coronix tribus disuncta pedibus à busto : eadem lapide, lijdio nempe, constat. Capula etiam alluunt jugis fontis aquæ. Amborum utriusque parentum sexaginta quatuor stemmata parieti affixa sunt ac picturata ~~□ Sex ante mortem annos, construxit regali mole palatium, quadrato lapide undique decoratum, quod adhuc hodie in viridi valle ad orientalem plagam cænobij conspicitur~~  
*Dans la marge* : petit texte indéchiffrable)

Vide pag 199

Kleine ets opgeplakt ; een nobele dame voorstellende

Verso :

Philippe de Cleves noble Prince et haultain  
Cij gist estaint, Seigneur de Ravestaijn,  
Notoire il est de son tres noble gendre  
Ces monstrancesle te feront entendre  
Noble vertu d'honneur la directure,  
At augmenté sa noblesse, nature  
Prudent estoit et juste en equité.  
Sage et discret aijmant la verité  
Bien temperé en ses faits et en dicts  
De bon moyen ne passant les edicts  
Tousjour constant bien assé il appere  
En fortune fut adverse ou prospere.  
Par mer, par terre en belliqueux efforts  
Preux et hardis, et vaillant de son corps  
Aux bons honneurs de paix grand amateur  
Du bien publique le grand conservateur  
Et grand donneur au pauvres bon fauteur  
A tout le monde de ses bien largiteur  
Or mort la prins et lié en ses fais  
Dieu lui donne paradis *eratejus Sijmbolum* A JAMAIS.

` Trepassa l'an 1527. 28 Janvier

~~Binae statuæ ~~????~~ Philippum et Franciscam conjugem referentes. Utriusque conjugis statuæ æreæ poplitibus flexis summum altare respiciunt. Amborum utriusque parentum sexaginta quatuor stemmata parieti sunt affixa~~

~~Eorum capula etiam jugis fontis aquæ ~~????~~~~

Sex ante mortem annos construxit regali mole palatium quadrto lapide undique decoratum, quod adhuc hodie in viridi valle ad orientalem plagam cænobij conspicitur  
Flèche vers le texte au bas du folio 128 : Scripsit ~~Philippus~~ Gallice, Une instruction de la guerre dirigee à Philippe le Bel duc de Bourgoigne et de Brabant. Extat apud hæredes Ludovici Verreijken Audientiarij.

pluribus annis graviter admodum lacesabatur, Deinde ab Angia profecti habitarunt quandoque Brugis, quandoque Gandavi ubi ante monasterium fratrum Prædicatorum habuerunt domum usque adeo pulchram, usque adeo amplam uti commodè possent in ea quinque principes hospitari : sic ut quisque singulatim suo reciperetur hospitio. Plerumque tamen ruri se continebant, in loco qui vulgo nominatur Winendale inter Brugas et Gandanum, qui locus est peramænus ubi D. Philippus de Ravenstain pulcherrimum atque elegantissimum fontem construxisse fertur de lapidibus marmoreis valdè pretiosis. Ibi denique et D. Francisca Domina de Ravestain post multas afflictiones prædicto morbo defuncta est cujus unum latus in quo fuit aposthema nimitque miserabiliter exhaustum et corruptum erat. Deinde annos aliquot etiammum D. Philippus superstes erat, qui tametsi nullos ex uxore sua liberos suscepit umquam, aliam tamen uxorem non duxit, licet postea prolem adhuc, ex qua nescio femina, suscepisse dicetur. Sed anno 1527 circiter finem januarij ille quoque vita mortali functus obiit. Sepultus fuit Bruxellæ juxta uxorem suam in monasterio fratrum Prædicatorum in mausoleo, quod valdè pulchrum et pretiosum (~~ut audivi~~) pluribus annis ante obitum suum sibi et uxori suæ jusserat præparari. Ubi pro eo quales eregnia fuerunt celebratæ et quam opulentâ fuit ibidem parentatum et quam immunerabilis ibi populus ad fuit ego narrare vel describere non valeo : Sed ea tempestate à quibusdam sui admonitus, ut memor benevolentia Domini de Ravenstain erga nos et eorum quæ contulit in nos beneficiorum nostramque gratitudinem in eum amicis contestarer. Quare collecto sensu breviter epitaphium scripsi in memoriam ejus, quod hoc loco scribendum censui. Tu vero lector amice boni consulito.

In memoriam Clarissimi viri D. Philippi de Ravestain  
defuncti epitaphium.

Patria nostra suum flet decessisse Philippum  
Orbatam charo se quasi patre dolet.  
Qui genere illustri virtute illustrior heros  
Clarus militiâ, clarus eratque togâ.  
Justitiam coluit, fuit et pietatis amator.  
Ingenio excellens cultus et eloquio.  
Artibus ingenuis claros, celebresque magistros  
fovit : eisque libris munera digna dedit.  
Extinctum populus sibi lumen amabile plorat,  
In rebus dubijs quo duce tutus erat.  
Flandria fida dolet, populosa Brabantia luget,  
Hannonij lachijmant, Angia mæsta gemit.  
Quis referat quoties pupillos atque gementes,  
Defendit viduas et benè fecit eis ?  
Ut solet esse pius pater in sua pignora mitis  
Sic in nos facili mente Philippus erat.  
Pro defuncti anima passim lucentibus aris  
Orgia ponuntur grataque dona deo.  
Et grandes nolæ resonant in turribus altis  
Nos uti promoveant ad pietatis opus.  
Octa fuit gemini lux antepenultima jani  
Cum Lachesis traheres ultima fila viro  
Nos illi requiem æternam, pacemque precamur  
Eius nunc statio sancta sit aula Dei

~~Sacellum in templo Dominica-~~  
~~rum à dextris summi chori~~  
~~hujus Præcipid~~  
~~sumptibus ? ? ? ? ? tabulæ~~  
~~consignati aureo ? ? ? ? in ? ? ?~~  
~~ipsius.~~  
~~constructi sequentes ? ? ? ? ?~~

vide pag. 198

Lib. 5; rerum  
austriacarum.)

Le folio débute par tout un § barré difficile à déchiffrer :

~~Joannes Carondelet ), Schamp ??? dominus, ??? Gulielmi Hugonetti à Gandensis inter ???, ??? scribis Pontus Heutenus ??? in ejus locum Thomam ??? domum natione (ut Carondeletus) Burgundum Auxit adificia et redditus Collegij Sancti Donatiani Lovanij vide Valereum ?? factis Academicis et vernulæul in definitione unum sitatis ???~~

Joannes Carondelet ) fuerat Prius Præpositus ad S. Donatianum Brugis. Auxit ædificia et redditus Collegij ejusdem Sancti Lovanij. Vide Valerium in fastis Academicis et Vernulæum, qui eum apud Carolum Quintum gratiosum fuisse scribit. Erasmus dedicavit illi editionem suam Basiliensem S. Hilarij, cum tali elogio familiæ Carondelicæ : « Respondes eghregie Carondeleticæ gentis indoli, cujus felix fæcunditas, nobis præter eximium illum Burgundiæ Cancellarium, multos dedit, quorum ego quinque novi, viros non minus humanos quam integros, omnique genere ornamentorum cumulos. Extant in varijs Ecclesijs tum Bruxellis tum alibi munificentia ejus vestigia Effigies ejus habitu episcopali apud Dominicanos in una fenestrarum Ecclesiæ à dextro latere, juxta aram divo Petro dicatam conspicitur. Decessit ex hac vita Anno 1544 in Februario.

Wilhelmus de Bruxella ) benefecit quoque Carthusiæ Lovaniensi, in cujus majori ambitu, cor et intestina ejus sepulta sunt sub lapideo monumento, quod in circuitu laminis æræ insculptam sequentem inscriptionem continet :

Sepulta sunt hic cor et intestina Reverendi Patris  
D. Guilielmi à Bruxella quondam Abbatis Sancti  
Amandi et Trudonis. Qui obiit Anno à Nativitate  
Domini 1532. Novembris 14.

Eregione hujus sepulti ad murum posita est imago seu representatio annuntiationis B. Mariæ Virginis sculpta in lapide opere statuario et bene depicta atque deaurata cum effigie ejusdem D. Abbatis ad vivum incisa et hoc epitaphio pariter insculpto in lapide.

In tria divisus nunc sum, qui mole sub una  
Quamuis naturæ duplicis unus eram.  
Reddita mens cælo, cor hic et viscera marcent.  
Trudo fovet molli cætera membra sinu.  
Cum judex aderit magnus, dispersa coibunt  
Et fiam rursus de tribus unus homo.

~~Joannes de Middelburg~~)

~~Episcopus Dagiensis~~)

~~D. de Potieres D. de Archi~~)



~~Petrus de Villa )~~

~~Monfrandus Alaert )~~

~~Joannes de Pape )~~

~~Episcopus Dagniensis.~~

~~Laissez en blanc un demij pag.~~

~~Joannes de Steenlandt ) Ex binis subjectis Epistolis binis Eriji Puteani Epistolis hactenus ineditis ad Maximilianum Plovierum Majoris Carthusiæ religiosum de ? ? ? ? ? affectu et ? ? ? ? ? hujus Joannis fit mentis. Ut namque exhibeo S. Virginis in Joannem singularem erga Mariam amorem resedis colligitur.~~

~~Prima Epistola. Venerabilis Pater, inquit, que olim est.~~

Joannes de Steenlandt ) singularem in eo erga dei matrem, amorem resedis ex dualus Eriji Puteani epistolis hactenus ineditis ad Maximilianum Plovierum Maioris Carthusiæ Religiosum, colligitur. Prima in sonat in hunc modum. Que olim etc.

## Caput decimum tertium

Carthusiani de Scheut  
 à Cæsare Maximiliano  
 Gandavum mittuntur  
 pro sancienda pace.  
 Cardinalis S. Crucis Virginem  
 visitat et aliquot annis  
 post ipsum regina Arragoniæ.

Sicut inter hæres vulgares, pro suscipienda pupillorum custodia tutela ac erbissimæ nonnumquam lites exoriuntur ; Ita inter ~~quod~~ Maximilianum ~~archidux~~ sibi Philippi ~~et Flandres~~ quod ipse invitit Philippi Archiducis filij sui tutelam sibi vendicaret ingens ~~inter ipse~~ nata est controversia, magna que ~~propterea~~ pars Belgij civilibus propterea dissidijs inundavit. Gandenses ut primi authores enotuum fuerant, ita primo eos belli tædere ~~in~~ cæpit : cum et pecunia, quâ illud pro traherent, deficeret ; et se impares cernerent ad Maximiliani copijs resistendum ~~cernerent~~ : quamnis auxiliarium militem è Gallia recepissent. Itaque de fædere stabiliendo cogitatum. Maximilianus pacis amans, rebellibus pronis ad arma deponenda, arbitros mittendos arbitratus cum ipsis de pacis conditionibus transacturos, peragendæ legationi Marcellum Voet Priorem in Scheut et Joannem Brunium ibidem procuratorem, quibus priores Capellæ et Diesthemienensis fuere adjuncti, assumpsit. Ili negotio, precibus Virgini fæderis arcæ commendato, ad fædus paciscendum unà Gandavum proficiscuntur. Cum inde horæ spatio distarent, nihil hostile metuentes, ab equitum turma circumventi, quidquid penes se habebant, tradere coguntur ; Spoliati ad rusticam tugirium deducti : noctem unam inibi multis affecti approbrijs transegerunt. Manè civitatem ingresimulto stipante milite, velut læsæ majestatis rei, præeunte accenso undeque magno agmine ad rei novitatem plebe concurrente, ad curiam deducuntur, ut adventus sui causam exponant. Wilhelmus Rimius factionis corijphæus, turbulenti vir ingenij, in Patres

Anno 1486

quasi in ~~Patre Proditores~~ perduellionis reos animadvertendum censebat, pessima in rempublicam marchinatos perhibens quidam culeo insutos fluvio submergendes dicebant. Alij mitius cum ipsis agendum, nec inauditâ causa placendos : sed in conclavi sub arctâ instodiâ retienedos rebantur : donec de rei veritate constaret : tum demum juxta delicti gravitatem pœnas exigendas. ~~Posterior placuit sententia~~ ex qua admitente et spondente pro detentis priore Carthusiæ Gandavensis extracti, ad monasterium diverterunt : unde tamen egressus illis stricte inhibitus. Eodem quo dimissi die, gravis exortum seditio ~~Eodem quo dimissi die, exortum gravis seditio~~: plebs in senatores insurgit ac duobus ex ijs, qui pacem maximè impendiverant, et acerbius bonos patres evangelicantes pacem, Archiducis legatos, quod ab omni injuria immuries jure belli gentiumque esse oportebat, tractaverant, apprehensis capita publicè abscinduntur. Erant hi Wilhelmus Rimius et Daniel Omredenus, factiosum par hominum, quibus sublatis mox serena pacis tempora assulserunt.

Pacatâ jam Provinciâ, devotio Virginis, quæ multum refrixerat indies magis magisque fervere cœpit, Et Marianus campus, qui strepente lituo, vacuus populo fuerat, consertissimus deipara cultoribus iterum atpiciebatur ; Inter quos æminentioris dignitatis Bernardinus de Carvajal, Patriarcha Jerosoljmisanus, Cardinalis Sanctæ Crucis ac Episcopus Ostiensis, qui à Julio secundo in Germaniam missus legatus, Italiam repetere noluit, nisi Reginâ Patriarcharum salutatâ bini et bini ~~cum~~ cruce precedente religiosi ~~adventanti obviam processere~~ obviam adventanti processere. Dies autem quâ eam veneratus est annotatur 27 Julij Anni 1508 concessis septem amorum indulgentijs singulis inventionis et exaltationis Sanctæ Crucis diebus in perpetuum lucrandis; Aderant tum temporis Bernardino Jacobus de Croij Cameracensis et Nicolaus de Ruijtere Atrebatensis Episcopi. Causam legationis dicti Patriarchæ hanc ferunt. Cum plurima Ecclesiæ et Principum Christianorum oppida retinerent Veneti, Julius secundus Pontifex submissis aliquot S.R.E. Cardinalibus maximos Europæ Principes ad fœdus contra eos suscitavit, ad quod Cæsarem Maximilianum et Ludovicum Gallorum Regem non difficulter induxit, quibus iam contra Venetos bellum erat : quæ res tanto silentio fuit peracta, ut prius ictum fuerit fœdus, quam vel rumorem ejus Veneti percipere potuerint. Ut Leodienses quoque in confœderatorum partes accerserentur ad laboratum, misso in hasce partes Bernardino. fœdus autem Cameracimense decembri præacti anni ictum est, ijsque bellum anno sequenti illatum. Una in re laudata semper existet Venetorum eo tempore prudentia et animi magnitudo, ad multorum Principum Christianorum confusionem, quod oblata à Turcarum Imperatore in tanta rerum acerbitate parata auxilia repudiarint : Et eo

magis Carthusiani gaudere debent, quod lumen temporis ipsorum Episcopus erat D. Anthonius Surianus ex ordine Carthusianorum assumptus, qui impium cum infidelibus Reipublicæ Venetæ dissuasit commercium. Idem Bernardinis cum Lovanij videret collegium Adriani Florentij postea Romani Pontificis indignans sibi, suspirabat ab infimo præ se fortunæ Decano tam magnificum opus conditum, et à se olim simile meditatam, nondum inchoatum. Decessit Romæ, sepultus apud sanctam crucem in Jerusalem, quo iam olim præclaro titulo fuerat insignitus, hujusmodi Epitaphio ejusdem laudes prodente.

Bernardino Carnajali natione hispano  
Patria Placentino Episcopo Ostiensi,  
Cardinali Sanctæ Crucis, ob egregias  
virtutes, doctrinamque in sacris  
litteris, singularem ab Alexandro VI.  
Pont. Maximo in numerum Patrum  
adscito, pluribus legationibus pro  
Republica Christianæ functo,  
integrè sapienterque prosperà fortunâ  
moderatè, adversâ constanter uso  
per omnem vitam piè ac religiosè  
vixit annos 67 menses 3 dies 8.  
Obijt 17 Calendas Januarij A° 1528

Liber. 4. Epist

Petrus Bembus scribit Bernardinum in tanta estimatione apud Venetos et Cisalpinæ Galliæ incolas fuiste, ut non dubitaverint dicere, eum sicut Herculem ad sustentanda sidera, ita, ad Rempublicam Romanam labentem et fatiscentem sublevandam caelo demissum ; Et in eadem epistola, scriptâ Apostolicâ sede vacante, neminem è Cardinalium collegio æquè summo pontificatu et Petri clavibus dignum ac Bernardinum judicatum refert.

Anno millesimo quingentesimo vigesimo tertio Joanna Arragoniæ Regina Philippi primi uxor, Caroli V mater. invisit Virginem ~~Scheutanam~~ Scheutanam et ipsum monasterium perlustrata est. An Philippus maritus ejus aliquando Divam accesserit in archivis non legi.

Templum tamen ab ipso fenestrâ donatum, patresque in clientelam ejus acceptos produnt. Obijt in Hispania. Conditus est apud Carthusianos in Miraflores, juxta urbem Burgensem. Cor Brugis Flandronum ~~illatum esse Mariæ~~ Matris sepulchro in templo divæ Virginis est illatum

## Annotationes ad Cap. 13

Nihil hostile metuentes, ab equitum turma circumventi ) extant adhuc litteræ scabinales, in quibus referuntur omnia quæ circa dictos Patres acta sunt. Placet eus hic adjungere stijlo vernaculo et in latinum versas.

Allen den ghenen die dese presente lettren sullen sien oft hooren lesen Schepenen ende Raed vander stede van Ghend, saluijt doen te wetene dat wij ghesien de scriffturen bij memorie over ghegheven heurlieder leste voorsaeten in wette vander handelinghe van ghedinghe voor ons gheweest in vierscharen eesrt bij monde tusschen eerweerdighe ende Religieuse persoonen, Brode Janne den Brune Procurator vanden Cloostre vanden Chartruesen van onser vrouwen van gratien buten Brussele, ende oock als machtich vanden Priors ende Conventen vanden Chartreusen van Heerne bij Eedinghen ende van Zelem heeschers an d'een sijde, Ende t'hoir van wijlen Daneel Omrene, Pieter van Hauwaerts ende andere heure medeghesellen schepenen vander Kuere die aenquaemen t'alfougste Anno vier ende tachtich verweerers, an d'andere. Sprutende uijt causen dat de voors. heeschers deden segghen : hoe dat sij ghemouveert van caritaten, siende ende beseffende bij effecte, dat oorloghe gheschepen was te rijsene tusschen onsen harden gheduchten heere, den Coninck vanden Roomschen rijcke aen d'een sijde ende den lande van Vlaendre aen d'andere, ende considererende t'quaet dat dan of comen mochte, van moorde, brande ende anderssints in vele ende diversche manieren, die te lanck wesen souden om schrijven ende elck redene hebbende beseffen mach, trocken bij sijnen seere edelen persoen hem biddende in aldaer oetmoedicheijt verclaers te willen doene vanden voors. gheschille, die hen lieden seijde, Hoe dat de ghene doe ter tijt regiment vanden voornoemden Lande van Vlaendren hebbende met fortsen ende jeghen sijnen danck onthielden den persoon vanden eertshertoghe Philips sijnen sone onsen natuerlijcken prince, ende te sijnder cleenichede, fame ende mare achter hem deden gaen, dathij alle sijne landen heerlicheden t'hemwaerts trecken wilde, ende sijnen voorn. zuene daerof ontstuncken, ende oec dat hij hem uijt sijnen landen van haerwaerts overe ontvremden ende ontvoeren soude, met welcken vergheven sij de goede insetene vanden selven lande, In sulcker wijs jeghens hem imflammeerden, als dat sij te gheenen paeijse gheneghen en waeren ende dat aerghere was hadden aliancie gemaect metten Franchoisen die oijnt vijanden vanden selven lande gheweest hebben, ende noch sijn in wiens handen sij int herde den persoen vanden voors. Eertshertoghe sijnen sone ghelevert souden hebben. Al welcke maniere van doene hen seer leedt waeren, om zien ende hooren omme de consequentie vanden dangiere dat hier uijt spruten moeste, want hij noiijt t'eenighen daghen d'een noch d'andere ghedacht noch ghepeijnst

absit. Ad te igitur ô feralis Atropos, de rapidis immansuetissima Parcis ad te, inquam, convertatur oratio mea, quæ quatuor Principes mihi luce ipsa chariores in cinerem et urnam deduxisti, et gloriam eorum in pulverem sepulchrorum. Ante meos oculos quatuor illos confecisti, quorum priores duo connubio mihi fuere juncti, Alter Princeps et infans Hispaniarum alter Sabaudus Allobrogum Dux, cui nemo par specie fuit ex decore formæ, Quodque magis aggravat et exaggerat(*sic*) dolorem uterque raptus in flore juventæ, cum primum cæpisset gustare bona fortunæ suæ. Et Anno quidem nonodecima ætatis suæ raptus fato princeps obiit. Paucis post annis Dux quoque triennio maior illo similiter obiit. Tertius Hispaniarum et Neapoleos Rex frater mihi charissimus in eadem fata declinavit. Nihil illi sceptrum, nih corona contra vim mortis profuit. Scilicet pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres. Quartus unica spes votorum meorum et lumen oculorum meorum adhuc erat mecum Maximilianus Cæsar, cui nemo se comparasset, nemo melior erat illo, nemo maior : et ipse tamen in Neapolitana conditus arce et Urna. Ô majestas sacra, ô virtus poterna, tu quoque secuta es. Tu Cæsar orbis bajule, tu Dominus et parens meus (: o fortitudo cordis humani quomodo non disrumperis) novissimus ipse ad extrema venisti, recrudescunt dolores, et vix me ipsam capio præ dolore. Numquam infeliciorem me terra sustinuit, nec tot in quemquam adversa prælia frons movit fortuna regnorum magnis magna fortuna bonis. Nimis prolongata est sors acerba vitæ meæ. O Creator et creaturarum omnium x et ?? conserva nobiles regni spes et Austriacæ domus decora inclijta, meque miseram prædolore fatiscentem releva : Nam nisi me bonitas et clementia tua sublevet de portis tribulationum et dolorum quæ circumdederunt me simul, non possum tueri reliquias vitæ mea. Has igitur spes meas refove, quod le ex intimo corde deprecor et obtestor. Jube quoque in pace recipi spiritum illius, Domine Deus, qui sceptrum moderatus pridem Austriacæ domus, nec unquam veniat ad occasum gloria ejus, sed perennet, et in omne vivat nobilis ævum, et quæ supersunt de semine ejus fidissima pectora confirma, ut sequantur vestigia ejus, ac ad Romanum denique (: vocem hanc extremam cum vita fundo :) respice benignus imperium, in manu namque tua sunt omnium jura regnorum et sine te nihil est validum.

Carolus Maximiliani nepos V. istius nominis, templum ~~quod~~ à Carolo Audace ~~fu???~~ inchoatum, liberalitate sua absolvi voluit, annis totis quinquaginta interjectis. Tantæ nobis fuit unum templum post breve tempus casurum extruere.

Cap...  
secesserat

Cap. 24.

Senac. L. 1  
Controvers

Quem à juventute in ordinem imbibit affectum, adulta ætate eidem effusè testatus est. Tam frequens apud Carthusianos erat, Gandavi degens juvenis, ut avelli vix ab ijs potuerit, multas noctes in sacro ipsorum domicilio ( :aulâ non obstante plave vicinâ) transigebat. Eam illic sugens pietatem, quam exercuit in imperio, illumque solitudinis quietisque amorem ut jam maximus existens qui umquam fuere Imperatorum (seu imperij regnorumque latitudinem seu rerum gestarum spectes gloriam, se ipso factus grandior toto admirabilis orbi, deposito diademate et sceptris quietem præponderet et regnis. Unde in ipsum illud Sapientis videtur quadrare : Adonescens juxta viam suam gradiens etiam cum senuerit non recedet ab ea. Secesserat enim biennio ante mortem in Monasterium Hijeronimianorum fratrum Sancti Justi titulo nobilæ in amænissimo Hispaniæ agro Placentino, ut quod reliquum esset vitæ spatium, in animi tranquillitate, sæcularibus curis solutus, deo transcriberet, ut rectè sibi adaptare potuerit locum Ecclesiastici dicentis : In fluctibus maris ambulavi, et in omni terra steti et in omni populo, et in omni gente primatum habui, et omnium excellentium et humilium corda virtute calcavi et in his omnibus requiem quasivi, et in hereditate Domini morabor. Optimus certè virtutis finis est, antequam deficias, desinere.

Ferdinandi primi fratris Caroli et in imperio succesoriss pietas etiam in Ecclesia Scheutana reluxit. Præter fenestram, Sacerdotales casulas et ad aram convestiendam amictum aliamque suppellectilem sacre vestis save lautam atque magnificam geminam varietate distinctam dono dedit.

Annotationes ad Cap. 15.

~~Jean de Berges seigneur de Walheim~~

Jean Seigneur de Lugne

~~Pierre de Frannoij~~)

~~Hue de Melun~~)

Georgius Risch. Vide Bibliothecum Carthusianam Petrei, ubi à doctrina ejus singularis et modestia ac humilitas fuse laudantur. Atque in hunc modum ultimo allocutum Cæsarem Maximilianem (exceptâ prius confessione) refert : Jam Maximiliane, necesse est dignitatis et pompæ omnis obtivisci, cogita jam non Imperatorem : sed Maximilianum iturum ad tribunal Christi : itaque facessat omni elatio. Scripsit opus insigne et perquam utile, nempe Margaretam Philosophicam. Illustravit quoque concordantijs marginalibus antiqua Carthusiensis ordinis statuta. Joannes Eckius gloriatur se huic præstantissimo viro se familiarem fuisse, et multa secretioris theologiæ ac mathematicam ab ipso didicisse.

Frequens apud Carthusianos ) Inter quos tum R.P. Petrus Vassorius cujus consuetudine utebatur quam maxime Carolus. Cur autem hunc præ cæteris dilexerit, facile conijcitur ex epistola Livini Ammonij ad Patrem Petrus Radium priorem domus Carthusianorum prope Trajectum ubi dicit : D. alias Petrus de Casleto Petrus Vassorius Bellocassius inter suos populares et ejusdem ordinis Patres præclari nominis : Quem Philippus dux Burgundiæ et idem post Rex Castellæ pater Imperatoris Caroli V. Suum præceptorem nuncupare solebat : quod ejus pueriliæ Lovanij olim pædagogus et in litteris probisque moribus insitutor fuerit. Nec omittenda, quæ monumenta domus Gandensis de eo memorant : Petrus Vassorius 40 plus minus annis prior extitit, longoque tempore visitorator fuit, hic multum à majoribus nostris laudatus, ab hujus Patriæ Principibus Caroli V Parentibus ipsoque Carolo in honore habitus, qui ultra quam credi potest ipsi fuere familiares.

Horat.

~~Principibus pla cuisse viris non? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?~~

Extat preterea de hoc Petro præclarum æncomium P. Theodorici Locherij à Stratis Brabantini Carthusiæ Coloniensis Prioris, cujus egregiâ industriâ et labore omnia opera Dionijsij Rickelij tijpis excusa sunt. Secundo tomo præfigit epistolam dedicatorem, in qua ita de Vassorio et ad Vassorium scribit. Quamnis scriptum fit : Ne Caudaveris virum in vita sua, non possum tamen penitus subticere, quin obiter alios commore faciam laudatissimæ tuæ vita, quatenus auditis operibus tuis bonis, glorificent patrem nostrum qui in cælis est, et operatur in terris hæc omnia, quæ fiunt in omnibus ad gloriam et honorem nominis sui altissimi. Quis equidem homo profanus audiens te virum eximæ virtutis, omnigenæque eruditione præditum, illustrissimi Principis Philippi Archiducis Austriæ Regisque postmodum Castellæ, genitorit Caroli semper Augusti Romanorum Imperatoris nostri hoc nomine V. olim pædagogum et præceptorem domesticum, pompis sæculi pariter et divitijs atque delicijs viriliter spretis, horridam pauperemque delegisse vitam non animabitur ut eligat in domo domini magis esse quam habitare in tabernaculis peccatorum? Audientes quoque Monachi ordinis nostri quanta tuis exempla præbueris in Valle Regali prope Gandavum, ubi instituta nostra complexus sicuti lucerna super candelabrum posita emicuisti, æmulabuntur te è vestigio. Si quippe religionem intus spectes, nemo te uno devotior et compunctior corde, atque divinorum ferventior contemplator : Si urbanitatem foris, nihil bonorum morum in te desiderari poterit qui omnibus amabilis, cunctisque admirabilis videare. Unde actum est ut mox ubi sedes pioratus vacasset unanimi consensu te unum sibi Monachi præfecissent Priorem ac prælatum humilem, judicum, castum, modestum omnisque virtutis exemplar. Verum inter hæc video quam verissima sit Christi regula, eos apud Deum et homines exaltandos, qui sese humiliaverint in omnibus. Nam ubi tu in hac præfectura te met ipsum ita geris, ac tibi uni à sapiente dictum sit : Quanto maior es humilia te in omnibus. En vir ad sublimia natus in sublime etiam invitus raperis. Porro quia in paveo fuisti fidelis unicam gubernando domum, super multa consitutus es, nempe in caput et præcipuum provinciæ totius moderatorem factus, eo quod talentum tibi creditum non sub terra foderis, sed cum usura retuleris attendens gregi, in quo te Spiritus Sanctus posuit te gubernatorem.

Quintus istius nominis ) Ad quod facete alludens quidam tenuissimæ fortunæ musarum cultor in Lijræ Lovaniensi, merè animum Imperatoriæ Majestatis exhilaravit, ac meliorem reddendi suam fortem, noactus est occasionem, quam tamen neplexit, indoctus fortunâ uti. Rem non injucundam ab ovo, placet hic paucis, quia opportunum, enarrant. Cum fortè Carolus circa id tempus, quo quatuor collegia dictæ Academiæ, in quibus adolescentes philosophiæ præceptis imbuatur, pro palma decertabent, Lovanio transiret : juvenilia ingenia versibus festivis, gratulatorijs, ac exigrammatibus in laudem sui Principis pro more ludebant. Juventus est unus pomper et Jnops Pædagogij falconis aluminus, qui in gratiam, Imperatoris, etiam ausus est disticham publicare, deflens classis suæ, cui quintus tantum locus obtigerat, minus prosperam promotionem, in hunc modum

Ingemuit Falco generoso nomine QVINTI :  
Carole nonnedoles, tu quoque QVINTUS eras ?

Tam arrisit jic lepor Carolo, ut carminis authorem, in conspectum suum adduci mandaverit d'Accersitur itaque ac totus pannosus sistitur Cæsareæ Majestati : A qua interrogatus, quid sibi dari in mercedem exortaret, nihil alius postulavit præter census annum, unde sufficiens haberet, ad laridum cum pisis elixum totâ vitâ comedendum. Plura, sipetivisset, Cæsar fuisset elargitus. Sed ventris illecebris habetata mens, pinguem neglexit fortunam. Infelix æque ut Esau, qui fame stimulatus primogenita sua, pro modico pane ac lentis edulio vendidit. Nisi mavis spretorem divitiarum appellare quia paupere sua forte contentus, ~~non~~ plura non exalgit. Approbarem, nigulæ vitio appetens, ~~cupedias appetens, laborasset~~ se laborasse, cupedias appetendo, ostendisset.



## Caput decimum sextum

De Eminentissimo Cardinale  
 Mercurino Gattinara de Arboreis  
 Monasterij Scheutani inquilino  
 et fautore ac summo cultore  
 Sanctissimæ Virginis.

Post augustos Imperatores adducendus est supremus, eorum Consiliarius et magnus Burgundiæ Cancellarius Mercurinus de Gattinara, cujus egregia largitate et industriâ magna pars domus et templi absoluta est. Non solum hic inter maximos benefactores censendus, sed et Patrum religiosus ~~convictor~~ dicendus convictor. Deposito enim omni fastu, per medium circiter annum in habitu Carthusiensi in dicta æde delituit. Quod tali ratione factum ferunt. Cum magno lustrandi sepulchrum domini Jerosolijmitanum ardore flagraret, ac sacra Palæstinæ loca adeundi voto se obstrinxerat : arduam promissi executionem reputans, et confessario ac medicis iter ob corporis imbecillitatem dissuadentibus, ut in mitius mutaretur à summo Pontifice petijt et obtinuit. In locum enim longinquæ peregrinationis, alia minus molesta ad sepulchrum domini Mediolanense, hominum frequentîâ ex omni Italiæ tractu ad id confluentium celebre, surrogatur : Insuper injunctum ut sex mensium spatio à fluctuantis mundi turbine segregatus pro delictis suspirans, intra septa alicujus monasterij degeret. Ad quod peragendum domum Gratîæ elegit ; ubi omissâ tantisper sæcularium curâ, cælestium contemplationi varabat ; In oratione assiduus, in vigilijs constans, prorsus ut ordinis æmulari disciplinam dixisses. Incredibile est quantâ animi tollerantiâ, spiritualibus totus immersus, adversæ fortunæ nuncium perceperit. Vix enim præfixi termini exactis mensibus tribus quatuorue, ipsum causâ cecidisse, quam pro arce predijsque

Anno 1517. 28.  
 Augusti.

ingentis valoris sustinaverat, renunciatur ; Ad hæc argentere suppellectilis jacturam secisse. Ad tanti detrimenti nova allata, semper eadem facies, idem animus, ut antea, semper inconcussus. Adeò sordent ei transitoria, qui diutius duratura illis æterna quærit. Humanæ salutis hostis, superna sectantes, qua valet potentiâ inquietare numquam desinens; Dum animaduertit, tot adversitatibus Mercurinum minimè deiici, alijs machinis solidum ejus pectus quassaro aggreditur ; æmulos ei suscitatur, qui Margaretæ Sabbaudiæ tum harum Provinciarum Gubernatrici causam talem illum è solitudine revocandi prætexant. Quod publica munia non finerent eum inter cuculattos desidiosum degere. Non ideo illum Senatui à Cæsare præfectum ( : erat enim tunc Parlamenti dolani Præses : ) ut abdicatâ pro semestri prætoriâ togâ, monachali tunica indutus vacaret olio et sibi dumtaxat ; Urgentia negotia et instantes necessitates aliud exoptulare. His obtemperans Margareta, humanissimas epistolas Mercurino scribit, et ut relicto claustro ad functiones redeat hortatur enixè, seque conscientiam ejus exoneraturam. Ad quas ipse, illic pedem efferre sibi non licere, nisi Deo novissimo quadrante soluto, ac prius reddenda eo quæ Dei sunt, postea Cæsari quæ sunt Cæsaris, nec cujusquam conscientiæ debitum aliena satisfactione persolvi. Gubernatrix ulterius instare, vitæ rationem mutaret : sin inde nollet egredi munus resignaret ac pro resignatione ingens illi pecuniæ summa muneraretur, Et ut ~~ad hoc~~ ~~facilius inducatur~~ Decani de Polignij ac Eleemosijnarij sui operam adhibet : Sed nec tali modo adduri potuit, ut muneri renunciaret. Respondebat enim non poste se dignitate, se abdicare, inconsulto Cæsare, cujus ~~nam gubernatricis~~ beneficio hæc ei provincia oblikerat. Ijs omnibus non obstantibus, ~~ejus~~ invidi ejus tantum apud Margaretam effecere, ut dignitate fuerit exutus. Cujus certior factus senatus dolanus, de Republ. et Cæsare optimè meritum, summâ affectum injuriâ litteris Gubernatrici conqueritur. Qui interea se animo gesterit Mercurinus omnibus invidijs, æmulationibus ac fortunæ malis major, non facile dictu est. Omnino forti certè et magno, cujus specimen exhibuit externarum rerum despicientiâ nullique homini

Ex archivis Carthusiæ  
de Scheut.

Lib. 1. officior.

neque perturbationi nec fortunæ succumbendo, quæ verè fortis celsique animi indicia esse docet Cicero. Tenax igitur sancti propositi, in eo usque ad ultimum diem injunctæ pænitiæ perseveravit ; confidens se GRATIÂ Consolatricis Afflictorum, ad quam in omni hac afflictione recursum habebat, aliquando in altum magis erigendum. Nec eum spes sesellit : nam ad summas postea dignitates perverit nullo ambitu, sed merâ Principum gratiâ.

Nunc pauca de Mercurini munificentia, quam Scheutanum Monasterium maximam expertum est. Initio adventus sui, cum multa ædificia incompleta, quædam etiam necdum videret inchoata ingentem pecuniæ summam contribuit peristijlio impendendam, qua magna illius pars fuit ædificata. Adèò effusus extitit in patribus de proprio succurrendis, ut pauci dies ejus benignitate oliosi abirent. Cumque ad Cancellarij dignitatem postularetur à Cæsare, non suis meritis se ei pervenisse, sed Dominæ Nostræ de Gratia beneficio, hoc sibi munus obtigisse agnoscens, bis mille florenos ad templi ædificium persolvit, ne Gratissimæ Matri ingratus filius videretur. Discedens quoque eâdem qua antea largitate utebatur. Absens Partheniorum Patrum memoriam diligentissimè coluit ; Et ut ædificia omnia absolverentur impensè ad laborare non destitit. Quod templo tandem aliquando ultima manus imposita fuerit, ei acceptum referunt : Illius enim interventu Carolus V. ad ejusdem complementum, decem aureorum millia largitus est. Patres ad perpetuam memoriam colendissimi sui benefactoris fenestram in sinistro chori egregiè ac sumptuosè elaboratâ, illius nomine et tesseris gentilitijs insigniri curaverant, sed civili grassante bello, eâdem cum monasterio involuta est ruina **M**

Ex Auberij, Guiciardini,  
Ugolino, Ciaconio  
etc.

Meretur vir eminentissimus, ut qualis et quantus ~~tota vita extiterit~~ fuerit constet lectori ex aliorum scriptis breviter vitam ejus hic referamus.

Nobilibus parentibus Vercellis in Ducati Pedemontano ortus, Paulinum patrem penè infans amisit, cum tamen

Suetonius in vita  
Neronis §.52

indolem præ se ferret maximam. Felicitas Roncia ejus mater lectissima matrona eundem ad optima scientiarum studia inflammavit ; Prudentior Agrippinâ quæ Neronem filium à Philosophia avertit, monens imperaturo contrariam esse) Adolescens studiut didicitque accuratè omnem politioem litteraturam et latini sermonis elegantiam ac naturalem Philosophiam, qui licet uxorem cum tredecim esset annorum Avogadorum primariae Vercellensis nobilitatis feminam duxisset, et unicam tantum filiam Elisam (quam deinde Alexandro Liguriæ Comiti Taurinensi despondit) suscepisset, nihilominus nobilitatem sui generis bonarum litterarum accessione clariorem reddidit. Juri civili et legibus deinde operam dedit, et accedente ad eximium ingenium maximo labore atque industria jurisconsultus evasit suo sæculo facilè princeps ; ita ut ad ipsum in difficillimis, ac penè desperatis causis tanquam ad oraculum homines ex longinquis Provincijs confluerent. Tantam itaque nominis sui celebritatem juvenis adhuc sibi comparaverat ut à Margareta Valesia Francisci Regis Gallorum sorore et Philiberti Sabaudia Ducis uxore ad tutanda ejus dotalia jura à consilijs suis fuerit accitus, quem illa etiam Bresciae et Burgundia Præsidentem faciendum curavit. tantique illum ijdem Principes fecerunt, ut Maximiliani Imperatoris ad Ludovicum XII Gallorum Regem legatus missus pacem inter hoc Pricipes gravissimis de causis dissidentes, summo cum totius Reip. Christianæ bono sua dexteritate ac prudentiâ firmaverit. Author fæderis inter eundem Regem et Remp. Venetam extitit. Caroli V Imperatoris à secretis et consilijs, ac in supremi ejusdem Cancellarij munere ( : Ipso Cæsare per tres diversos nuncios ultrò ei id offerente :). Joanni Sijlvasio successit : cui non tantum ornamentis omnibus illum pacem verum etiam superiorem facit Erasmus. Obiit autem dictum munus annos duodecim summa cum laude, fide et integritate, ut nihil arduum nihil difficile abseque Mercurini consilio fieret Eundem Imperatorem Francisco Sfortia Mediolanensium et Alphonso Ferrariensium ducibus ac Venetis subiratum conciliavit. Eundem ut Bononia à Clemente

Anno 1507

In Epistolis

VII Pontifice Maximo Imperij coronam susciperet sua autoritate permovit, quem cum singularem haberet Patronum et Principem optimum ab illo comitatibus Gattinaræ, Santinaræ, Valentiaë, Marchionatu Romagniani, Baronatu Montisferrati in utroque Siciliae Onengi et Ozoni donatus. A Clemente VII Pontifice Maximo sacra Cardinalatus Purpura solus insignitus est 13. Augusti Anno 1529. Titulo Sancti Joannis ad portam latinam, extra morem non observata creandi forma antequam nimirum ob ei clausum apertumque fuisset : Quanta vero prudentia, æquitate, fide et dexteritate in amplissimis muneribus versatus fit ; Illud inter cætera argumento esse poterit, quod Italus et externus ad supremam Cancellarij dignitatem evector sit ac Imperatori Carolo acceptissimus, Regni proceribus et Principibus viris gratus, ab universo populo plurimum dilectus. Non tamen virtus ejus invidiâ caruit ut ipse ad Erasmum scribit in quadam epistola, ubi ait plurimos eum pertinacissimis odijs infectari et a Cæsaris aula desiderare sublato, eosque prius à se è vita sublato visos. Ita vixit ab adolescentia ut semper in aliquo munere cum honore versatus sit. Clarissimus tandem apud omnes gentes, constructis prius à se duobus monasterijs altero Canoniorum Lateranensium regularium, altero Monialium Divæ Claræ, pecunijsque in alimoniam puerorum puellarumque in singulos annos nubendorum assignatis, cum de propaganda fide heresique tollenda ac Otthomano imperio perdendo cogitaret, cursu vitæ peracto, concessit ad cælites, ut speratur, apud Vindelicos Olnoponti. Cadaver ut ipse mandaverat Gattinaram deportatum, in æde divi Patri Canoniorum Regularium ab se ædificata cum hac inscriptione quievit.

#### Mercurinus Arborensis de Gattinara.

Post multos honores rarissimaque dignitatum insignia quæ summa virtutum fide apud omnes ferè Christianos Principes promeruit : Sedatis tandem suo consilio totius Christianitatis tumultibus firmato fortunatissimi

Caroli per coronationis triumphum Cæsareo scripto placida in pace in  
 Inspruch naturæ concedens in patriam cineres referri jussit suorumque paucis  
 his monumenta laborum posteris annotari. Vixit annos sexaginta quinque  
 Illustrissimi Ducis Sabaudiaë annos novem consiliarius, totidem magnaë  
 Burgundiaë præsidens annos Duodecim supremus et acceptissimus Cæsari  
 Cancellarius, postremò ad Cardinalatum enectus Gattinaraë, Valentiaë, ac  
 Sartinaraë comes, Marchio Romagnini, Heros Montis Ferratti ac Utriusque  
 Siciliaë V. Junij diem felix clausit extremum, Qui vivens publicis semper  
 negotijs oppressus exstitit, Moriens publicus etiam pedibus conculcari statuit.

Ad lævam altaris sub illius cardinalis statua leguntur hæc carmina ejus laudem  
 utcumque perennentia

Quis sum, quis tegor hic humilis sub marmore fossaë  
 Nosce cupis ? vitæ disce peracta meæ  
 Sanguinis arborei sum Mercurinus ab ipsis  
 Progenitus cunis, legibus et studijs.  
 Prima meos vidit Sabadia clara labores  
 Cum princeps lateri jussit ad esse suo.  
 Ex in Burgundis præses maioribus, inde  
 Cæsaris accitu sum datus officio  
 Quidquid in Hispania, quidquid borealibus actum  
 Sive Itali, nostri cura laboris erat.  
 Non aurum nec vis potuit pervertere mentem  
 Jura nec intactæ fallere justiciã ♦.  
 Me duce per ligures perdocta Bononia cæpit  
 Hinc Clemens regni tradidit imperium.  
 Reddita pax cunctis, optata ad fædera duxi  
 Franciscum ac Venetos, Ferrariaëque ducem.  
 Hinc fileo ornatus, Cæsar diademate cinctus,  
 Sumpsimus in Rhesos Vindelicosque viam.  
 Carolus hic Lutheri dum dogmata fæda coercescit  
 Dumque paro in Turcas protinus en morior  
 Non tamen ingratum patriæ censere nepotes  
 Queris manus ingentes nostra reliquit opes

Denique bina Deo cænobia sacra dicavi  
 Canonici pro me solvite rite preces.  
 Vixit Annos sexaginta quinque, moritur in Inspruchi die quinta Junij 1530.

Hujus elogium, ut refert Ciaconbius scripsit, sed non edidit Matthæus Valerius Carthusianus.

Latent quidam fætus eius litterarij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis Tornacensis, quibus hic titulus præfigitur : Sommiere deduction des querelles que la maison d'Austrice et de Bourgoigne ont contre la maison de France, pour la Duchè de Bourgoigne, comme d'autres Paijs usurpees prr la dite maison de France, par Messire Mercure de Gattinare President du parlement de Dole en l'an 1514.

Utinam aliquando in lucem prodeant.

### Annotationes ad Cap. 16.

Magnus Burgundiæ Cancellarius ) Cujus præcipuum munus, habere curam scrinij Imperatorij Principis conscium esse arcanorum, omniaque transigere. Quod ~~Mercurino~~ Mercurino Cæsar abrogavit postmodem abrogavit referente Petus Colins Lib. 2 hist. Angianæ causam indicat.

Le Cardinal Mercurin Chancelier de l'Empereur n'avoit voulu entendre à la rançon pecuniere du Roi, disant qu'en un an de guerre elle seroit entierement consommee, et que le Roi belliqueux ne manqueroit à le provoquer ; par quoy in concluoit qu'il falloit presser et faire instance d'avoir pour ladite rançon, ou le duché de Bourgoigne, ou les villes sur la riviere de Some, declarant au reste librement à l'Empereur, que si son plaisir estoit de passer outre au traité de la rançon pecuniaire, qu'il quitteroit son estat de Chancelier, et lui rendroit les seaux plustost que de signer et sceller un instrument si prejudiciable au service de sa Majesté. Et combien que l'Empereur aijt trouvé son advis fondé en raison et aijt ressentij par les evenements, que son conseil estoit autant fidele que veritable ; si est ce qu'il accepta les seaux, et n'a oncques depuis admis autre Chancelier, qui en eut porté le titre, pour rompre l'Authorité de parler si librement : Liberté mal agreable aux Monarques, qui ont les oreilles trop delicates, pour ouijr des remonstrances veritables, bien que pour leur signalé service prononcees si gravement et hardiment. Successorem tamen habuit in munere Nicolaum Percuotum Cardinalis Granvellani patrem teste Strada teste lib. 2 de bello Belgico, primariae ac raræ prudentiæ virum, Strada teste Lib. 2 de bello Belgico.

Joanni Sijlnasio ) Insulensem Vide facit Marchantiumques Lib. 1 rerum Flandricarum vide et Bruzelinum in Gallo Flandria Lib. 1 Cap. 7.

~~Joanni Silvasio ) Insulensi, sed apud~~

Lib. 5 rerum Austriacarum  
Ad annum 1497

~~Joannij Sijlvasio successit ) Insulensem obiit in Hispania anno 150 eisdem???~~  
~~Marchandium ??? Buselinum in Gallo Flandria L. 1 Cap. 7 ????~~  
~~eum ??? in Epistolis~~ Surrogatus fuerat Joannes, Thomæ Plainio Burgundo  
natione, qui ut scribit Pontus Heuterus, Joanni Carondeleto Schaenpeunusij (?)  
Toparchæ inimicorum calumnijs circumvento, dignitate exuto successerat. Quem  
~~Joannem autem~~ in Cancellariatus munere precessit Gulielmus Hugonettus, qui fuit  
interfectus à Gandensibus Anno 1480. Obijt Sijlvadius in Hispania Anno 1507.  
Epitaphium ei ~~posuerunt~~ uxor et liberi posuerunt Bruxellis in Sa??-venerabilis  
Sacramenti Miraculosi quod ita sonat

~~Clarissum~~ Cl. Domino Joannij Sijlvagio  
Equiti aurato, qui primum gesstit Flandriæ  
præsidentem, mox Cancellarium Brabantia,  
postremum Burgundia Hispaniaque perpetua  
cum laude et pietatis erga patriam, et fidei  
erga principem, et integritatis erga omnes,  
uxoris charitatis et liberorum pietas poss.  
vixit ann. LXIII M.V. obiit M.D.  
XVII-VII Jun.

~~Eundem ut Bononiae etc.)~~



Ut ipse ad Erasmum scribit ) ~~Ad quem li?? epistolas dedisse reperio volumine~~  
~~epistolarum Erasmi, qui aliquos etiam~~ Qui aliquas etiam diversi argumenti  
 Mercurino destinavit. Dignum est notatu : quod, sicut Mercurinus ad territorium  
 Anderlacense (cujus appendix est ager Scheutanus) sese contulerit, devotionis ergò,  
 et animæ medendi morbum, Ita ~~etiam~~ Erasmus ad corporis ægritudines depellendas,  
 tuendamque sanitatem eodem venerit uno aut altero post anno, ut colligere est ex  
 varijs ejus epistolis, ad varios magni nominis viros ex Anderlaco datos. Præsertim ex  
 illa quam scripsit Anno 1519 idus Junij Jodoco Jonæ. Item ex illa quam Conrado  
 // Goelenio ; ubi sic loquitur. Equidem existimabam ante hac voluptatis dumtaxat gratiâ  
 // priscis tantopere Laudatam vitam rusticanam. At me res ipsa docuit non perinde  
 // jucundam esse ac salubrem. Perîè perierat Erasmus in urbibus. Adeo sine, fine  
 // nauseabat stomachus. Jam non uno cum medico mihi res erat, præscriptæ potiones,  
 // catapolia, clijsteres, pulnisculi, unguenta, balnea, emplastra, quid non ? Nec interim  
 // vacabat ægotare : ita negotijs subito exortis aliunde vocabar alio. Itaque compositis  
 // sarcinis conscendo equos : famulus rogat, quo me conferrem : ubicumque inquam  
 // arridebit cælum blandum ac salubre. Vix hic biduum egeram febris aufugerat in malam  
 // rem, stomachus valebat. Planè mihi visus sum hoc rure repubescere. Et in alia ad  
 // Guielmum Budæum, quam tali epilogo finit. Hæc scripsimus ex rure Anderlacensi,  
 // quando suo exemplo provocati, cæpimus et ipsi rusticari, sed utinam liceat, et suo  
 // exemplo ædificare. Ut cumque habet, sic mihi successit hæc rusticatio, ut post hac  
 // // singulis annis eam sum repetiturus.

Nactus autem fuit domicilium Erasmus apud Petrum Wichmanum inibi Canonicum et  
 scholasticum : ~~Anderlacensem~~ ut colligere est ex unus epistolarum inscriptione. quam  
 Brugis ad Wichmannum dedit, vocans eum hospitem suum. Ædes Wichmannias nunc  
 incolit nobilis familia de Wellemans; In ijs etiammum Erasmi cubiculum respiciens  
 civitatem ostenditur. Suspisor apud hunc potius virum quam alibi hospitium elgisse,  
 quod bonarum artium ac musarum esset cultor, ~~ejus fontè gratiâ illius antea~~ quarum  
 forte gratiâ, illius, antea ambiverat amicitiam. Juvenes tum etiam Petrus instituendos in  
 lingua Latina alebat : quorum è munero ~~¶~~ Joannes Bartholdus nobilis Hollandus,  
 Hagæ comitis natus, hic denatus, et sepultus ante aram B. Virginis, è cujus regione  
 epitaphium sequens in pariete legitur.

Joannes Bartholdus optimis parentibus  
 Cornelio Joanne à Bartholtz  
 Sæcratissimi Cæsaris Caroli V.  
 Hollandinæ Curiaë foendorum  
 Griffario et Catharinæ  
 Bartholomeà à Zeecwaer  
 in Haga comitis genitus  
 dum hic Anderlaci domino  
 Scholastico Petro Wichmamo  
 præceptore graviter bonis dat  
 operam litteris. Annos natus  
 tredecim fatis concessit  
 Anno domini M.D.XXXII.  
 die julij vigesima, cum  
 Christi fidelibus hic inhumatus  
 Requiescat.

Ipse Wichmannus terræ mandatus est circa ~~1532~~ suggestum. Candidus lapis  
 claudit tumulum ~~1532~~ inscriptæ primæ littere nominis et agraminis

P et W.

cum hoc inscriptione  
 H.R.I.P.G.L.N.L.  
 D. Petri Wichmam  
 SA. CAN. etc.  
 SCHOLAST.  
 H. BASIL. O.I.8.  
 M.F.  
 A° 15 : 35 )

Observandum non procul à Petri sepulchro in sribem effusas aquas, quibus ossa  
 Sancti Guidonis (~~quid hactenus abluta fuere scriptores omnes 1532 verunt~~) dum ab  
 Odoardo Episcopo Cameracensi sunt exhumata, ~~abluta fuere~~ abluta fuere. quod  
 duobus versibus, in circuitu lapidis locum occludentis incisus, infirmatur.

Hic Confessoris Sancti jacet unda Guidonis

Quâ fuit ablutus et a ~~postea~~ præsule canonizatus.

Hujus rei notitiam non videndur, habuisse, ~~omnes~~ authores, qui ejus vitam scripserunt  
 : cum hactenus nullus indicaverit.

De habitatione ~~Erasmi~~ in Anderlaco panxit sequentes versus ~~Justus Vadderius~~ ibidem  
 Canonicus, fæcundus ~~???~~ nec inelegans poëta.

In Ecclesia D. Petri Anderlechtensis a latere sedis Conciatoriarum, ex  
quadrangulâ lapide pro sepulchro habetur pro ut sequitur.

H.R.I. P.G.L.N.L.  
D. PETR. WICHMÂ'  
SA. CAN. etc. SCHOLAST'  
H. BASIL. O.I.8.M.F.  
A° 15 : 35



ciboire

écu

~~Marchio Romagnini)~~

~~Heros Montis Ferrati etc)~~

## Caput decimum septimum.

De Franciscum Buslidio  
Episcopo Besontino.

Ab Arlumum Luxemburgensis ducatus oppidulum antiquitus Aralunæ dictum, vulgo Arlon sedes Buslidianorum. Ara-Lunæ ad Aram Virginis, quæ pulchra est ut lunæ, se quoque contulit ~~quoque~~ magnum ~~illud~~ Luxemburgensis illud territorij sidus, quod in Bisuntina Cathedra, corruscavit, Franciscus Buslidius, ~~non minus~~ in Divam non minus pius, quam benignus in ordinem Carthusiensem ~~?????? liberalitatem ejus sunt. In eum sic modum~~ sic rem familiarem reseravit, ut quatuor patuerit asceterijs, Lovaniensi, Antverpiensi, Capellæ et Scheutano. In quibus non satis illi fundasse cellas : sed et dotem quibusdam adjecit. Præter animi munificentiam plures in eo virtutes relucebant, ut ipsam probitatem, in ipso sedem fixisse dixisses, Ad hæc splendor et nobilitas natalium accedebat. Quippe pater illi fuit Ægidius eques auratus prosapia nobili editus Philippo bono ac Carolo audaci Burgundiæ Brabantiaque ex ordine ducibus à consilijs. Vir rerum usu ac manu promptus, qui pugnata in feliciter apud Nancæum pugnâ Caroloque venis exempto, fractis ac consternatis civium suorum animis hastas abijcientibus, res patriæ in perditis ac desperatis habentibus, plenus animi, oppida, arces omnesque Luxerburgi aditus militaribus præsijs, annonâ, machinis bellicis munivit atque confirmavit et Luxemburgum suum ab hostium excursionibus et dominatu non cunctando, ut Fabius, at summa celeritate et prudentiâ singulari tutatus est.

Valerius in Enconnio  
Collegij Trilinguis  
Buslidiani

Haræus in annalibus  
Brabantia

Patris secutus vestigia □ Franciscus, virtute duce ad summos honorum gradus pement. Decurso enim Coloniae in ulijs artiam liberalium spatio, lustratisque Germaniæ, Galliæ Italiæque academijs. Postquam Perusiæ, quæ celebris Italiæ universitas, doctor Canonum esset renunciatus Romam orbis et urbium dominam de via salutavit et in forensibus inibi negotijs versari viresque ingenij cæpit periclitari. Hortantibus deinde maximè Henrico à Bergis Episcopo Cameracensi, ac Nicolao Ruthero gentili suo, Atrebatensium postea antistite et Collegij Atrebatensis in Academia Lovaniensi fundatore, in Maximiliani Cæsaris aulam concessit Haræus in annalibus Brabantia, dicit Ægidium hanc obiuisse provinciam : sed erroneè datasque est mox moderator formatorque pueritiæ Philippi Austrij Maximiliani filij et bonis in litteris institutor. Quoquidem in munere

adeò prudenter est versatus et se suamque industriam Maximiliano Patri filioque Philippo ita probavit, ut amplissimus ad S. Lambertum apud Eburones ac ad S. Donatianum apud Brugenses Præposituris fuerit honoratus. Vir certè totus ad gloriam (Erasmi elogium est in panegirico ad Philippum regem) ad res maximas natus, factus ad utilitatem patriæ, sculptus ad ornamentum aulæ Principalis, ad tuendam, decorandam, ampliandam Imperij Austriaci majestatem datus divinitus. Ille videlicet hoc erat Philippo quod Agamemnoni Nestor, quod Philippi Macedoni Parmenio, quod Alexandro Leonidas, quod Dario Zopijrus. Hinc varijs apud Cæsarem in Germania, apud reges in Hispania ac Gallia summa fide, diligentia dexteritate ac prudentia defunctus legationibus insignis caduceator extitit, nihilque duxit antiquius, quam ut exarcebatos regum potentissimorum animos, positus dissidijs ac sedatis discordiarum flammis, ad pacem concordiamque, qua erat ingenij sollertia et eloquentiâ revocaret ac firmo amicitiae glutino conjungeret.

Anno 1498.  
II Kalendas  
Decembris ab Alexandro  
VI confirmatus

Crescente viri famæ, ac virtute latere nescia, Vesontionibus apud Sequanos datur archiepiscopus qua in dignitate constituto nihil de Pristino reip. Santæ tectæ conservandæ studio decessit ; sed et Ecclesiæ sibi creditæ commodis, ac populi saluti, tametsi aulicis obrutus immersusque negotijs, consulere non destitit. Jus suum Ecclesiæ sponsæ vindicavit, palatium instauravit, arcem quoque Gijacensem bello Gallico excisum erigere à fundamentis cæperat et magna ex parte perfecerat. At ò inanes spes ac fallaces cogitationes nostras ! hæc et alia mors interceptit omnia : pluraque Ecclesiæ ac Reip. bono meditatem de statione dejecit, dum Philippum regem ad capiendum regni habenas in Hispanias trans Pijrænæos profectum mantes esset secutus anno 1502 23 Augusti. Toleti in monasterio D. Bernardi extra urbis muros, ubi diu ægrotus decubuerat inibique sepultus. Cor Vesmitionum missum, et in tumba ærea conditum Paulò ante obitum à Papa Alexandro Sexto, comprobantibus Sanctissimi Purpuratorum Patrum Senatus suffragijs S.R.E. Cardinalis et Taurinensis Antistes fuit designatus sed invida morte prænentus purpureum non vidit galerum § ut ~~illius~~ Athletà Crotoniata de quo Ælianus, L. 9 qui cum victor è certamine Olijmpiorum discederet ad Hellanodicas, ut coronâ potiretur, deficiens animâ ~~est cum repp~~ palmâ victoriæ fr ?i non potuit. Sacris locis quam plurimus regia dedit dona. Pauperibus vero distribui jussit viginti millia anneorum Liliorum. Media quoque amplissima fratri suo

Pontus Heuterus  
§ toute une phase barrée  
illisible

Hieronijmo supheditavit(?) quibus magnificum illud trium Linguarum collegium, quod in Academia Lovaniensi Buuslidianum Trilingue, ut vulgò à studiosis nuncupatur, in quo perpetuis temporibus Hebraica, Græca et Latina lingua publicè docerentur.

Tres Francisco fuere gemani fratres doctrinâ excellentes Hieronijmus, Valerianus et Ægidius à quibus triplex ei positum fuit epitaphium.

Primum.

Luxenburgus eram, lunæ contraxit ab ora  
 Nomen is, unde fulsit origo, locus.  
 Arlum etenim quondam phælicolnere sorores  
 Romani, et cupiens præsia Trevir eques  
 Me pater Ægidius genuit Busleidius : artes  
 Edidici pulchras, jus quoque Pontificum.  
 Austrius est usus me præceptore Philippus  
 Ultima in Hesperia qui tria lustra tulit  
 Martia Roma, triplex et Gallia, Rhenus et Ister  
 Novit et eloquium Bætica terra meum.  
 Quomecumque pius legati munera Princeps  
 Inssit obire, domum non sine honore redi  
 Sæpè ego freudentem retrusi in vincula mortem  
 Icto Prinipibus fædere compositis.  
 Aurea Chrijsopolis, sequani Vesontio Regni  
 Maxima pontificem me jubet esse suum.  
 Non patris officium sivi, non munera sponsi  
 Negligo, qui? Templi jura reposco mei  
 Multa nocte gregis meditabar commoda, quamnis  
 Curia me curis angeret assiduis.  
 Ære Gijaca meo cæpit pulcherrime moles  
 Fungære, sed retuit pergere vita brevis.  
 Nam sua fila truces cum retraxere sorores,  
 Mors apud Hispanos me rapit à medio  
 Huc mea sponsor, tibi cor misi : nostra Toletò  
 Proximæ Bernardi collocat ossa domus.  
 flecte deum p̄cibus pro me facture sacerdos  
 Sacra, fer et summo mijstica vota deo.  
 Sexus uterque mihi, te quæso precare salutem  
 Dic, Francisce vale, lætus et astre petas.

Secundum

Quæ sunt hæ lachrijmæ ? fratrum. quæ causa sepulchri ?  
Verus amor, qui nil impia facta timet.  
At quis hic antistes ? Franciscus ritè secundus,  
Qui dedit huic ædi tempore multa brevi.  
Sæpius et mortem qui trusit in arcta furentem  
Vincula, divino præditus eloquio.  
Ergo age Francisci, dic candide lector avete  
Manes, et superum visite pontificem.

Tertium

Quis tibi Pontificum Vesuntio plura secundo  
Francisco tribuit ? tempore nemo brevi.  
Quem si fata virum sernassetn, aurea certè  
Tota fores, veteri nomine digna tuo.

Ægidius, Valerianus et Hieronijmus  
Buslidijs Francisco fratri cariss. pos.  
Anno M. D.II

In ambitu Carthusiæ Lovaniensis ad ingressum cellæ primariæ à Francisco extractæ et  
dotatæ sequentes de eo inscriptiones leguntur.

Sum Bisuntinus flamen Busleidius, alma  
Pacis opus, Martis hostis, amorque ducum  
Me Luxemburgum terris, Hispania Parcis  
Addidit, ast claris facta decora viris  
Cor Bisuntinis misi, liqui ossa Toleti  
Flevere examinem Rex pius et patria.

Alia.

Quod magneti adamas, Æneæ fidus Achates,  
Quod Marti alma Venus, Egeria atque Numæ :  
Hoc Franciscus erat Patriæ, Regique Philippo  
Buslidius, reparans fædera, bella fugans.  
Reddite jam inucti laudes, et justa sepulto,  
Quem merito in patriam quis neget esse patrem.


Tertia


Sum Lucenburgus patria, sum semine claro,  
Clarius his nostro lumine lumen erit.  
Ad mea rex magnus lusit rudimenta Philippus  
Austrius, Hispanum quem sequor usque solum.  
Camposui reges, digessi publica pacis  
Et regi et Patriæ suasor opusque sui  
Mars sese pulsum quæritur : mors fæna querentem  
Vindicat, hinc que furens me rapit, ille redit.





Majorum Francisci ac Posterorum Ægidij fratris sui per quem solum Buslidiana familia propagata, genealogicam subjungo tabulam.

Laisse en blanco 2 pag.









## Annotationes ad Cap. 17.

« Fratri suo Hieronijmo ] de quo et ipso Francisco ac Ægidio præclara extant elogia  
 « apud Erasmum in colloquijs, dialogo, qui inscribitur. Epitalamium Petri Ægidij.  
 « dialogistæ sunt Alijp. Babbinus, Musæ in hunc modum de Buslidiana familia et  
 « ~~domus~~ tribus prætactis fratribus discurrentes. Musæ Non dubium est quim tibi notum  
 « sit toto orbe Buslidianorum nomen. Alijp. Heroicum genus nominasti, et ordinandis  
 « summorum Principum aulis natum. Quis enim non veneratur magnum illum  
 « Franciscum Buslidium Bisontinæ Ecclesiæ præsulem, qui unus non unum Nestorem  
 « præstitit Philippo, maximi Maximiliani filio, Caroli, qui major futurus est, patri?  
 « Musæ. O felices nos! nisi fata virum illum terris innidissent. Quantus erat ille  
 « mæcenas honestorum studiorum, quam candidus fautor ingeniorum. Sed reliquit  
 « fratres duos : Ægidium admirabili judicio prudentiaque virum et Hieronimum. Alijp  
 « Hieronijmum nominis omni litterarum genere perpolitum omni virtutum genere  
 « decoratum. Musæ, nec eum fata longæuum esse patientur, tamethi nemo dignior est  
 « immortalitate. Alijp. unde ista nostis? Musæ, Apollo nobis denarravit. Alijp. quænam  
 « est ista fatorum invidia ut optima quæque protinus subducant? Musæ Id quidem non  
 « est hujus temporis philosophari : sed Hieronimus hic cum laude moriens universas  
 « opes suas destinavit instituendo Lovanij collegio, in quo gratis et publicitus tres  
 « linguas eruditissimi viri profitebuntur, Ea res magnum ornamentum adjunget et studijs  
 « et Caroli gloriæ tunc non illibenter versabimur Lovanij. Hactenus ille ~~Λ De Ægidio~~  
 « varia sunt aliorum doctissimorum virorum testimonio, Unum et egregium illud Erasmi  
 « adduco pro cunctis Hieronijmi, inquit, laudis non minima portio debetur germem  
 « Ægidio Buslidio qui sic sua et fratris testamenta, imo sic litteris ipse litteratissimus, ut  
 « malit eam pecuniam juvandis studijs omnim quam suis scripijs augendis dicatam. Vide  
 « Epistolas esse bi ??? ad Ægidium scriptas Item Joannem Secundum Hagiensem  
 « Epist. Lib. 2 quæ sic incipit.

Libro de ratione  
 veræ Theologiæ

~~Quæ tibi promissa grates Xenophonte referdam(?)~~

~~Munera, Bustidie celeberrimum gloria gentis.?~~

In Cuconio  
 collegij Trilinguis  
 Buslidiani

~~Vide eundem eodem tractatu lib. 2 Ode tertia.~~

Λ De Hieronijmi vitam eleganter quædam è suggestu declamanit Valerius Andreas J.V. doctor Lovaniensis, quæ tijpis postmodum edita : verum quia nunc rara, ex reperto exemplari depromta, hic duxi ad scribenda :

Ad Hieronimum inquit venio, alterum Buslidianæ familiæ Columen, et Collegij hujus parentem. Is à teneris statim annis felici præditus indole atque ingenio, genio quodam ad litterarum ferebatur studia : quibus Lovanij degustatis ad juris prudentiæ factis initijs, Italiam Disciplinarum Matrem instituta, veterum, fratrisque exemplo honesta studiorum peregrinatione, adiit, atque Bononiæ, quæ urbis multos patriæ ac Principibus utiles viros peperit, substitit supremà Juris laureà insignitus, ad suos redijt. Venersus tamquam per quosdam dignitatum gradus, ad summa conscendit e Canonico namque Cameracensi ad D. Mariæ, Bruxell. ad D. Gudilæ, Machliniensi ad D. Rumoldi, Aëriensis apud Artesios Canoniorum Collegij Præpositus creatus est, ac demum Regius Amplissimi Senatus Belgici, Consiliarius, libellorumque supplicum Magister renunciatus ; quæ in functione quæ propria Buslidiorum semper laus fuit, fidelem se Regi, utilem Reipublicæ, gratum et benignum omnibus præbuit. Et quod rei caput est, unus ferè eà exitibit tempestate inter Belgij nostri optimates Doctissimorum virorum fautor ac Mæcenas : cujus palatium (quod magnificè a se exstructum incolebat) tanquam Musarum quoddam domicilium libris græcis latinisque, manu tippisque descriptis, alijsque antiquitatum cimelijs refertum, doctis patebat omnibus. Luculli illius magnifici ædes dixisses, quas viris eruditis prijtanæum quoddam et aram fuisse memoriæ proditum est. Atque hoc etiam nomine non semel a Thoma Moro, Angliæ cancellario, atque Erasmo celebratur : quibuscum de restaurandis apud Belgas suos litterarum Studijs

Hieron. Busleidius  
Constituit ~~Hieronij-~~  
~~mus~~ unum Collegij  
sui provisoribus  
Carthusiæ Lovaniensis priorem ~~in~~

1503. 8 febr.)

Plutar. in Lucullo)

agere solitum simile vero est. Videbat enim ac dolebat iacere Lovaniij, et deprimi studium earum : indicabat autem sine his gradibus facilem nulli ad altiora pateræ aditum : amœnioribus hisce studijs animum primum formari atque excoli oportere ; ab illis Sapientiæ decreta robur, nervosque solidiores accipere. Viderat iam ante in Italia, Gallia et alibi, pulsà paulatim barbarici caligine Litterarum, ac linguarum lucere solem, in omnibusque ferè celebrioribus Europæ Scholis regnare mansuetiora hæc ac politiora studia ; præmijsque ingentibus evocari, qui ea profiterentur. Unum itaque in votis illi erat malo hinc in Belgio Magis magisque sensim grassanti medelam aliquam adferre : Litteras, Linguasque Reip. Christianæ ornamenta atque præsidia, quasi postiminio revocare ; aut si vivo illo videntéque fieri id fortasse non posset, à morte saltem conatum ea in re suum, industriamque testatam posteris reddere.

1517. 22. Junij.

Itaque a Rege Catholico, Belgarumque Principe Carolo V. Legatus in Hispanias missus, priusquam initer sese daret, ne quid forte, ut fieri solet, accideret humanitus extremæ voluntatis tabulas Machliniæ condidit, Codicillos Burdigalæ, quæ vitæ illius statio fuit ultima, adjecit : deposuitque apud Joan. Silvagium, Burgundiæ Cancellarium, et Ant. Sucquetum, Cæsari a sanctorib. Consilijs; quos Legationis suæ nactus erat comites. Obijt autem Burdigalæ, ut dixi, virentibus adhuc annis magno bonorum atque eruditorum virorum desiderio, suorum luctu, Principis patriæque damno : Corpusque Machliniam ut iusserat, delatum, atque ad S. Rumoldi depositum.

1517. 27. Aug.

21. sept.

24 sept.

Epitaphium ei trilingue, scripserat Desid. Erasmus, quod factionibus ac tumultibus

hisce Belgicis dirutum, ut nihil novatoribus illis stetit intactum. Bonum tamen factum. Inscriptio illa trunca licet ac mutila, typorum beneficio hominum furiosorum manus flammisque evasit Latinam ad viri magni depictam imaginem ~~???? quod integra~~ ejusque laudes ~~????~~, hic judico appendendam.

Nominis Buslidiani proximum primo decus,  
Itane nos orbas, virenti raptus ævo,  
Litteræ, genus, sanatus, aula, plebs, ecclesia,  
Aut suum sidus requirunt, aut patronum flagitant.  
Nescit interire, quisquis vitam honestè finijt,  
Fama virtutum perennis vivet usque posterijs,  
Eruditio trilinguis triplici facundia  
Te loquetur, cujus ~~opibus~~ opibus restituta restoruit.

Lib. de rationæ veræ  
Theol.

De Ægidio varia sunt doctissimorum virorum testimonia. Unum et egregium illis Erasmi adduco pro cunctis : Hieronijmi, inquit, laudis non minima portio debetur germano Ægidio Buslidio, qui sic favet fratris testamento, imo sic litteris ipse  
« litteratissimus, ut malit eam pecuniam juvandis studijs omnium, quam suis  
« scrivijsaugendis dicatam. Vide epistolas ejus binas ad Ægidium scriptas. Item quam ad  
« Joannem Lascarum Constantinopolitanum. Joannes Secundus Hagiensis in suis epistolis Ægidium laudibus exornat, ubi sic inchoat :

Lib. 2. Epist. 1.

Quæ tibi promisso grates Xenophonte rependam  
Munera, Buslidiaæ celebrima gloria gentis.

Vide eundem eodem tractau Lib. 2. ode 3.

Lib. 4.

Ægidius Buslidius dominus de Leverghem ) summâ prudentiâ vir, quam in eo laudat Petrus Colins in historia Angianâ, scribens de duce Arschoano, quem ~~ægre ferens~~ ~~????~~ videret Comitem de Fuentes, Archiduce Ernesto mortuo, harum provinciarum gubernaculis admotuij, sibi que prælatum, cui, ut dicebat tanquam aurei velleris Equitum Capiti, regimem Belgicum Patria consuetudine debebitur in hunc modum Ægidio, conquestum narrat. : Ce non obstant, inquit author, le Duc, d'Arshot aijant esté en acquit de son devoir a la chapelle de la cour, voir le corps de l'Archiduc, et ij faire ses prieres, trouva moiijen de parler au bourgemaistre de Bruxelles, qui estoit lors le Seigneur Busleijde, auquel il se plaignoit d'estre traversé et empsche de jouir du droit, qui luij competoit au gouvernement,



implorant le suffrage et adjoinction du magistrat de Bruxelles. Il répondit prudemment que ce coup la ne dependoit de leur pouvoir ; mais que les Estats de Hollande en seroient estonnés, d'avoir esleu un Espagnol au gouvernement du paijs : si que ledit Bourgemaistre nij personne ne voulut jeter la premiere pierre. Hæc ille Reipublica Ægregiam navavit operam, primaria in ea obiens munia ; Sexto enim fuit consul Bruxellensis renunciatus. Tandem fascinum onere ferendo fessus : cum ab Archiduce Alberto, magistratui iterum videretur præficiendus, multam prece institit, raro exemplo, ne imposterum id muneris sibi defereretur ; Mallens Deo conservare ultimos vitæ annos, quam vanis honorum titulis extendere mortalem gloriam, quam ambitione tumidi ad ipsum usque sepulchrum sectantur. Verissimè cecinit Bilbiliensis Epigrammatista

Martialis Lib. 1. Epig.  
5°

Non impudenter, vita quod reliquum est, petit,  
Cum fama quod satis est, habet.

L.1. Epis. 23

Quo etiam respexit  
Et Junior Plinius in amænis suis epistolis : Prima vitæ tempora et media patriæ,  
extrema nobis impertire debemus. Lugubrem næmiam manibus Ægidij dicatam ac  
encornia exprimentem, placet representare.

~~Philippus Buslidius Religiosus Dominicanus ) fundavit monasterium  
Dominicanorum Vilvordiense~~

~~Cæterum rotandum Toparchiam de Busleijden, non procul à Bastonia sitam, ad eam  
plagam, qua Luxemburgum tenditur~~

P

one igitur, Bruxella, tuos Vrbs Regia cultus,  
 Et lachrymis confusa nouis expende dolorem,  
 Quem tibi dant iam Fata nouum. BVSLIDIVS, ille,  
 Ille tuus Pater, & sacri pars magna Senatus  
 Deposuit fessum caput, intrauitque sepulchrum.  
 Ite citi Fontes, non iam salientibus vndis  
 Est opus, in lachrymas mutanda est lympha perennes,  
 Si tamen est quæ sufficiat mutata dolori  
 Lympha tuo. Cecidit BVSLIDIVS, inclytus ille  
 BVSLIDIÆ splendor stirpis, quo magna Nepote  
 Nomina, BVSLIDIO clari de sanguine Manes  
 Attollunt animos, olim dum vita maneret,  
 Delitiæ Regum. O Pylas transcendere metas  
 Digne Senex ! cuius pectus Prudentia sedem  
 Legerat, atque Animum Pietas innata regebat.  
 Mens cuius Virtutis erat Prænobile Fanum,  
 Consilijque Domus. Testes redeuntibus annis  
 Emeriti Fasces ~~septem~~ bis ter, quos inclyta longo  
 Affectu Bruxella colens mirata laborem est,  
 Et Pacem mirata suam. Sed & insuper ipsum  
 Quæstorem cum nacta suum est, mirata laborem est  
 Rursus, & optatæ gauisa est tempore vitæ  
 Diuitijs animosa suis. Non laudibus istis  
 Assurgunt equidem Manes, sed certa silere  
 Fama nequit, longosque petunt ea facta dolores.  
 Maxime Dux, ALBERTE PIE, hic tua lumina multis  
 Turgerent lachrymis, vitam si fata referrent,  
 Delitium fuit ille tuum, & Mens rebus agendis  
 Cognita : quin etiam toties, dum fortè iuberet,  
 Sollicitâ inuitus Fasces tota Vrbe resumpsit,  
 Reddidit & Populo Pacem. Fugiebat Honorem,  
 Ipse illum querebat Honor ; tandem vltima vitæ  
 Percurrit spatia & fessis vitam extulit annis  
 Inseruitque Polo. Meritis dignissima merces  
 Fama æterna data est ; nunquam nam Ciuibus ipse  
 Excidet ; En lachrymæ testes ; testesque dolores,  
 BVSLIDIVM Bruxella suum Pia semper amabit.

## Caput decimum octavum

Sijllabus plurimorum  
benefactorum Partheniæ  
domus

L. 1 de benef. Cap. 2.

Nemo, inquit Seneca, beneficia in Calendario scribit : data nempe, alioquin in formam Erediti transeunt. Accepta verò annotare grati est animi, et gratiæ memoris obtentæ. Nullum tam exiguum recepit hæc Carthusia, quod non exactissimè suo Calendario consignavit ; Eorum Largitores, ~~licet dignitate seu natalibus minores~~ Licet quosdam inter illos dignitate seu natalibus minores, superioribus, munificentia seu affectu et charitate, si non planè pares, proximè tamen pares, hic recensebo. Primus occurrit. Illustrissimus ac Reverendimus d. Ludovicus Barlemontius, qui in majori Ecclesia de Scheut consecratus fuit ~~Archi~~ Archi Episcopus Cameracensis.

Arnoldus Dux Geldria  
qui camere inclusus indignè  
habitus fuit à filio  
Adolpho 1465  
N. Comitis de sore A°  
1612  
N. Baro de Liques junior.  
A° 1629.  
Obijt 1468 sepultus  
Graviæ ad Mosam

Carolus de Groote Brabantia Cancellarius in familiam Carthusianam de Scheut dum vixit egregiè loci : Fuit hic sepultus (septima videlicet Februarij Anno MCCCC LXXXV) egregius dominus Cancellarius Brabantia, Magister Carolus de Groote frater confratris nostri Joannis de Groote qui ordinavit ante obitum suum fieri hic unam cellam, scilicet juxta portam ambitus versus meridiem. Et mox qui etiam contulit huic domui multa alia beneficia etc. Anno LXXXVII XVII Septembris elevata fuit hic de sepulchro suo uxor quondam Magistri Caroli de Groote Cancellarij Brabantia quæ fuit hic sepulta anno domini LXXXII. et posuimus eam in sepulchro viri sui ante januam cellæ suæ, quam præfatus dominus jussit fieri, sub magno Lapide, sicut præfatus dominus in vita sua desideravit. Vidi biblia exiguo sed nitidissimo caractere scripta, à præfato Cancellario domui de Scheut dono data. Vide Cap. 11 et 12. Infra Genealogiam ejus exhibeo.

Stephanus Nardinus Foroliniensis Referndarius apostolicus egregia virtute vir, à Pio 2. Pontifice in Germaniam Internuncius missus, à Paulo 2. Mediolani Archiepiscopus factus et à Xijto IV. Cardinalis S.R.E.T.S. Mariæ Transtiberim, Collegium Nardinum Romæ instituit, in quo perpetuum jus archiepiscopi esse voluit. Solemnium litaniarum triduanarum librum multis ante sæculis conscriptum, temporum injuria penè intermissum restituit. Anno 1567. antequam ad supradictas dignitates fuisset promotus in Carthusiam hanc beneficis extitit : ut annotatum reperi in libris computuum.

Hieronimus Vander Noot Cancellarius Brabantiae ??? nobili ???—stirpe progenitus, de quo domesticum Calendarium ita loquitur : Dedit magnam summam pecunniæ pro nova Ecclesia, tam ad lapides pavimenti quam ad sedes chori, ~~pro~~ ~~insignia ejus ostendunt~~ et fenestram in ambitu ad partem australem sequens est apud Carmelitas regularis observantiæ Bruxellis i D. Virginis Sacello ubi legitur sequens epigraphæ :

Hieronijmo Vander Noot, viro cum generis splendore,  
tum virtutum omnium genere ornatiss. Equite aurato,  
annis XVII. Brabantiae, Carolo V imperante) Cancellario,  
ac Mariæ à Nassau, parentibus optimè meritis proles  
Pientiss. æternum gratitudinis monumentum poss.  
Vitâ defunctus est ille, anno ætatis suæ LXXVII  
Hæc XL. A Christo nato, ille M.D.XL.XVIII febr.  
Hac M.D.XXI. II Januarij

~~Uxorem habuit ex illustrissima familia de Nassau, et sepulchr.~~ filium habuit Guilielmum togâ quoque in eodem senatu illustrem, et in eodem sacello requiescentem. Ut inscriptio sepulchralis, hæc verba præse ferens edocet

D.O.M.

Clariss. Domino D. Guilielmo VANDER NOOT  
Equiti, Regiæ majestatis in supremo sui ducatus  
Brabantiae senatu ~~B~~ Consiliario primo, ac vice cancellario,  
feudalitique Curiae, dum viveret vicario : post multos sudores  
summosque labores, amplius quam XLIII. Arm. in  
præfatis publicis functionibus erant latos, et pro fide sua  
erga deum et Regem ad annos aliquot exulare coacto,  
et interea conjuge chariss. D. MARGARETA  
DE RAVESCHOT, matrona gravissima, in urbe  
Leodiensi orbato : tandem postliminio reverso,  
multoque senio confecto, hic juxta paternum  
D. HIERONIJMI VANDER NOOT, etiam Eq.  
ac dicti senatus Cancellarij, maternumque  
D. MARIE DE NASSAU, et avetum D. WALTHERI  
pariter Ed. domini de Rifoire et Westwesele, divorum  
PHILIPPI ac CAROLI Ducum Brabantiae cubicularij  
et consiliarij, ac Dominæ DIGNÆ VAN GRIMBERGEN  
regione versus altare aliaque varia tam agnatorum,  
cognatorum quam affinium in hoc sacello obvia sepulchra  
ejus voluntati supremoque elogio pie morem gerentes  
Hieronijmus, Antonius, Adriena, Hieronijma liberi  
et heredes M. Poss. Obijt Kal. Januar. M.DXCI  
Æt. LXXVI

Valentinus de Hulgaria Canonicus ad S. Petrum Lovanij reliquit pro dotatione unius cellæ 20. Rhenenses annuè, alia præterea beneficia præstitit.

Wilhelmus de Mesmaker Maritus Margaretæ Uijttenberghe de qua Cap. 8  
Petrus Fabri Capellanus Anderlacensis  
Walterus Leo Canonicus D. Gudulæ  
Petrus Vander Noot Consiliarius Brabantiae Pater Philippi monachi in Scheut  
Nicolaus de Valckenisse Archidiaconus Antverpiensis vide Cap. 21.  
Joannes Elzelaer, magnus benefactor domus, hic sepultus cum duabus uxoribus

Joannes Lapidida dedit præter multas eleemosinas partem Ligni S. Crucis.  
Joannes de Thijmo Canonicus S<sup>tae</sup> Gudulæ.  
Joannes Comperis Canonicus Antverpiensis ordinavit 2. missas in sacello B. Mariæ  
hebdomadatim celebrandas.  
Andreas Goswini Curatus de Viane, vide Cap.  
Henricus Nuelant Canonicus Anderlacensis  
Cornelius Proper præpositus Cameracensis  
Ingelbertus Spul  
Nicolaus de Thijmo Canonicus Bruxellensis.  
Joannes Ghijssels Presbijter.  
Sigerus Vander Hasselt presbijter ibidem sepultus.

Everardus Merck et Alejdis conjuges  
Henricus Hinckaert.

Rogerus de Pascua sive Weijdius celeberrimus pictor, civis Bruxellensis, ~~cujus sunt~~  
~~egregia pictoræ~~ egregia et rara sunt opera picturæ quatuor, quæ in Curia civium  
cernuntur. Triumfo quem est in Basilica D. Gudulæ, adijcitur hoc elogium.

Exaninis saxo recubas Rogere sub isto,  
qui rerum formas pingere doctus eras :  
Morte tua Bruxella dolet, quod in arte peritum  
Artificem similem non reperire timet.  
Ars etiam mæret tanto viduata magistro  
Cui par pingendi nullus in arte fuit.

D. de Rabbaijs sumus  
benef. D. de Marbais  
dedit fenestram in  
Capitulo

Nicolaus Orij capellanus Begguinagij Bruxellensis procuravit duas dotationes cellarum.  
dedit glossam ordinariam scripturæ IV. Volunimum, casulas et alia ornamenta.

Joannes de Roij.

Wernerus de Mol Canonicus Anderlechtensis, hic sepultus.

Martinus Toseijn.

Petrus de Middelborgh Curia feudatis Graphæus.

Franco N. Decanus Thenensis.

Ægidius Beeckman Pauperum D. Gudilæ receptor.

Arnoldus Weeckmeersch Officialis Cameracensis.

Antonius de Franconilla Capellanus ducis Burgundiæ

Joannes de Middelborch.

Guilielmus Punt de Thiela Capellanus Conventus ten Daele prope Utrajectum dedit  
septingentos florenos.

Joannes de Vlesenbeca et Marguareta de Busco conjuges

Joannes Verdonc et Elizabetha Mangenscots conjuges

Lucas Elmeri fundavit missam, ibidem sepultus.

Arnoldus Vilain scutifer

Firminus Tourment Pater Joannis Carthusiani in Scheut præter multa bona, dedit  
pulpitum ænem in formam aquilæ fusum, in chori medio. Oriundas erat Mechlinia, ubi  
habitavit et mortuus est ; natus autem in Hannonia.

Wilhelmus Thonis ibidem sepultus.

Joannes Timmermans Canonicus, ¶ Cantor et Scholasticus D. Gudulæ etc.

Nicolaus de Blijen à S. Trudone J.V. doctor Lovaniensis

Henricus de Herseele.

Joannes de Thijmo decanus S. Petri Lovanij.

Joannes Jacquemijs Canonicus D. Gudulæ.

Michael pistor de Anderlaco.

Judocus Cloet decretorum doctor Cantor et Canonicus d. Gudilæ.

Hermanus de Anderlaco primus custos Sacelli B. Virginis.

Joannes Calewic item custos ibidem inhumatus.

Henricus Georgij etiam custos ~~???~~ et uxor.

Nicolaus de Clipper Canonicus et Cantor D. Gudilæ.

Petrus Zuweels canonicus Anderlacensis.

~~N. Vischer pater Deodati hic professi pro restauratione fabricæ multam pecuniam contulit.~~

~~???~~ Multæ quoque matronarum et Virgines in Partheniam claustrum liberales extiterunt ~~?? non ?? est muneris quam virorum.~~

Maria Vander Borght fundavit et dotavit cellam et alia contulit bona. Sepulta ibi in antiqua Ecclesia, postea ossa translato ad novam.

Maria vander Masen, ibidem tumulata.

Anna t'Sergoosens uxor Joannis de Middelborgh.

Margareta Zuweels uxor Joannis Elzelrij.

Maria de Cruijninghen.

Catharina Vanden Bosche magna benefactrix domus.

Maria Couterau uxor Joannis et mater Caroli de Groote Cancellarij sepulta juxta filium largas dedit eleemosijnas.

Maria de Masezele.

Elizabeth Thonis begguina.

Elizabeth de Frasnen mater fratris Firmini de Tourment, valdè munifica erga Patres in Scheut.

Catharina de Quecu.

Clara Molenpas mater fratris Joannis Everaerts summa benefactrix.

Marguareta Vanden Dale mater P. Philippi Vilain, fundavit missam perpetuam de nomine JESV. Deditque argenteam supplectilem pro Ecclesia et multa ornamenta.

Amelgarda Persoons Begguina.

~~Barbara Uijttenaere militissa nobilis, domina de Steenhaut~~

~~Honorabilis Virgo Maria S'ridders Mechliniensis, de qua in Calendarium prefata hæc leguntur dedit ducentes florenos ad emendum redditum pro duchus missis omni hebdommada celebrandis in Capella vel in Ecclesie nostra Est Virgo Sancta et multum famas Mechlinie, ministrat pauperibus et infirmis et debilibus ferè omnia quæ habet. Multa laudabilia sunt in eam meritò laudanda et scribenda, quæ omnio præterea-~~

Sepultus est in  
navi Ecclesie D.  
Gudilæ ubi sequens  
legitur epitaphium.

Ægidius de Monte civis Bruxellensis filius Gisleberti.

f° 159<sup>v</sup> et f°160 (2 pages blanches)



Cum venerabiles Præs Prior et conventus d<sup>s</sup> Capellæ ex certis causis rationabiliter permoti domum seu hospitium dictum ter Arken in Bruxella dimiserint ac manum penitus subtrahentes, Domui Gratia B. Mariæ prope Bruxellam curam ejusdem reliquerint, Nos prior et fratres domus Antverpiæ subscripti provide procedentes præfatum hospitium ob situm loci ininus honesti ac sumptuosam ejusdem in structuris erebam reparationem nec non pro nostra receptione propter carentiam necessariorum penitus ineptum discretionis et caritatis præfatorum : Prioris et Conventus Capellæ sequi volentes vestigia quidquid juris ~~nostrum~~ nostri quo ad præfatum hospitium hactenus fuisse dignoscitur penitus resignamus ac manum ab eodem subtrahentes præfatæ domui gratia curam ejus et cum structu et ~~charitate~~ emolumento gratiosa charitate liberaliter impertimur capellam tamen confectam eidem hospitu contiguam à dicta donatione segregantes providentiæ expertorum doctorum quenum judicio stare volumus eandem pro exoneratione conscientiarum committimus. In quorum omnium testimonium Ego Prior indignus Antverpiæ subscribo etc alij omnes religiosi subscripserunt.

Laissé en blanco une quartenion.

Caput decimum nonum.

Miraculum stupendum  
in mancipio perpetratur.  
~~Disperguntur Patres~~  
~~Imago Virginis Leodium~~  
~~defertur.~~ Excidium  
Monasterij. Imago Virginis  
Leodium defertur.

Antequam Marianas ædes contigit desolari, multosque territorij hujus incolas, diris hæreseos compedibus ab infernalis specus Principe constringi ; Miserrimi cujusdam mancipij è servitute Turcica elapsi, Virginis ope ferrea vincula dissoluta fractaque sunt. Quo visum est portendi, sacra hæc suburbana ipsamque civitatem captivitate et jugo hæreseos, sub quo septenaria urbs et circumjacens ager septem annis genuere, aliquando eximendam. Erant prædicti mancipij collo adeò strictè affabricata vincula ferrea, ut pro membris ei essent, et nisi cum vitæ periculo anelli confringive possent. Is ut erat spei plenus, ausus est miraculum in hoc loco petere, in quo forma prodente, tam multa, vetere recenteque memoriâ didicerat ad invocationem B. Virginis edita fuisse, ac posita prodigia super terram. Itaque die solemnæ B. Virgini ANNUNCIATÆ sacro, dum rem divinam attentius audit in hoc eodem sacello, circumfusus undique frequenti cive, nihil subveritus ille, publicam effudit in oculis omnium orationem suam ad dominiam, et indulgit affectibus suis, quantam vis et aura S. Spiritus, qui ubi vult spirat, adspiravit. Procedebat autem petitio, postulatioque violenta, et humilitas necessaria, vinque cælo faciebat, rogans deum cernuo corpore, postulantque gemitibus inenarrabilibus, ut diva loci præses digneretur solvere vincula colli, ipsumque pristinæ libertati restituere. Nec surda aure Virgo miserum aversa est. Ventum

Anno 1577.

Anno 1578

psalmo 101

~~Stupendum opus subsecuta est anno sequenti a grandis desolatio domus et ingens perturbatio metu impendentiam~~

Erat ad Evangelium, cum ille grandis fidei, grandisque virtutis futurus exemplum, vehementius effundens cor suum ante conspectum dominæ nostræ, commemorans Deo promissa sua, sed præcipuè invitatorium illud : Venite ad me qui onerati estis, et invenietis requiem animabus vestris, rememoransque et illud aliud : ~~Semper humilium et mansuetorum tibi placuit de~~ domine de cælo in terram aspice ut audias gemilus compeditorum aliaque plurima hujusmodi ruminans, quæ vim poterant Deo facere. Tumque protinus, velut oculi ab aëre circumfuso lumen accipiunt, ita virtutem ab ore et oratione sua sumebat, invalescebatque ac redundabat fervor spiritus in corpus : nec prius ab oratione destitit, quam quod tam constanter petijt, impetravit. Itaque virtute manuque tactus invisibili, subito relaxatur, et vincula catni velut cutis adhærentia, dissiliunt cum strepitu et in terram decidunt, obstupescuntibus cunctis qui aderant : dum intentis oculis materiatum et tam strictè prius affabricatum collo ferreum collare vident à collo resilijsse. Tantum potuit constans oratio, quæ nubes et aëra cælosque penetrans in omnia sufficit, et viam domino dum procedit, parat. Huc ex currant peccatorum vinculis constricti et ad Mariam pectora tundentes clamitent : Solve vincta reis : ~~et~~ ad ipsos misericordiæ convertet oculos.

Ex archivis Carthus. Brux. et epistolis P. Elisij datis ad Illustrem dominam de Montmorencij

annis 140

Usque ad hæc tempoa, parthenia domus inter divitias et prospera omnia ditissimæ semper paupertatis floruit. Sed verò nihil sub cælo æternum, nihil stabile : Et consideranti nisi rerum omnium ortum et occasum, verissimæ videri solent illæ insignium duorum Philisophorum voces, quibus dicitur

Lib. 2 met. 3 de Cons. Philosophiæ

Constat æternâ positumque lege est,  
Ut constet genitum nihil

Hæc Severini Boetij Christiani : altera Senecæ gentilis : nihil constat loco stabili, et nihil quo stat loco, stabit.

Ad Marcum cap. 26.

Non tot Æurupus æstibus agitatur, non Adria, non tantis mare procellis distrahitur, quam hæc una regio bellis fuit

tot meerder onsekerheit van d' der voors. superstition sullen bevinden te bekeeren. Ordoneerende desen volghende Den voors. N. N. dat hij N. N. desen de voors. figuren onghelicke is overgebracht in stucken ghekloven ende verbrant.

~~Simil iriam pietatae alias quam plirilmas contritas et combustos Quidum et miracula templi Salubanis in prat fidelibat hor habita : quam pia sollicitudinae quidam Virginis zel?tares nuper diversis lucis quaesivere : Decepsi quorudam ineptium divinitus reverbatur.~~

Nunc quid de Schotana imagine actum sit ea tempestate edificeram. Postquam reddita fuerat Fratris Joanni Emaberto donato ab uxore varius supradictorum sattelitem reservantæ sibi Leodium occultis dealta est, ubi septem summo fuit in honore servata custodita. Ab servatum est à viris gravibus, quod sicut olim Deus damem Obededom in quæarea testamenti fuit reposita omni benedictione locupleravit, ita et Carthusiam Leodiensem temporalibus bonis et personarum non infimæ notæ munera auxit eo tempore, quo iconcula thaumaturgica venerationi fuit exposita.

Patribus in exilio agentibus, et ipsa Diva tabernaculo suo pulsâ, in Scheut regredimur et excisa domui parentem Parthenij calus dolorem, qui adhuc deficit scribendi latio subsevemus. veluti cum dolor est intensissimus, numquam melius potest quam lachrymis leniri Ita horum temporum non abiter possumus quam scriptis aut fervore mitigare Mariam illa domus quæ Principue et Margratum liberalitate ærectu est initio aurea tranquillitatis tempore habuit, et inter prospera dictissimæ semper paupertatis visi est florere sed vero nihil sub cæli æternum ut stabila, et considerenti mihi rerum omniam tum et sum videri solet illa sententia qua dicit nihil constat loci stabila quo stat loca stabila

positumque legerast

Non totu urupus ætatibus agitur, non Adria, non tantis distrahitur quam hæc una regio bellis favit

attracta, et ( :o nefas) bellis civilibus. Melius feræ vivunt quæ non in se armantur, sed ad partum exeunt, et manu suescunt et rictum à sanguine temperant ; sed Belgæ, populus potens,

In sua conversus civili vijscera dextra.

Vix satiatus est cædibus, vix temerato Dei numine et sacris effossis altaribus conquirit ; armabatur gemina face dirus Sinon hæresis et rebellionis et furore duce in Regem et Deum perduellis, velut olim Titanes illi manibus cælum rescindere conatus est. Quis locus in Belgio fuit à clade immunis ? quæ Religio tam sancta ut à se gladium arcere potuerit, non dico Barbarorum, sed civium. Crudelis Sarurnus filios, quos recenter genuit devorat : sed tamen Corijbantum tijmpanis tegitur vagitus Jovis et erigitur. Hic vero non objectu Sacerdotum, non Religionis intuiti, non metu cuncta spectantis ex alto dei, cuiquam est parcitum : parum visum est in homines sævire : sævitum est etiam in templa, in saxa, in mausolea, demoliti sunt quidquid Romana, quidquid sancta fides erexit. Sed si quis propius ruinas eorum temporum velit intueri, attendat, ut de alijs fileam, urbis hujus finitima vicinaque loca. Nunc seges est ubi Carthusiana domus quondam fuit ; domus illa et templum, nostrorum Principum Liberalitate tot annis ædificatum : funditus sunt eversa omnia. Tum quoque divina pariter humanaque jura ab hæreticis violata. Nec adhuc tantarum calamitatum est obducta cicatrix : Ipsa rudera et squallor loci, intuenti extorquent lachrymas; Audite quendam ex illius alunuis lugentem deplorabile exterminium, supplicibus ad Archiducem Albertum datis libellis in hæc verba :

Gloriosæ memoriæ Carolus V. Imperator avus pientissimus suæ Celsitudinis, post felices victorias à Deo sibi divinitus concessas, in gratiarum actionem, pulchram quandam Ecclesiam ædificari jussit in Monasterio nostro Carthusiensi, huic civitati Bruxellensi vicino, in quo singulis diebus, perpetuis temporibus una missa, et certis quibusdam ferijs anniversaria quædam celebrarentur pro refrigerio animæ suæ et serenissimorum Principum Imperatucis, parentum, avorum et proavorum suæ Cæsareæ Majestatis, quorum extabant præclara merita et monumenta et prædicto nostro monasterio, quæ omnia divina officia juxta intentionem Pijssimi Imperatoris ibidem usque

ad annum octogesimum fuerunt continuata. Quo anno Magistratus et rectores prædictæ civitatis Religiosos nostros expulerunt ; et non solum Ecclesiam, sed et monasterium totum everterunt, atque ad hastam publicè utensilia, et materialia omnia (ex quibus sunt ædificatæ profanæ domus, tam hic Bruxellis, quam etiam Antverpiæ) vendiderunt. Post reconciliationem autem reversi non invenientes in nostro monasterio tantum loci ubi vix canis latitare possit, nec habentes unde illud reedificent, supplicat tuam Cel. Etc.

~~Pecuniæ quæ ex divenditis materialibus processerunt in propugnaculorum extractionem impensæ sunt : ut ex registro manuscripta supra adducto evidenter constat, ubi die 28 Martij Anno 1580 ab urbis Rectoribus et supremis militiæ Ducibus resolutum et conclusum fuit quod sequitur :~~

~~Is bij ghemeijn ghevolghe gheresolveert datmen den meest biedende sal vercoopen de resterende materiaelen vanden ghedesoleerden ende affghebroken Clooster van Scheute buijten de Vlaemsche Poorte, ende datmen de penninghen daeraff procederende sal employeren tot behoeff vande fortificatien deser stadt, om bij dijen middele te benemen dat de voors. materiaelen tot achterdeel vande voors. fortificatien niet en worden verstroeyt, ghelijck die voor den meesten deel sonder profijt sijn ter onderen ghegaen.~~

Ex his potest satis, imo nimis intelligi, quam miser fuerit status hujus domus. Sed evidentius adhuc patebit ex ijs quæ scripta reliquit P. Christianus Noets Prior loci et Provinciæ per id tempus Primarius visitator et ærumnarum inspector. Qui succinctè horum temporum historiam complexus est ; quæ quia plurimum lucis ad ferre potest, ad intelligendum quam deploranda fuerit hujus domus conditio, quas fugas et exilia per septennium totum adire coacti sint, Patres afflicti, haud abs re erit hic addere. Ait ergo :

Oro posteros meos, quatenus considerare velint infelicissimum ac ferreum sæculum, in quod reservavit me Deus, et quid sustinuerim toto tempore afflictati Prioratus mei. Vix expleto Anno primo exorti sunt tumultus magni ballaque gravissima, quæ etiamnum spirant : inter quæ sæpius coacti sumus excipere militares copias equitatum et peditatum, qui tantum uno die depascebantur quantum conventus per tres solidos menses. Sæpè ad exactiones et contributiones graves compulsi sumus. Interim

pax Gandavensis non coaluit ; Antverpia his diebus diripitur. Eodem die Joannes ab Austria Luxemburgum pervenit. Marchiæ pax firmatur, qua Hispani ex Belgio dimittuntur. Ordines Austriacum recipiunt, sed Hæretici ipsa insidias tendunt ; quare præsidio firmat arcem Namurcensem et Hispanos revocat. Augescunt hæc mala et bellum cruentissimum exarsit anno sesquimillesimo septuagesimo octavo, cum ordines patriæ evocato impio Principe Arausicano hæreticorum duce et Antesignano, eundem capitaneum suum generalem constituunt. Cujus copiæ cum ad Gemblacum cæsæ fuissent à Serenissimo Principe Domino Joanne Austriaco, exorta est turbatio magna et rabies in populo ; unde Religiosi omnes utriusque sexus coacti sunt relinquere sua monasteria, seque ad tutiora loca recipere. Et nos quoque cum fugientibus fugimus, alij intra oppidum, alij ad viciniorem Carthusiam Angianam. Ac tandem hæretici semper deteriores facti postquam nos et nostra expilarum etiam proscripserunt. Tuncque lamentabilis casus accidit dum P. Prior noster cum nostro Francisco Cavenaer Leodico Valentianas et inde Angiam proficisci cogitat, incidunt in prædones hæreticos, qui captivos eos Bruxellas reducunt, unde prius expulerant, eosque multis injurijs affligunt, nec nisi lijtro mille aureorum redimi potuerunt. Septermio toto in exilio fuimus. Hactenus ille.

~~Alij porro ordines qui eandem fortunam et ex id p sunt postea in eadem et rudera recidium quidem templa et monasteria in iisdem ipsis suis locis restaurarunt isted quibus non exhausti laboribus (quibus non fuere calamitatibus) festi intro urbis me respirant quid illis pro fuit templum et domus tabora, nisi ut damna et ex illorum ante ac viderent ! Ubi Carthusiæ suburb solitudo, ubi sacra Porticus, ubi cellæ, ubi librorum annis sup velut uno impetu consumpsit~~

Nec prætermittendum est sub silentio quis casus aut exitus fuerit sacelli Virginis Matris, ejusque imaginis. Legimus spoliatum illud ab hereticis satellitibus, ac imaginem ipsam sacram impuris manibus detractam distractamque per manus; tandem veste pretiosa nudatam, ab uxore satellitis (fortè occulta vi muninis aut Virginis Matris cogente) restitutam fuisse fratri Joanni Lamberto donato, cujus operâ paulo post Leodium transmissa est ad congenerem Carthusiam, quæ sita est in

Monte Cornelio ; ubi et in honore habita cultaque fuit, vis par erat. Nec otiose observatum est, quod ingrediens in eam domum inuepisse videtur benedictionem; Sicut olim deus domum Obededom, in qua arca testamenti fuit reposita, omni benedictione locupletavit. Siquidem cum ea venerunt viri virtutum, qui et postularunt ordinis habitum et impetrarunt, Unde et huic domui gratulatus est, ipse qui primus sedebat ad clavum ordinis R.P. Generalis, quod maturos ævi rerumque peritos celebres viros, pietatis remigio in portum religionis invectos recepissent. Inde igitur velut de excelsa turre, ita de secreta fidei arce divæ Virginis matris statua despectabat ardentem bello patriam donec transiret, si fortè transiret iniquitas et rediret serenitas. Interim sicut arca in illo mundi diluvio totius orbis spatijs innocua ferebatur, ita et ipsa adversus fluctus, quoadusque reddita pare rursus antiquas sedes repetijt. Hanc autem præfigurasse videtur liber ille signatus, qui traditus est viro nescienti litteras : Cui cum dictum esset, aperi librum, et lege : dixit non possum signatus est enim. Siquidem per id omne ferè tempus, quo raptata, jactata, distracta fuit ex hoc in illud, cum tradita fuisset diversis custodibus, nullus eorum sensit virtutem ejus, signata enim erat, nec fuit, qui aperiret : tuncque seipsa minor visa est, et quantum umbra minor est corpore et ænigma veritate, et sermo rebus ipsis, et imago causis, tantum differebat à primo suo splendore : nimirum quia indigni erant plerique providentiâ et gratiâ ejus. Atque ita requiescebat tanquam à sæculi aperibus, signis et virtutibus jam feriata, nec ælevabat communem ærumnam, sed quasi passionibus delectaretur, ita se circumagi portarique patiebatur.

Ubi autem pristinis est reddita sedibus, præsentatio illius celebrata in antiquo convulso Sacello, videtur species quædam præsentationis illius primevæ fuisse, qua in Jerosolijmitano Primum ipsa templo dicata fuit, et jam absoluta partu filium in eodem stitit : Sicut enim intra tertium velum fuit introducta, in quod nemini præterquam summo sacerdoti et vix homini patuit aditus, ita in secreta sacelli sui refugere visa est, ac in domus oratoria quasi penitus se votis sedibus insinuans, ex quibus per vim et velut invita abrepta fuerat. Nihil interea de propenso in suos accolos favore remiserat, sed quasi nullis aliorum nisi solis indigenarum precibus et supplicationibus pasci videretur, jam tum invitabat illos, occulto favore ad antiqua posænda beneficia ; iam tum explicabat vim virtutis suæ ; iam tum quærebat quibus beneficeret, et miracula revelaret. Sed ut in turbata rep. fit, rarus erat qui præteritorum mirabilium ejus meminisset ; absorpta enim bellorum tumultibus antiquorum memoriâ miraculorum vix erat qui ex tota anima sua cum fiducia recurreret ad eam ; Erat tamen occultis ejus amicis respiramentum quoddam periculorum. Ad hanc alij alios invitabant ut viderent dominam suam in diademate, quo coronata rursus, ut prius fulgebat. Et quamnis non esset illi pristinus ornatus, tamen sancta illa et intemerata virtus, quæ relucebat in ejus imagine, sui pudoris æterno decorabatur honoræ, longè melius quam cijclade auro texta, vel baccatis monilibus



## Annotationes ad Cap. 19.

Ad hastam publicè utensilia vendiderunt ) Pecuniæ quæ ex processerunt, in propugnaculorum extructionem fuerunt impensæ: ut ex manuscripto codice flandrigo, in quo in unum collecta ~~in-???~~ acta et resolutiones hæretici magistratus ac militiæ præfactorum, dignoscitur: ubi die 28 Martij Anno 1580 ab urbis rectoribus et supremis belli ducibus resolutum et conclusum fertur, quod sequitur:

Is bij ghemeijn ghevolghe gheresolveert, datmen den meest biedende sal vercoopen de resterende materiaelen vanden ghedesoleerden ende affghebroken clooster van Scheute buijten de Vlaemsche Poorte, ende datmen de penninghen daeraff procederende sal employeren tot behoeff vande fortificatien deser stadt, om bij dien middele te benemen dat de voors. materiaelen tot achterdeel vande voors. fortificatien niet en worden verstroeijt, ghelijck die voor den meesten deel sonder profijt sijn ten onderen ghegaen. Collata est etiam in civitatis munimem pecunia, ex venditione suppellectilis Cardinalis Granvellani conflata. Ejus verò Bibliotheca ~~???~~ ad ædes fratrum Minorum translata in usum sectariorum ~~???~~ cessura. Pater ex resolutione 15. Septembris anni 1580 in prædictum Librum relata.

Is insghelijcks gheresolveert datmen tot ghebruijck van die vande ghereformeerde religie binnen deser stadt tot de Mindebroeders sal bescicken de librainie toecommende den Cardinael Grandvelle ende datmen de resterende goeden des selfs Cardinaels sijnde tot sijnen huijse binnen deser stadt sal vercoopen tot behoeff vande fortificatien ende andere nooden der selver stadt.

Forte occulta vi numinis restituta ) Aliæ multæ convulsæ ac contritæ fuerunt, ac imprimis illa celebris, quæ in S. Nicolai templo celebratur. Ut sciat lector quam impiè in llam ~~hoc tantu, temporibus illis~~ salvitum sit ~~nostræ~~ ~~???~~ producã extractum, ex supra adducto libro, in quo habetur, eam in partes securi divisam, igni injectam et in cineres redactam.

Tertia Martij 1584.

Mijn heeren de Colonels deser Stadt van Brussele ondericht sijnde hoe dat NN. inghesetene poirter deser stadt in sijn bewint soude hebbben sekere forme ofte figure van eender lieve vrouwe, dewelcke eertijts mits de nieuwicheden van het maecksel, als met doesen opengaende inde Claes kercke alhier tot grooter superstitie is ghebruijckt gheweest, Ende om de voors. superstitie, de welcke int openbaer was gheploeghen, in het secreet van ghelijck

te weijren, hebben gheresolueert dat die voors. figure sal worden ghebraecht binnen deser stadt huijse, om daer mede ghedaen te worden, wat mijne voors. heeren tot meeder voorsekerheijt van d'weijren der voors. superstitionen sullen bevinden te behooren. Ordonnerende desen volghende den voors. NN. dat hij NN. stadts knaep bringer deser de voors. figure overlevere, sonder des te wesen in ghebreke. Ijs overghebracht, in stucken ghekloven ende verbrant.

Etiam proscriserunt ) Undecimâ die Novembris Anno 1580. Causam collige, ex proscrisptionis decreto, quod sonat ut sequitur.

Ex supradicto manus-cripto

Ghesien bij die vanden Raede van oorloge der stadt van Brussel verscheijden brieven vanden 2. 16 ende 17 vande voorlede maent Octobris gheschreven bij den Prior vanden Convente van Scheute aenden vicaris ende andere vanden selven convente hun haudende binnen deser stadt met de brieven soo van obedientie als andere gheschreven bij den voors. Prior aen elcken van den selven convente ten eijnde dat sij hun sauden vertrecken tot sulcker plaetsen gheleghen onder de vijanden ende elders inde voors. brieven breeder vermeldt. Ende voorts oock ghesien hebbende verscheijden andere brieven ende gheschriften insghelijckx gheschreven bijden voors. Prior aendie vanden voors. Convente den XIII ende XXIII feb. lestleden voor ende naer, tsaemen tot achtien oft neghentien int ghetaele, bij die vanden voors. Convente ontfanghen sonder die aende Heeren vande Magistraet oft raede van oorloghe ontdeckt oft aeghegeven te hebben, directelijck teghen de ordonantie ende publicatien tot diversche reijssen op ghelijcken saecken ghedaen, ende voorts gheleth hebbende op de seditieuse propoosten in eenighe vande voors. brieven begrepen, met het verclaren d'welck verscheijde vanden voors. Convente daer op hebben ghedaen. Verclaren die vanden voors. raede dat sij die vanden voors. Convente sauden voor vervallen inde penen inde selve publicatie begrepen, ende van ghelijcken oock alle de ghene die vande voors. brieven ende gheschriften hebben weten te spreken. Ende want uijt de selve brieven ende gheschriften claerlijck bleijckt dat de voors. Prior hem is haudende onder den vijant, ende dat hij des niet teghenstaende heeft behauden(?) het gansch ~~gheli??~~ bewin, ghebot ende dispositie vanden ??? ?? ende goeden vanden selven convente, ende dat die vanden voors. Convente boven dien hebben in allen manieren infructuele ghemaect d'ordonantie bij de voors. heeren vande weth ende raede van oorloghen ghemaect op het aenslaen van alle de goeden ende innecomen vanden selven convente, om daer mede behulpich te wesen de fortificatie ende andere lasten der stadt hebbende in fraude vande voors. ordinatie versweghen ghehauden ende voors. ghe ?ijete vele van de meeste partijen vande innecomen vanden ??? ?? van het ghene voors. is claerlijck bleijckt dat die vanden voors. Convente hauden correspondentie ende openbaerlijck hebben ghevoert ende ghevoordert de teghen partije vande gheunieerde provincien, hebben daerom die vanden voors. raede goet ghevonden datmen in plaetse vande straffinghe inden lijve inden voors. ordonantie ende publicatie begrepen prefererende gratie voor rigeur die vanden voors. Convente met hunne medepleghers sal doen vertrecken uijtter stadt, ende datmen die met paspoorte ende trommerslagen sal seijden naer Halle oft Enghe om hunne voors. obedientien te moghen ??? ??, ende trecken op sulcke plaetse als de selve hunne obedientie vermeldt.

## Caput vigesimum.

De ijs qui virtutibus et  
 Sanctitatis notâ in hac eremo  
 Enituerunt, ac imprimis  
 De B. Hermanno Lochemio  
 Et P. Joanne Brunio.

Extant tamen adhuc et vivunt altiora malis omnibus Patrum nomina, quorum cineres etsi brevis urna cæperit ; nulla tamen vis ferri, nullus hostium furor memotiam obruere potuit. Erexit ipsis virtus.

Horatius Lib. 3.  
 Carm. ode 30

Monumentum ære perennius  
 Quod non imber edax, non Aquilo impotens  
 Posset diruere, aut innumerabilis  
 Annorum series.

Vivunt, inquam, etiam post sua busta felices animæ, et quamvis barbarus hostis eorum lipsana diruat, tumulus obrui potest, memoria non potest. Sed quandiu Carthusiæ nomen celebrabitur superstites erunt illi etiam et tamquam clarissima lumina posteris illucescent. Ostendant igitur sese luci et ex cinere et sepiulchro aspiciant posteritatis suæ tempus, qui olim in castris Ecclesiæ militantis exercitati et sacramento militari constricti rem strenue fortiterque gesserunt quorum Primus. Hermannus de Coolsmet Sicamber. Natus fuit Lochemij. Oppidulum est Berkelæ fluvius adjacens : olim Groenloo, id est nemus viride, dictum. Ex parentibus plebeis, sed probis criundus, divinitus ordini Carthusiensi paratus videtur ; Ab ætate enim tenera semper collactaneos suos vicinosque pueros vitans, solitarius pijs sese oblectabat occupationibus, donec tandem scholis admotus, ut altiora studia sectaretur, in ijs ob rei domesticæ angustias, ambarumque parentum orbitatem ei non multo tempore versari liceret, sed manum operi admovere artemque mechanicam exerere cogeret necessitas. Verum crescentibus annis crevit ejus devotio, et voce quasi

divina monitum de terra et de cognatioe egredi, incessit cupido loca pia et sacra visendi. Sed omnipotente aliter de ipso disponente, et ipse quoque proposito mutato (corde procul dubio intrinsecus tactus) Anno ætatis suæ vigesimo tertio viator esse desijt, ut cum Domino ambulare posset. ~~Si quande cum charitates.~~ Cum enim circa partes Flandriæ devenisset audissetque non procul inde Carthusianos piè et religiosè Domino Deo in solitudine famulari, ad Sijlvam Sancti Martini juxta Gerardimontes accessit, ipe bona fretus se ibidem receptum iri. Illis ergo cum animi sui votum aperuisset, ab iisdem recipitur, ad probam admittitur, ac demum religioso habitu donatur. Monachum cum innduisset, omnibus admirationi extitit, ob animi submissionem et alacritatem. Quantum autem in hac spiritali palæstra profecerit, quantumque auxiliij à divina gratia fuerit consecutus, essi nosse non licuerit, eo quod omnes ejusdem Carthusiæ collectanei libelli vel vulcano cesserint vel inalignantium hominum rabie deperierint : subsequens tamen conversatio et vitæ ΤΣΑΟΣ – luculenter satis exhibuere. Permansit autem in eadem domo quindecim annis cum Maria ad pedes Domini verba ejus audiens, scriptitationi librorum, meditationi et contemplationi vacans atque in silentio et solitudine præstolans salutare Dei, vix ulli mortalium notus. Tandem cum juxta Bruxellam Scheutana erecta esset Carthusia, in qua sciebat recentissimum esse virtutis ardorem et spiritum primæ institutionis ac observantiam religiosarum legum et parcè satis alimenta vitæ ministrari, cujus item cellæ argillaceæ ventorum injurijs patebant, quasi hujuscemodi paupertate et penuriâ delectaretur, petijt à superiobus ad novam Christi coloniam mitti, non motus instabilitate aliqua vel inquietudine : sed cum multum excelleret in scribendi arte, ut ejusmodi novæ domus Ecclesiasticam librorum supellectilem ad augeret. Cum autem ibidem secundam (ut vocant) pro sessionem fecisset, superior loci, ejusdem pietatem et animi modestiam illius considerans eum Ecclesiæ præfecit sacristæque onere cohonestavit. Quod officium, licet Angelicum uno anno dumtaxat administravit, adeò amore internæ quietis et contemplationis desiderio rapiebatur ; Nam cum propter continuas curas ac sollicitudines omni momento isti officio intendendum illi esset : nec posset cupitis Rachelis amplexibus perfrui, sed vel vigilare cogeret, ut congruo tempore, nocte concubia fratres ad dei laudes excitaret, vel de die necessaria pro cultu divino prospicere, ne quid in tanto ministerio ipsius negligentia deesset, instantissimis precibus sarcinam hanc à se in alium transferri rogavit. Eo onere sublevatus ac sibi redditus.

tanto alacrior, cepit in Dei itinere proficere, quantò minus impedimenti sibi impositum sensit de munere. In omni vita sua ite se gessit ut totus esset Dei, totus esset proximi. Vidisses in uno eodemque homine et heroicum animum et humilem Monachum : tantaque moderatione se agebat, ut nec Deo meus minus inhæreret, quam operi. Si quando eum charitas ad opus vocasset, effundebat se toto pectore vir optimus ad obsequia fratrum : Et quod mirum dictu est, tot libros descripsit, ut Deo vacare numquam potuisse videatur (Scripsit enim tot antiphonaria et gradualia ut hodie choro Bruxellensi sufficiant) ita nihilominus deo vacabat, ut nihil aliud facere videretur. Omitto labores, quos in ordine sustinuit gravissimos per annos sexaginta, quos equidem si quis estimare posset omnem vitam ipsius martijrium sine sanguine fuisset judicaret. Fertur hic cum in silentio noctis post matutinas laudes contemplationi attentius vacaret, quadam vice ranarum murmur, (quæ in locis palustribus et in lacunis ferè semper vicinis autiebantur) jam diutius passus, indixisse ~~ejus~~ eis commune silentium, vel ut alij dicunt exitium et exilium eis imprecatus est. Anacoreoticum metrum quod ~~ante hoc~~ de hoc prodigio modulati sumus, in Beati viri laudem hic subjungere liceat.

Noctis caligo terram  
 Omnem tegebat, atque  
 Post sacra facta chori  
 Opplata turba somno  
 fratrum, et locum quietis  
 Et cellulas petebat.  
 Hermannus ipse solus  
 Per arva per vireta  
 Viciniora stagnis  
 Vigil pedes ferebat,  
 fundens pios susurrus  
 Totus Deo vacabat.  
 Ima pâlude ranæ  
 Bis mille et amplius ter,  
 Molesta voce turba  
 Turbat precesque sancti  
 Et vota Sancta fratris.  
 Sed illicò caterua  
 fuit silere visa.  
 Vis arte scire qualis ?

Scivit silere Lochem.  
Virtut fretus ista  
Jussit silere ranas.

Vous mettrez depuis  
le mot sacerdotem  
jusques au mot sile-  
bunt dans les anno-  
tations f° 17  
Lib. 13. ad Virgines.  
melius in ? ? ? ? ?

Sacerdotem quemdam simili potestate præditum fuisse narrat S. Ambrosius. Cum, plurima, inquit, ranarum murmura religiosæ plebis auribus obstreperent Sacerdos Dei præcepit ut conticerent, ac reverentiam sacræ deferrent orationi : tunc subito circumfusi strepitus quieverunt. Silent igitur paludes ait idem S. Doctor, homines non silebunt ?

Raissius in auctario suo ad Molanum et Miræus in fastis Burgundicis et Belgicis scribunt observatum à loci accolis, nullas in vicinis ranas remansisse : donec emergentibus hæreticorum insanis tumultibus Carthusia eadem solo æquata, funditusque eversa est, à quo tempore ab exilio vocatæ videntur. Limosoque novæ saliunt ingurgite ranæ. ~~Ovid 6. Meta.~~ Sed versus qui fenestræ ambitus à parte meridionali inscripti fuerunt testantur post mortem Hermanni rursus coaxare incepisse : ~~tales autem~~ sunt autem tales.

Fit morte Hermanni garritus prodigialis,  
Et recrepant ranæ somnis fratrum taciturnæ.

Et idem apparet ex inscriptione teutonica ejusdem fenestræ, in qua Hermannus agonisant representabatur.

Hier sterft een Satroijs, ende als hij die keerse  
inde handt heeft, t'savonts ontrent acht uren  
inden meert soo comen die voghelen singhen  
allen t'clooster door ende oock naer dier tijt  
de voschen songhen want te voren\* om sijn slapen  
Badt hij Godt dat sij niet singhen en mochten.

\*  
~~Hic dicitur mutas fac-  
tas ranas, quia obstre-  
pentes somnum ejus  
interrumpebant. Cre-  
diderim et quia so-  
mnum ejus ac fratrum  
turbabant ? ? ? ? virius  
enim effectus, plures  
non implicat esse cau-  
sas formales~~

Obijt autem B. Pater ipso festo S. Thomæ Aquinatis anno millesimo quingentesimo tertio die septima Martij expletis sexaginta annis in ordine, anno ætatis suæ octuagesimo quarto.

Alia insuper non tam scriptis quam vivæ vocis sermone referuntur de eodem : uti raptus, extases, illibata Virginitas, et miracula, quibus illum claruisse dicit Turneurus in Schedis suis. Hoc quoque in extrema vitæ suæ perijodo solatium mortis suæ habuit, ut cum vicinam excessus sui horam mense Martio horâ octava vespertina operiretur, tam mirabilis diversorum avium cantus circum et supra cellam, in horto et ambitu ~~ipsius~~ auditus est, ut ingenti timore pariter et gaudio fratres officirentur, qui ut felix illa anima carna soluta est, statim substitit ; quod tam celebre in illa domo semper fuit ut non modo scriptis verum etiam picturis publicis vulgatum fuerit.

Occurrit mihi B. Sophroniæ Tarentinæ sepulchrum, quæ in fragranti florum herbarumque tumulo curâ et operâ anium composita fuit : Sed nihil hic minus jucundum fuit, aut minus mirabile. Illa libitinas, ut ita dicam, aves in fundere suo habuit, hic præficas. Illa vitæ suæ acta scripsit in arbore : hic vitam suam futuris temporibus commendavit. Sed quem tibi tumulum vir beatissime Posthuma Carthusia statuet ? An quem hostis diruat, sacrilegus essodiat, tempus consumat ? facilis est hujus jactura sepulchri, alios tibi cum tota posteritate honores dicabo.

Ovid. Lib. Metamorph.

Et tumulum statuam et tumulo solemnia mittam.

Vide Cap. 13. L. 1

Et tu Joannes Brune padulamentum reliquisti cum Cæsare in medijs Ægijpti fluctibus, Ludibrium hostibus et in littus evasisti. Ex portu Ganda egressus es, ut in portu Partheniæ Carthusiæ tutior esse posses. Si quid tibi commune cum profanis hominibus esse velis nos te summis viris comparabimus ; Patere igitur ô felix anima, ut in tuis laudibus ludannis, Et quisquis unius Julij Cæsaris res gestas legerit, suas intelligat, fuisse majores. Scribit Julius Filorus Cæsarem dolo interceptum, viam sibi fecisse per medios fluctus, cumque telis hostium non sine grani discrimine peteretur, reliquit in medijs aquis pallium militare in quod hostes intenderent, latenter interim aquis supernatans donec veniret ad tutum littus.

fuit Brunius ante ingres-  
sum ordinis à Sacris  
Domino de Rebais  
militi Insulis.

Nescio an aliquid minus hic gesserit qui sacerdotali paludamento relicto et omnibus fortunis suis exutus, quibus sponte se nudaverat, priusquam domum Schotanam ingredi posset, innumeris amicorum injurijs veluti quibusdam telis petitus, illæsus tandem aliquando ruptis omnibus retinaculis ad religionis littus evasit. Sed quas non fustinuit post ingressum suum animi adversitates, et quam infracto animo sustinuit adversa omnia ? Hic primus Neophijtus primus in illa Carthusia votum scripsit anno ætatis suæ quadragesimo sub Priore Henrico Loen, et cum quatuor annos in maximo animi fervore in solitudine sua ex egisset adsciscitur in monasterij sui procuratorem : verum ô quanto mærore animi avulsus est à solitudine ! dicere solitus fuit nunquam se ingressurum ordinem fuisse si se ad officium aliquod accitum iri putavisset. Triginta tres annos in summis laboribus exegit, viribus et animis indesessus, de quo illud constat quod tantæ fuerit abstinedntiæ et frugalitatis, ut numquam per id tempus jejunium ordinis solverit.

Horis succisivis quibuscumque poterat modis se de publico subtrahebat, et ad solitudinem suam sese conferebat, in ea recreabat animos. De serpente legitur quod inter acutas et asperas rupes autem trahat, et depositis exuvijs senium renovet, ita ille in solitudine in rebus asperis exercebatur, et per acutam compunctionem veterem hominem qui semper corrumpitur renovabat. Habuit ille vere zelum ad res Monasterij et ordinis, quod evidenter ostendit in multis. In cura librorum, quos ipse etiam ante ingressum ordinis, ut Ludolphum de Vita Christi duobus voluminibus, magnum Antiphonarium etc. divinâ, ut ajunt virgulâ, tot descripsit, ut impleret pluteos. In provisione victualium, quorum certè tunc magna erat penuria, summè erat sollicitus, cumque domus gravi premeretur inopiâ, ipse vix umquam fratribus deesse passus est. Audiverat Prophetam, qui ait : Jacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet. Ideo tam exploratè deum publicis necessitatibus assuturum sperabat, ut cum diligenter fecisset quæ poterat, reliquum divinæ bonitati committeret accidit ut sæmel ita exhaustus rebus omnibus esset ut unde ipsa quoque victui necessaria fratribus ministraret non haberet, insinuaverit hoc Priori domus, cui visum est, ut frater aliquis conversus ad quæstorem urbis Ceratis amicus singularis domus, mitteretur pro necessarijs. Ingressus frater domum quæstoris, intellexit eum abesse. Quid faceret hic aut quo se verteret ! redit viâ qua venerat, et ecce occurrit illi nescio quis, cujus vultum numquam viderat, qui ultro tantum æris ei obtulerit, quantum ad annonam illius diei præcisè sufficere poterat, statimque ut dicitur, ita è vestigio abcessit, ut eum frater numquam amplius viderit. Nemo dubitavit Deum his extremis fratrum necessitatibus occurrisse, et intuitu tantæ fidei, quam in eo venerabilis Brunius sitam habebat, inopiam supplevisse. Ipse quoque proprijs manibus lucum Plantavit, fontem adinvenit, canales deduxit, alia quoque præterea innumera, non minus ingenio, quo multum poterat, quam experientia et arte composuit, quæ omnia majora sunt, quam ut nos humi strati suspicere possumus. Consummato vitæ cursu migravit ex hoc mundo octava die Maij profesto Ascensionis domini Anno 1499.



## Annotationes ad Cap. 20.

Ad Silvam S. Martini)

Indixisse eis commune silentium ) vide f° 14 (maintenant 167v) Suetonius ? ? ? ? ?  
Suetonius Augustum Cæsarem ? ? ? ? ? idem olim factitasse scribit Cap. 94

- « Quum primum, inquit, fari cæpisset in avito suburbano obstrepentes fortè ranas silere  
« jussit, atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Quid igitur mirum, ranis impositum  
silentium ab Hermanno, si idem præstiterit infans ethnicus An ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? Vel an  
idipsum adulationis vitio Cæsari à Tranquillo attributum ? Nihil est, quod suadet  
credere. ?ultum enim fuisset senocinari Augusti Umbræ. Sed superstes erat in  
posteris. Horum æque ac Augusti reprehendit improbas mores et vitia, tantâ scribendi  
audaciâ, quantâ illi ~~sunt~~ perpetrandis. Nisi mavis ex levi fama, falsaque vulgi relatione  
concinasse commentaria ? Sed et hoc respuet sapientissimi cujusque fides ; Nam  
epistolarum Imperatoris Adriani magister, libros fastorum imperij, annalesque ~~quin~~  
~~evoluerit non est dubitandum ? ? ? ? ?~~ quibus à scribis publicis singulorum acta  
memorabilia diligentissimè inserta fuere, quin evoluerit non est dubitandum. ~~Quid~~  
~~igitur vir gravis et judicij summi~~ Vanum igitur fuisset viro gravi ac judicij summi,  
auscultare rumori publico. Si fortè subinde lapsus, prout in Nerone Cap. 16. ubi agit  
de afflictionæ Christianorum, hoc in vilipendium nostræ religionis, ex suæ amore fecit.

Induxisse eis communo silentium)

His extenuari posse viderentur B. Hermanni merita, et prodigia, quæ fecit in stagnis  
aquarum : sed exertæ ejus virtutis, ob quam deus illi talem dedit potestatem, et  
fortissimæ precatationis, esse ~~tum~~ ~~qualem~~ ~~nec Augustus fando fecit~~ ~~ostendemus~~  
~~protulit qualem~~ ~~nec~~ fuisse effectum, ideoque mirabilem, qualem nec Augustus fando  
protulit, ~~vel ? ? ? ? ?~~ dicendum ? ? ? ? ? . Quis enim ~~vel tanti illi judicij~~ Ac Suetonium rem à  
majoribus fictam, ad gratiam Augusti locutis, et publicis tabellis consignatam, in quas  
et commenta multa irrepserunt autumare licet. Vel si id factum, à dæmone, cujus  
adhuc mirabilis est vis et potentia, forte perpetratum fuit, quod ? ? ? ? ? ? ? ? ?  
superstitiosè populus ac blandientes amici nobilissimo infanti, ? ? ? ? ? articulatas voces  
primò edenti adscripsere. Licet etiam id ipsum fecisset Cæsar ; non hoc meritis ejus  
dedit deus, sed alia longè de causa. Impertitur enim etiam malis sua dona et virtutem  
perpetrandi miracula. Sic magis Pharaonis concessit facultatem edendi mirabilia signa,  
quæ Moïses et Aaron primò fecerant : non quia digni tam excellenti gratia : sed ut  
liqueret ~~fortiora esse divina~~ eorum potentiam divinâ inferiorem ; Nam serpens  
Moïsis devoravit serpentes eorum, et ranas potuerunt afferre, non tollere. Sic  
Vespasianum Judææ vastatorem miraculorum signis, ad faciendam, vindictam in  
nationibus, ut loquitur Saresberiensis, dei digitus excitavit. Ipse namque

Exodi Cap. 7

Lib. 2 de nugis curi-  
alium Cap. 10

necdum Imperator cuidam ~~quendam~~ è plebe luminibus orbatum, restituit oculos,  
alterumque claudum et crure debilem roboravit. Vide d. Thomam 2.2. quæst. 178. art.  
2 Ubi quærit, utrum mali possint miraculo facere.  
Vide Baronium ad arum Xti 71 N. 8 et 9 Polijb. 2. 16 de Vargeliatis.

## Caput vigesimum primum

De ~~Petro~~ Henrico Loën Primo Priore  
 et Arnolde Carmanno Vicario  
 Monasterij in Scheut veldt,  
 sepultis in domo Capellæ.

Contemplemur nunc Venerabilem ~~Petrum~~ Henricum Loënum, qui viginti annorum spatio Partheniæ domui summa cum laude prefuit, nec minus personis quam fortunis eam ampliavit. Hic Lovanij in natali solo celebre gijmanium, cui à Porco inditum nomen cum Nicolao Lamberti Valckenisse doctor medico, postea archidiacono Antverpiensi et Canonico B. Mariæ Cameraciensi ac Camera apostolicæ collectore fundavit, et annos aliquot rexit. Diligentem adè operam philosophicis disciplinis navavit, ut biennalis studij decurso stadio, in primo academico philosophorum concursu (qui nunc à quatuor pædagogijs annuatim fit, ad prærogativam invicem præripiendam) facile primum locum obtinuerit. Nec impari felicitate per theologica studia decurrit. Tantum enim in ijs pro fecit, ut sequaces plurimos, paucos verò habuerit coæquales. Erat divina ferè rerum omnium cognitione supereminens, quinquagenas duas priores, sed et tertiæ psalmos aliquot dulcisonoris fidibus insigniter instauravit, latentia psalmorum mella tectumque melos, vario interpretationis genere in lucem producens. In Aristoteles Philosophorum Principis libros ad Nicomachum Præstabiles maximèque oportunos, institutiones benè leatèque vivendi continentes, operosissimè copmmentatis est. Sermones insuper laudatissimos, quos, mijsteria scripturarum aperiens, cordis intima movens, magno animarum fructi impigrè declamaverat ab oblivionis injuria liberavit. Eos ad posterorum usum doctè copiosèque scribens, prout et alia non pauca, ad quæ omnia versu alludit Anthonius Brasseur in Libello, cui titulus, sijdera illustrium Hannoniæ Scriptorum.

Qui divina legis venerandi scripta Loën

In Psalmos David \* dictaque verba suis.

Non hæc humano credas procedere sensu,  
 auctori calamum movit et ora Deus

Non secus ac mentem, Grudia dum clarus ab urbe  
 fundato porco, venit in hosce lares.

\*varios sermones

Hunc Deus elegit, sancti Studiosus et æni  
 Dux foret ipse sibi sanctaque norma suis  
 Cælestique stjlo melius divina notaret,  
 Ethica quam proprijs auxerat ante notis.

In Bibliotheca Carthusiana ; Ita Cicero epistola 26. L. 9 ad Papirium pætum ait : Haud possem vivere nisi in litteris viverem

Tam ædificatorio sermone abundavit, ut ei secundus illo tempore non comparuerit tesse Bostio ejus sijchnono. Sacris carthis et curis impallescebat, nec vitam ducere etiam in externo vitæ flexu extra eas posse videbatur. Eximiæ doctrinæ celsissima conjungebatur humilitas. Dum à se erecti collegij juvenum animis efformandis instituendisque zelosè occupatur, divino attactus spiritu ad domum Capellæ juxta Angiam se conferens Carthusiæ nomen dedit, ubi tot virtutibus præluxit, ut statim postnovitiatum ei munus vicarij velut dignissimo conferre, et Priore mortuo ijn ejusdem locum communi eum suffragio sufficere non dubitaverint. Postmodum per octennium totius Provinciæ extitit visitator. Quibus omnibus laudatissimè perfunctis ad nascentem Schotanam domum missus, illiusque arbitrio totius negotij cura commissa est. Hic enim inter senatum urbis et ordinem Carthusiensem sequester fuit, quidquid ordo admitteret, quid senatus proponeret judicabat. Habita quæstione, an bona albarum dominarum Ordinis Sancti Victoris dissolutius viventium ad Carthusianos transferre liceret, cum id omnium judicio licere definitum esset, numquam adduci potuit, ut ea attingeret, sed maluit sibi et suis dici crudelis. Licebat illi justo beneficio se jungere, sed ut sua potuis pietate, quam aliena venia uteretur absolvit se publico senatus testamento. Est vero germana soror justiae paupertas, quas adèo conjunxerat ut aliam alia sequeretur. Unde in rebus difficillimis et durissimis maluit inopiam pati frequenter, quam nosce potentium domos, quam indignis assentationibus, quod alteri ferè vicinum et conjunctum esse solet, amicitias emere. Tantus sui contemptor extitit, ut exiens ad negotia domus gratiæ cum equum ob pauperiem habere non posset, afinam equitaret. Necque erubuit semel asello insidens per medium Bruxellense oppidum usque ad ipsum defendere forum, pueris plateatim ipsum insequentibus et subsannantibus. Hinc plurimi civium ob ejus humilitatem, ædificati, plurimi vero qui phaleratis libenter vectabantur equis confusi sunt. Satagebat hoc quam maxime optimus pater : ut si quando (ut fit) inter fratres orta esset contentio, numquam se sopori ad vesperam daret, nisi inter dissidentes pax et tranquillitas resedisset. Si quem fratrum suorum aut tentatum sciret, aut miserè afflictum, sedebat cum illo usque

In Chronico Carth.  
Cap. 31. L. 7

in seram noctem, et monita salutis inserebat, donec ad meliorem mentem illum revocasset. Amabat plurimum eos fratres qui spiritualibus sese operibus mancipabant, deinde eos qui scribendis voluminibus operam impendebant ; Asserens non minorem fructum hos agere calamo et digitis, quam qui lingua et sermonibus populo Dei verba prædicant. Insuper referente Dorlando visus est aliquoties inter celebrandum, sursum ab humo sustolli et aliquandiu in aëre dependere : ut illuc levaret carnem quo jam ante mentem præmiserat suam. Cum vicinam putaret jam sibi mortem imminere statuit à publicis se curis subducere, et velle cæpit ad Matrem suam Carthusiam Capellæ reverti. Quod ubi inter fratres percrebuit nihil gravius audire sese arbitrati sunt. Hinc injectæ venerabili et grandævo seni diuturnæ more, preces quoque et lachrymæ et piæ fraudes dum litteras intercipiunt et pium desiderium eludunt : atque ita per sesqui annum totis animis et tota charitate inter eos certatum est ; Illo abire ad quietem cellæ suæ cupiente, his verò contra renitentibus et optantibus si fieri potuisset ; immortalem ut sibi perpetuò præsentem, ut vel hinc conijcere liceat quanto charitatis vinculo cum suis fuerit adstrictus. Itaque Prioris onere post quatuor lustra levatus, domui Capellæ restituitur tantis virtutum margaritis corruscus, ut à suis Pater Patrium meruerit appellari. Sibi soli rigidus, omnes suavissima morum gratiâ in sui amorem pellicebat. Ita corpus longa inedia ac tabe consumpserat, ut tam aridum atque exesum quam vel baculus vel truncus arboris videretur. Obijt plenus dierum, anno ætatis nimirum septuagesimo quinto (quo adhuc ferijs sextis sicut solitus fuerat) in pane et aqua jejunabat. Ex quibus quadraginta sacro in ordine explevit. Quem expirantem cum prior suis venerabilis P. Arnoldus Carmannus cerneret, graviter ingemiscens, exemplo Sancti Laurentij ad Xitum Papam exclamavit agonizantem Quorsum mi pater tu pergis, et cur me in his cladibus derelinquis ? Utinam tecum nunc moriar, qui vivere sine te non valeo. Quod ubi dixit mærore pariter et languore correptus comedere ultra et bibere non potuit, sed diebus tantum quindecim supervivens, amicum se vocantem, quem tenerrimè semper amaverat felici est morte consecutus.

Subjungo Henrico Arnoldum Carmannum : Sejungi enim non debent, qui tam arcto amoris nexu conjuncti fuerunt ut unus sine altero vitam protrahere non valuerit. Rectè illis applicueris, quod de apostolorum Pricipibus canit Ecclesia

Anno 1481. 3. Febru-  
arij.

Anno 1456

Quomodo in vita sua dilexerunt se ita et in morte non sunt separati. Stheenusia in territorio Gerardimontensi Arnoldum in lucem edidit. Ante ordinis ingressum desudavit professor in famosa litteraria plestra, quam nunc Benedictini abbatiae Sancti Adriani regunt. Post hæc aliquot annis sæcularis sacerdos et Sacellarius Sancti Georgij in dicta urbe. Vir fuit maturus et severus ac magnæ reverentiæ in sæculo. Intravit ordinem Anno 1449 receptus à Venerabili Henrico Loënio, qui etiam magister ejus fuerat in porcensi pædagogio. In rebus agendis strenuus executor, et quantum suæ infirmitates patiebantur, inexorabilis sui corporis castigato. Postquam septem annis in ordine laudabiliter sese gessisset, initiata est domus Schotana, ad quam primus Vicarius missus est. Sed cum ibidem autoritate Capituli generalis, præfatus Henricus Prior Capellæ rector est institutus, Arnoldus electus est Prior Hernensis seu Capellæ prope Angiam, quod officium strenue administravit plusquam viginti quatuor annis, hoc est ad obitus sui diem. fuit etiam Provinciæ Teutonicæ visitator, in quo munere animarum et ordinis admodum fructuosum se zelatorem ostendit. Subsidiarius fuit Henrici de Bergis Episcopi Cameracensis in reformandis monasterijs suæ diœcesis. Sed et pro ~~???~~conservatione reformationis monialium de Gielenghien strenue laboravit, adeò ut post Deum primarius habitus sit illarum Pater Patratus. Sublimi erat et humili indole, sciens et abundare et penuriam pati. In externis negotijs, et quæ suum officium (quod amplissimum erat) concernebant, solertissimus habebatur, licet esset erga Deum humilis semper et sedulus et devotus. Hoc sagaci rectore domus Capellæ in spiritualibus et temporalibus bonis non mediocre adepta esse noscitur incrementum. Nec minus tota provincia sub hoc Patre visitatore floruit virtute, sanctimonia, dignitate. Provinciam visitans ita regiminis sui moderabatur officium, ut cum Jeremia evelleret, dissiparet, seminaret, et ædificaret. Hinc dicere sæpè solebat Oportet prælatum ea sectari quæ decent, sed ea facere quæ potest. Sæpè cum passione colica, ~~et~~ vel calculi dolore præmeretur, necessariam semper patientiam quasi clijpeum objectabat, ijta ut hanc ejus tollerantiam magnoperè alij admirarentur. Inter celebrandum tam copiosas quotidie spargebat lachrijmas, ut instar inundantis aquæ fluere viderentur. Cumque in generali capitulo super ijs à Patribus argueretur, et ut obtutibus parreret oculorum moneretur, respondit cum Sancto Patre Francisco, Non oportere ob caducum luminis

visum, qui nobis cum muscis communis est, gratiam abijcere Salvatoris. Tandem confectus senio Anno ætatis suæ circiter octuagesimo octavo postquam triginta duobus annis in ordine fuisset, cum bona spe, fide, charitate et vivacitate ~~spirituum~~ sensuum ad ultimum usque spiritum fatis concessit Anno 1481 duodecima die februarij.

#### Annotationes ad Cap. 21.

Cum Nicolao Lamberti Valckenisse ) vernulæus in descriptione academiæ Lovaniensis Cap. 7 ubi de fundatione Collegij Porcensis loquitur, sequenti eum celebrat elogio : Circa Gijmnasij hujus institutionem consilio quoque et auxilio adfuit Nicolaus de Valckenisse, qui Academiæ Rectoratum inijt Anno 1435. Vir item singularibus animi dotibus illustris. Grammaij in descriptione suburbani Antverpiensis Cap. 11. scribit, dominium domus Haijmonis in ericeto Hobocano constructæ, devolutum ab Henicghonijs ad hunc Nicolaum.

## Caput vigesimum secundum

De P. Marcelio Voet  
Secundo Priore in Scheut

Virgilius

Asturgat stīlus, et si quid in cothurnis possit vel in panegijricis audeat.

——— tentanda via est quo te quoque possim

Tollere humo Marcēli.

Marcelius ex Steenberga Brabantiae deduxit musas ad Schotanam Solitudinem. Vir solidus et in omnibus penè liberalium artium studijs instructus. Sed cum displiceret sui sua Pallas, eo quod esset prophana, Palladem fecit Christianam et sacris litteris servire fecit. De Africo refert orator, quod numquam minus solus fuerit quam cum solus, neque minus otiosus, quam cum otiosus. Hoc de Marcelio isto verius dicere liceat. Ille vero strenuus in opere, sed ingenio fortior, ita appendebat et metiebatur horas et momenta vitae suae ut studeret quasi semper victurus, et viveret quasi semper moriturus. Novisset eum futura aetas, si vel umquam in lucem fætus ingenij et pectoris edificasset, vel si eos, quos etiam edidit hæreticorum invidia ad nos transmisisset ; sed cum non habeat posteritatis aut nominis sui monumentum, consoletur illum nunc vitae bene actae memoria. Obsecro, quid illi expectandum fuit, si notus omnibus, ignotus sibi vixisset, nisi ut eum tanto gravius feriret illa vox poëtae

Seneca in Thijeste

Illi mors gravis incubat

Qui motus nūc omnibus,

Ignotus moritur sibi.``

Vixit igitur et vivit, ut creditur, meliore parte sui, et fratribus dum viveret praefuit annis multis tam sancto et Religiosè, ut nullus ei par, nullus secundus haberetur. Primus erat in Choro psallentium et supra quam cuique credibile esset supra vires et naturam levabat sese, neque in gravissimis infirmitatibus chorum umquam dimisit. Jejunio libenter utebatur. Videlicet Athanasium legerat



qui ait : Jejunium cibus est Angelorum, ut qui eo utitur meritò angelici ordinis censeatur. Pallebat facies, et venerandam mentis camitiem, capitis camities promittebat. Induerat eum humilitas sago tenui, sed contra superbiam forti ; Deducebat eum paupertas, sed regiâ viâ. Præterea contemptus rerum fluxarum, sanctæ mentis stabilitas, adversitatem omnium tranquilla perpessio, ipsius artes erant, quas sine præceptore didicerat.

### Annotationes ad Cap. 22.

Marcellus Voet ) legitur in Schedis antiquæ domus hunc Patrem tempore sui Prioratus ampliasset monasterium ædificijs et redditibus, et Ecclesiam novam continuasse in eoque opere è vivis sublatum Anno 1587. 29 Julij. Præterea reperitur de eo annotatum ut sequitur : fuit vir humilis, et patiens, qui quam sanctè, quam piè, quam laudabiliter fuerit conversatus vix effari potest. Item alio loco. Fuit Vicarius et corrector ante Prioratum. In Grammatica, logica, naturalibus et in Theologia multum expertus : licet in vita sua semper patiens et humilis fuerit, in fine tamen præcipuè ejus virtus velut aurum in fornace probata fuit.

Turneurus in hunc modum eum laudat : Marcellus Voët professor A° 1463. plures libros correxit et scripsit unum magnum nocturnale pro infirmario, horas aliquas diurnas et alia, multum dilexit studium et magnæ fuit litteraturæ. Alibi dicit, quod annis novem famulatus fuerit Nicolao Blien Gijmnasiarche in Flandria ac dictum Nicolaum intuitu illius obsequij, quædam legasse monasterio.

Vide Cap. 13. hujus libri. Ubi ad pacem componendam inter Principem et rebelles Gandenses ejus operâ usum Maximilianum narravimus.

Fuit quoque adhibitus tanquam assessor — ab Adolpho Cliviensi domino de Ravenstein, quem arbitrum cives Bruxellenses elegerant, ad dissidia inter ipsos Anno 14480. exorta, sopienda. ~~Cujus sequentes litteræ fidem faciunt.~~ Ex subscriptis litteris pronum est id colligere//

## Caput vigesimum tertium

De tribus Joan Laicis

~~Joanne~~ Everardo~~Joanne~~ Cambierioet ~~Joanne~~ et Mario.

Dabo superioribus pares meritis, professione impares : tres nempe donatos, qui in hoc conventu domesticis negotijs obeundis se mancipaverunt. Joannes Everardus magnis natalibus clarus, sed virtute clarior fuit. Hic cum nomen ordini candidatus dedisset, amici qui eum ad id incitare debuerant, cæperunt proposito ipsius vehementer resistere, et quod sceleratius est flagitiosis precibus obtestari, ut mutaret sententiam, sed cum nihil apud eum blandæ Sijrenæ potuissent, aggressus est eum unus ex amicis, qui se apparitorem et publica autoritate eum abducere posse diceret. Ille ubi sensit sibi vim fieri, vim vi repulit, et hominem, Deum ita casum adregente, luctando dejecit in terram : tum exultans et ridens his verbis cæpit in eum invehi : nescio, inquit, an apparitoris munus tibi delatum sit, uti dicis, certè apparet satis te esse accensum, ita enim in me pertinacia accensus et (et ô quam terribilis exarsit pronus in iras) ut cum me non possis, habitum meum impudens auferas (apprehenderat enim mordicus illius habitum) et tu mecum, inquit, agis autoritate publica, quid si tecum agam de repetundis ac his dictis intra septa monasterij se recepit. Illum ergo qui tam fortiter se gesserat, quid accessu ætatis egisse putabimus ? nihil sane quod non summa cum laude conjunctum fuerit. Unum tamen idque ferè præcipuum in vita sua habuit magnæ cujusdam virtutis exercitium, cum enim adhuc esset vegetus corpore, et à pueritia optimè semper educatus, toto vultu ita repente intabuit et deturpatus fuit, ut monstro similior quam vivo homini videretur, fætor quoque illi et samies quædam inerat, quæ eum non ~~modo~~ modo oculis, sed etiam reliquis sensibus gravem sane et molestum faciebat : sed ille inter hæc dulcissimæ ætatis mala, nihil umquam præ se tulit, quod singulari modestiâ plenum non esset.

Sæpè effusus in laudes Dei, bonitati illius immensæ gratias agebat, quod stigmatibus istis miserum dignum judicasset. Cumque in infirmitate ista sanctè et religiosè diu vixisset accessu ætatis (quæ non nisi cursus celerrimus est ad mortem) vitâ functus est. Animadversum est non sine ingenti admiratione, eum dum viveret cadaver potius quam vivi hominis corpus habuisse ; Dum autem excessit tantam spiravit odoris fragrantiam, et gravis ille odor ita cessit, ut non nisi voluntate Dei cessisse tam subito umquam potuerit. Et qui sibi ipsi alijsque gravis antea fuerat, omnibus mortuus mijrothecion quoddam fuit. Rideat quamnis Satijricus et in eum impûdens minus istud decantet.

O qualis facies et quali digna tabella.

Bavium illum Mævium dicant omnia theatra, et Alexandrum Magnum antiqui historiographi admirentur, quod tam rectè, ut narrant, constituta humorum harmonia et temperamento fuit, ut anima ejus naturaliter balsamum expiraret : imo et sudor quem emittebat, tam fuerit dulcis et suavis, ut quoties pori ejus recluderentur gratissimis odoribus perfusus crederetur (quoque est rarius, credituque difficilius) cadaver ejus tam spiravit suaviter et redolevit, ut aromatibus repletum esse judicatum sit ; Numquam tamen mihi tanti erit hic, aut in suo Cæsar compositus Mausolæo, licet libitinam ipsam exhauserit, quam istius corpus, in quo tam casia quam unguenta, sed virtutes fragrant.

Alius Joannes Cambierius eximium virtutis exemplar. ante ingressum Ballivus fuerat Gerardimontensis. Habitum induit sexagenarius et posthuma vitæ Deo consecravit, factus humillimus portarius domus, omnibus inferiorem se semper gessit.

Tertius quoque Joannes Marien Alostanus custos Sacelli Beatæ Virginis ultra annos quinquaginta laudabiliter vixit et conversatus est in habitu sancto. Excessit è vivis Anno 1585. die 26. Junij. Sepultus in Jericho in ambitu Monialium.

Annotationes ad Cap. 23.

Joannes Everardus magnis natalibus clarus )

Laissé en blanco un feuillet.

f° 175v (38)

~~Ballivus Gerardimontensis )~~

~~Sepultus in Jericho )~~

Caput vigesimum quartum.

De quibusdam alijs seu pietate  
Seu eruditione claris seu  
Natalibus claris.

Plures sunt, præter supra laudatos, qui vel virtute, vel doctrinâ, vel alijs vitæ meritis, in hoc Parthenio secessu floruerunt : Sed ita abditi sunt, velut in equo Troiano nobiles quondam Græciæ. Paucorum tamen gesta perpauca cognoscere licuit : quæ sicut Romanus ille Valerius popularium suorum exterorumque optè et acutè dicta, factave digna notatu, posteris tradenda judicavit ; Ita alumnorum hujus domus, de quorum probitate, seu scientia certò constat, licet accuratum totius vitæ cujusque decursum ignoremus, pio ore prolatas sententias, et pia quædam ipsorum facta, hic referre haud erit fastidio ; ut etiam minimis, quæ laudem merentur, laus ex æquo tribuatur. Itaque stylum ad hos jam delabi permittam, quorum Principatum teneat Mattheus de Middelburgo alias t'Sergoosens, tertius monasterij Prior. Vir pacis et tranquillitatis amantissimus. Humilitati, quam maximè coluit, summam adjungens modestiam, omnia discretionis zelo temperabat. Multum pro domo sollicitus, ac ne divina perfunctoriè peragerentur cura maxima ei fuit, etiam in extremo vitæ suæ die, quo jam sacro inunctus oleo animam vix trahens, cum alternatim cum duobus monachis sacrum matutinale pensum de Beata Virgine recitaret, ipsique celeri nimis lectione festinarent, tractius progredierentur admonuit. Altum nemque animo illius inhærebat illa divini eloquij interminatio : Maledictus, qui facit opus Dei negligenter.

Quoniam vero nihil prodest corpus jejunijs et abstinentiâ tenuari, si mens pariter intumescat superbiâ, hinc jam Simonis de Huijvettere Donati exemplo obediendi humilitatem ~~exemplo~~ docebimus. Hic postquam tertio matrimonij iugum Romæ subiverat, mitius et levius onus domini in hac domo portavit, tantâ obedientiâ excellens, ac adeò in obeundis, quæ illi injuncta fuerant, promptus et hætus, ut non fuerit veritus dicere : Si me meus Prior intrare juberet sepulchrum et mihi ibi moriendum foret, libenter et sine mora ei morem gererem. O fortem virum, qui nec mori recusasset, si ad superioris exequenda mandata oportuisset.

Joannes Biest Vicarius multos codices scripsit bonisque se operibus totum mancipavit. Libet hic dare catalogum librorum quos transcripsit. Tria missalia cum dimidio. Homiliare festivale, Dialogum Gregorij cum homilijs ejusdem super Ezechielem et super cantica, Tres majores antiphonarios Ecclesiæ, Moralia Gregorij quoad primam et secundam partem, horas de Domina cum horario diurno, Et quatuor vel quinque gradualia ac plura alia scripsit pro extraneis. Firma et stabilis in eo adversitatum erat ~~tollerentia~~ tolerantio. Læsus opprobrijs patientissimè offensas patiebatur, ne quidem (quod multi solent, solatij ergo) amicissimis, de illata injuria conquerebatur : sed ad cellam se recipiens orando et studendo illam oblivioni tradebat. Senio fractus, quia multos habuerat discipulos, quibus monasterium replebatur, his verbis crebrius eos admonuit : Videte ne fostè Sanctus Ordo vilescat aut tepescat in vobis, quia senes recedunt et juvenes continuo adveniunt. In ultima vitæ periodo sæpius orabat, ut cum placeret Altissimo auferre spiritum ejus, brevem ei moram faceret, ne fædis necessitatibus corporis insudando, ~~ipsi~~ inservientibus fratribus tædium et nauseam exhiberet. Quod et everit : Nam trium dumtaxat dierum morbo, omnibus munitus sacramentis, legens horas suas cum infirmario, abreptus est Anno 1404.

In exscribendis codicibus multum quoque lucubravit Pater Joannes Haccius, qui Parisijs artium Magister factus, ordinem in hoc claustro amplexus est, ut fieret Chriti discipulus. Scripsit Psalterium magnum quo fratres in Ecclesia utuntur. Item duo vesperalia magna, Evangelia totius anni et homiliare dominicale. Multa quoque præclara opera ante ordinis ingressum suis expensis scribi jussit. Et quamnis mentis inops factus, sæpius abstinuit à cibis delicatioribus, solo pane et aquâ contentus; mandans ministris, ut lautam portionem suam, ipsi pitanciam vocant, ob Dei amorem egenis erogarent. Ita in delirio sapientissimis exemplis alios docuit ~~jeunio, quod S. Hieronimus fortissimum vocat~~, corpus domare et charitatis exercere officia. Lepidum est quod in collectando Turneri Legi, qui de hoc Joanne Simplicio ita loquitur : Etiam præ innocentia inseruit virgulta nova antiquis baculis dum stantibus in horto suo et jam multo tempore arefactis et circumligans insertionem cum ficu, dicebat : valdè bene crescet illud virgultum propter pinguem ficum circumligatum, et ferè omni mane venit ad hortum ut videret, num virgultum crenisset, et alia puerilia fecit. Frater qui curam illius habebat dubitans de illius innocentia, quadam vice extractâ ei mensâ et apposito pane, abijt cubitum relinquens senem infirmum solum. Mane autem rediens ad suum infirmum

invenit illum adhuc mensæ accumbentem cum apposito pane, et tunc certo sibi pessuasit eum planè innocentem factum. Mortuus cum infueretur. adhuc semel ingenuit et prolongavit tibus vel potius totum corpus suum ad dimidium pedem vel palmam unam.

Levinus Ammonius Gandensis cum ageret apud Patres in Scheut varie scripsit ; mimirum de filio prodigo, de institutione novitiorem, vitam Guilielmi Bibautij Prioris majoris Carthusiæ. Insuper extat libellus ab ipso optimo caractere græcè conscriptus, cui loco tituli hæc præmisit. Libellus hic quatuor Evangeliorum scriptus fuit ex editione novi testamenti primo Erasmi Rotterdami et postea ad tertiam ejusdem editionem recognitus per manus Lævini Ammonij Monachi Carthusiani in domo Sijlvæ Sancti Martini, quæ mille passus distat à Gerardi Monte Anno Domini MDXX. Fuit Levinus sublimi ingenio. Erasmum apprimè coluit, cum, quo commercium habuit litterarum. Obijt undecima Martij anno 1556. Vide Bibliothecas Sanderi et Valerij.

Patris Joannis de Merchtene diligentia calami, quo multos libros ~~qui non specificatorum~~ qui non specificantur transcripsit, à Chronologographo domus laudatur. ~~Quartum volumen serendæ sanctorum ejus manu sui scriptum ipse in fine operis testatur. Primum~~

Ex hac domo ut alijs præessent assumpti sunt Joannes Rolandus, qui diversis vicibus trium monasteriorum Prior fuit, Erfordiæ, Buxiæ et Isembachij in Franconia, ibique defunctus anno 1585 postquam vixisset in ordine annos circiter 45.

Jacobus de Dordraco ex hac Eremito fuit evocatus ut Herbipolensem Carthusiam regeret.

In Catalogo professorum P. Petri de Wal

~~Henrici Heetveldij ? ? ? è nobili profe ? ? ? oriundi ? ? paulo ? ? ? vitus quem ? ? ? etc, etc illisibile. Corpus ejus, quod in vita~~

glaucum, post mortem album et pulchrum apparuit migravit ex hoc sæculo die sancti Martini anno 1472.

Magnis præterea titulis et nominibus se esset memoria, quorundam Patricij nobilisque generis religiosorum, qui ~~patim~~ in suburbana hac domo vitam Carthusianam cum virtute sunt professi, de quibus dicere fas est, quod d. Hieronijmus ad Luciniam ait : nimirum eos Sodomam vitasse, ad montana festinasse, post tergum non respexisse : nec aratri stivam, nec fimbriam salvatoris : nec cincimos ejus rore noctis madefactos, quos semel tenere cæperant, dimisisse. Nec de tecto vintutis pristina quæsituos vestimenta descendisse. Nec de agro reversos esse domum. Sed nec campestria cum Loth ; et amæna hortorum dilexisse, quæ non irrigantur de cælo, ut terra sancta, sed de turbido flumine Jordanis, postquam dulces aquas maris mortui commixtione mutavit. Quorum primus in censu, professionis et ordinis Joannes Grootuus quamnis parentem et fratrem respiceret ~~Cancellarium et consiliarium~~ Consiliarium et Cancellarium Brabantiae, non se vendicavit hoc nomine, sed posthabita lucæ natalium suorum, seipsum redegit in ordinem ex professo Monachus, hoc solo superbus, quod neminem sibi parem pati potuit in sui despectu ; nocturni petitoris Evangelicæ verus imitator, non prius pro salute sui generis rogare destitit, quam cognatos duos ad idem vitæ genus et institutum pertraxit. Et is quidem obiit octogenario major, postquam per omnia de ordine suo fuisset optimè meritus.

Æqualis ejus Adolphus Cottereanius Roberti militis, ac locum tenetis regis Romanorum filius, Grootio sanguine junctus, contemptis et ipse voluptariæ visionis hujus illecebris, multum ab similis illis, qui parentes suos in munina referunt ~~et genus jactant suum~~ : quorum blanditias et insidias ut evaderet, reliquit pallium in manu Ægijptiæ, suaque jussit illos habere dominia Grimbergense, Releghemense, Cobbehemense etc. Ita nimirum magnus mirificusque carnis et sanguinis triumphator, nobilissimâ victoriâ vicit Joannem fratrem suum equitem auratum et oppidi Bruxellensis Ammannum ; Philippum item fratrem militem (et ut phrasi temporum illorum utar) custodem privilegiorum Brabantiae ; Hos itaque fugiendo, cedendoque juri suo superavit, sæculo relinquens et sæcularibus ea, quæ ~~mortalibus~~ mortales ad felicitatem prima, vel ad miseriam extrema vitandam bona dicuntur :



Alter similiter inopiæ regularis et regiæ, pulcherrimum aliquando posteris futurus exemplar Philippus Vilainius equitis et Consiliarij filius alienato ab sensu rerum fluxarum animo, contemptâ novi exempli, et Monachismi difficultate fortiter, superatâ, in ordinis sacramenta juravit, et se stabilivit in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducia, in opulenta requie : sicque deo servivit conservatori humilium, libero, honestoque deditus studio ~~???~~ scripturarum ; in quo et vivendi finem fecit, pulcherrima morum suorum mercede cohonestatus.

Quid memorem Philippum Vander Nootium Petri et Angelæ Vander Heijdiæ filium, qui infirmitatem ætatis, maturitate animi nutriens accessit ad habitum ~~?~~ Et is ob testimonium virtutis sacro domus cimeliarcho custos datus, suaviter secum habitans et cum libris, quia bene Catuit, benè vixit ; legerat enim : Cogitatio Sancta servabit te.

Hujus supparem quoque Henricus Heetveldium nobili numquam absque commemoratione generosioris humilitatis præteriero, qui jam provento statâque ætate (quadragenarius enim nuntium sæculo remisit) initiatus ordini, cum non haberet alas ut aquilæ ~~volant~~ volant, pennas simplicis columbæ assumpsit, conversorum habitu graduque donatus, nihil ad ignominiam natalium suorum fecisse se arbitratus est quod ad hunc habitum et statum se inclinasset ~~de quo memoratu dignum hac legitur, quod cum ad extrema devenisset, deo bonorum omnium fonti gratias prolixè egit, hoc nomine, quod in tam sancta mori contigisset eremo.~~ Ex amplissima hereditate multa bona domui contulit. Quamnis assiduis corporis languoribus, iisque vehementissimis, calculi nimirum et icteri agitaretur, nihilominus in pijssima simplicitate cordis, de famulari alacriter peneveravit. Memoratu dignum hoc de eo legitur, quod cum ad extrema devenisset, deo bonorum omnium fonti gratias prolixè egit, hoc nomine, quod in tam sancta mori contigisset eremo. Corpus ejus, quod in vita glaucum, post mortem album et pulchrum apparuit migravit ex hoc sæculo die S. Martini Anno 1472. Novo sine sanctitatis opinione ut archiva domestica loquuntur.

Addamus et Anderlacensem Decanum illum Petrum dictum de Thijmo, virum virtutem et scientissimij reprobare malum et elingere bonum. Id ergo cum Deo, sic casum adregente, fortè Petri fabricij ejusdem Ecclesiæ Capellani, morientis interesset officijs, ac suprema conclamatis remedia, unctionem sacram, manu propriâ admotâ adhiberet, cilicium ejus, quod offibus adherebat ut conspexit, miratus in illa infirmitate moribundorum sensuum ne quidem sensum integratæ duplicis compunctionis illi deesse ; compunctus et ipse est, et non obiter commotus discrevit, decrenitque aliquando meliora, seque tandem redegit in numerum Carthusianorum.

Unum ad huc pro feram, qui per varia devolutus vitæ genera in hac ultimò Parthenia domo conquienit Gagrielem Offhusium. Is Primum sæcularia castra secutus, postea religiosus sancti Jacobij in Frigido Montis ordinis regularium, mutavit clipeos; Tandem in Agro Scheutano Carthusianam vitam amplexus, non sine strepitu fori et fortunæ exterioris ( :nam in ejus Itagoga vestitione Rev<sup>mus</sup> ipse D. Cameracensis Henricus à Bergis orationem Paræneticam habuit ; cui comes tunc aderat Archiepiscopus Bisuntinensis Franciscus Buslidins : ) et it quidem exemplum dedit non levitatis, sed correctionis deliberationis et stabilitatis : Illique ~~???~~ ~~de quo civitum~~ ~~apri~~ non incongrue illud Pœt Flacci poetæ potuit adaptari

————— Vejanus armis

Horat.

Herculis ad postem fixis, latet abditus agro.

Laissé en blanco une quaternion.

## Caput vigesimum quintum

De P. Ludovico quondam  
Divionensis in Burgundia  
Carthusiæ Priore, Sepulto  
in Scheut, cujus anima  
post mortem redux apparuit  
Fratri Henrico Heetveldio.  
Et de Joanne Miricæo.

Non est quod expectetis ~~hujus viri~~ Ludovici præclare gestarum historiam, laudabilium enim rerum ab eo perpetratarum materia, haud quaquam mihi subministrata est ; Non opinor tamen probitate, virtuosisque factis vitam ejus fuisse vacuum : cum aliquando dignus judicatus fuerit, ut Divionensi præ esset Asceterio ; Sed ~~sinistre~~ unum ~~???????~~ ejus admissum hic referrendum censi, quo in tranquilissimo ordine, placido velut mari, perturbationes concitasset, ni dextra excelli ejus restitisset conatui, ut videant, qui solent. imitari factum, non esse monacho salutare ~~monacho~~, contra ordinis sancita, sæcularium principum implorare suppetias. 

---

Non est quod hac narratione honori ordinis detractum ~~aliquid~~ velim, ac probico ei vertendum judicem unius delictum à superioribus castigatum : Sed vice versa, honori ejusdem consultum volo, illumque laudandi ex eo facto ausam arripere. Nunquid enim pater in discolum filium animadvertens, verus Pater amanti proles dicetur, quod curam adhibeat in eo reducendo ad rectæ rationis tramitem. Nes secus ferere Patris Ludovici Superiores, errantem correxere et erratum minime conniuerunt. Evangelista Joannes Judæ proditionem et Petri Christum negantis ~~Christum~~ Lapsum in Evangelio narrat, an ideo ~~?????~~ sancto Apostolorum cætui illatum à Joanne, qui ~~in eodem~~ ejusdem ~~eram~~ ~~ere~~ erat societatis, dedecis seu infamia ~~?????????~~ nulla pror omnino. Nulla omnino Et ipse Dorlandus in Chronico suo Carthusiensi, nunquid aliquorum fratrum, quorum instituti et ipse quoque erat, errores et peccata ~~punita commemorat~~. Ut alij exemplum ~~???????~~ divinitus punita commemorat, ut ~~alijs~~ cæteris terrorem incutiat et cautos faciat alieno infortunio. Quin et liceat id mihi ~~Ex ??????~~ igitur Moris est in Sancti Brunonis ordine, ut qui munere aliquo funguntur, si eo dimitti velint misericordiam ~~gratiam~~ sibi fieri à superioribus petant, quos unde donant vel in officio relinquunt, prout bonum commune et commoda seu infirmitates personarum exigunt. Tamen nonnumquam accidit, ~~quod deponantur~~ ~~????????????????????????????????????~~ Eos authorari gratiâ non petitâ, quo modo prædictus pater

Ex Archivis et P. Wallij  
collectaneis

Ludovicus Prioratus dignitate fuit exutus à Generali capitulo ordinis, quod pessimè ipsum habuit, ad adeò, ut non gravaretur perpere Romam ad pedes Sanctissimi Patris, quasi de illata sibi injuria quærelas depositurus. Inde in Belgium venit, ut Philippi boni, magni ipsum facientis, adjutorio, in pristinum statum restitueretur. Sed subita infirmitate correptus in suburbana eremo de Scheut, antequam Principem accessisset, diem sine loquela clausit extremum Anno 1459. Communia suffragia ordinis, quæ pro defunctis Patribus fratribusque persolvi solent, è mandato Visitorum huic denegata fuere. Anima verò ejus redux ?-?-?-? Fratri Henrico Heetveldio converso, de qui cap. præcedenti, se visibilem præbuit, in ipso majori templo circa ultimam vigiliam noctis. Easdemque manet in ambitu Monasterij Divionensis conspectas eodem tempore ac fratrum preces postulasse, postea relatum. Ubi dein pro more illi parentatum, numquam deinceps comparuit.

~~Caput vigesimum sextum.~~~~De Joanne Miricæo~~

2. Cor. 7. Cap. 11

Lib. 1. Tit. 1

Gerson de consol.  
Theologica

Genes. 49

Nec mihi credo succentebit Carthusia, si Mariani ovilis ovem, quæ à vero salutis calle, pullulantibus sectis hujus ævi, seducta fuerat, ad ovile suum reductam ~~dixeam~~ et hic velut præclarissimum pænitiæ speculum, lapsis in abisso errorum versantibus præposuero, Joannem nimirum de Mirica, alis Vander Heijden : ut, si erraverint sicut homines, non sint pertinaces sicut dæmones : Nam ~~hoc??temque, quod dolentes referimus,~~ paucos videmus, ex ijs qui semel ordinem suum deservere, quamvis revertantur, stabiles perseverare : sed sæpe rursus fugam arripere et reverti ad vomitum : quia non veram apprehendunt pænitiæ. Videamus in hoc homine quantam pænitiæ seu tristitiæ secundum Deum operata sit. sollicitudinem, sed defentionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. Ipsum, errorem suum confitentem deflentemque in libello, quem scripsit de reditu ovium dissipatarum ad ovile Christi, easque revocantem ad concordiam Christianam et Evangelicam veritatem, audite. Quod autem pauci revertuntur ad unitatis gremium, præsertim ex doctioribus et litteratis multique de una secta migrent in aliam, major quæstio est. Breviter tamen cum Gerson respondemus, ideo separatos semel et ab Ecclesia revulsos rarò ad eam reverti : sed currere potius instar atini indomiti in omne præcipitum, quia irato Deo (qui superbis resistit) relinquuntur in manu consilij sui. Est enim in hæreticis plerisque omnibus occultum quoddam superbiæ initium, et pertinaciæ genus pallio fucoque constantiæ tectum. Est in ipsis zelus quidam, speciem quidem habens justitiæ : quum renera ex injusto impuroque amore, et ex animo proficiscatur felleo et amarulento, quem quidem zelum recte comparari perhibet Gerson gladio bicipiti in manu furiosi : aut igni seu fulmini sine obice pervaganti : qualis præfiguratus fuit olim in duobus illis filiis Jacob Patriarchæ Simeon et Levi. Hi quippe justè se moveri opinabantur ad vindicandum oblatum sorori vitium : sed secus judicat S. senex, qui jam moriturus maledictum, instinctu divino, pronunciat hunc fuisse furorem, et hanc ipsorum indignationem, tam pertinacem et præfractam. Talis profecto zelus est omnium, qui prætentu tollendi scandala de domo domini, sese ab ipsa hac Dei domo separant foresque prorumpunt, et novos condunt cætus, et sine fundamento ædificant ruitura ædificia. Hæc non insultandi animo à mpe commemorari velim, ut sibi veritatis alumni persuadeant ; nequaquam ut in alios dicam contumeliosius. Sed ut potius meo exemplo quam

plurimos (si cum deo adjuvante possum) à deuijs errorum semitis ad antiquum  
 revocem salutis iter : Ideo hæc à me nec aliam scribuntur ob causam. Et enim memini  
 et meminisse necesse est non rectum divinæ sapientiæ callem tenuisse me annis totis  
 plus minus tredecim. Ardenti quidem accensus eram zelo totusque flagrabam  
 desiderio evellendi zizania ex agro dominico. Sed gratiæ Deo nunc video  
 handquaquam fuisse à Deo hunc zelum, nec secundum scientiam extitisse, nec sale  
 conditum, In multis iniquè accusabam (ut eram ab his novis præceptoribus imbutus)  
 Christi veterem et Romanam Ecclesiam. Nunc pleraque in Ecclesia longè aliter doceri  
 invenio quam ementitis fictionibus propomuit corruptores isti menteque corrupti  
 falsarij. Deinde sugillantur ab his multa tanquam recenter in Ecclesiam inventos quæ  
 semper jam inde ab apostolis fuere receptissima. Video ut breviter summatimque  
 dicam, nihil esse has universas novellorum magistrorum inventiones, quam mendacia  
 mendacijs, instar catenæ, perpetua serie connexa. Neque hæc ante videre potui, quam  
 perlustratis principijs ac fundamentis quæ religiosa orthodoxorum patrum ex scripturis  
 deduxit antiquitas, sic ordine, rectaque methodo et ratione ad reliqua pervestiganda  
 dubia processi. Et verissimam esse comperi D. Augustini cum tota antiquitate  
 conspirantem sententiam, quam in explicatione psalmi 57 edidit. Generet te, inquit,  
 mater Ecclesia, non abortiat, si patiens fueris usquequo formeris, usquequo in te certa  
 sit doctrina veritatis : continere te debent materna viscera. Si autem impatientia tua  
 concusseris latera matris cum dolore quidem te excutiet, sed magis tuo malo quam suo  
 In ventre quippe Ecclesiæ veritas manet, quisquis ab hoc ventre ecclesiæ separatus  
 fuerit, necesse est ut falsa loquatur. necesse est, inquam, ut falsa loquatur, qui aut  
 concipi noluit, aut quem conceptum mater excussit. Hæc Augustinus. Sed gratiæ Deo,  
 qui me rursus (tametsi invitum quidem et reluctantem) ad matris nostræ sponsæque  
 suæ gremium retrahere dignatus est. Qui, inquam, violenta miseratione, et miserante  
 coactione atque violentia contumaciam mei pectoris contundere atquo emollire  
 dignatus est, ut fierem, ipsius dono, ex contumace tractabilis, ex invito spontaneus,  
 docileis ex indocili atque incapaci. Non quod ego nunc *επιβικια* cantem aut  
 triumphum celebrem ante victoriam. Non, inquam arbitror me comprehendisse vel  
 vicisse : satis intelligo me in medio adhuc ambulare laqueorum, neque quod omnem  
 stupiditatem abjecerim gloriari præsumo. Id solum confidenter affirmo, me ad  
 Christianæ scholæ eandem divino ductu redijsse stationem : quam scripturæ nobis  
 sacræ demonstrant autoritas, quamque orthodoxorum omnium

concors observavit, tenuitque vetustas. Hæc mea gloriatio est, hæc certa et indubitate fides. De hac mihi divinitus exhibita dignitate benignitate et r . . . . . non erro, nec insipienter ago, Divinis enim fulcior, firmiterque : f° 181 (surcharge 49) sensum novum scripturæ canonicæ affirgo, sed quod sempe Catholicis doctum est id teneo, idque tenendum dispersis fratribus Christiano pertore fideliterque propono. Apostolica sententia est, neque an ipse à Domino sim ad vitam æternam electus, sine trepidatione constituo. Scio enim (docente scriptura) quod qui existimat se stare, sollicitus esse debeat ne cadat. Scio ad humiliandum nos secretum hoc, occultumque manere voluisse dominum, quamdiu in hac mortalitate vivitur. Et alio loco ita dixerit : Nos vero quod has divisorum imposturas tot annis non advertimus, eisque tot annis collusimus, Quid aliud causæ est : quam quod instar effascinarum ovium, per abrupta per devia, quocumque agebamur ceu obligatis sequebamur luminibus : nimirum cæcos duces et magistros, cæci asseclæ et discipuli ? Non etiam ipsi veterum scripta, an ita ut citabantur haberent id temporis inspicere curavimus : sed auriti testes esse maluimus quam oculati : itaque jure merito ab impostoribus decepti sumus. Porro autem ad me quod attinet : postquam dolos contentiosorum sycophantiasque deprehendi, non potui ipse primum non indignari mihi, non satis disputare potui et torporis, me met negligentiaque incusare : neque nunc aliter doctus dissimulare possum, aut silentio tegere, quam cæca in nocte quam cæca in nocte quam densis voluti sumus in tenebris. Si alijs persuadeo adhuc in errore fluctuantibus, si letargum meo exemplo excutio et ad investigandam veritatem reddo vigilantiores cantioresque : nihil est quod optem amplius. Si ab illis non audior, neque persuadeo : contestatum tamen fuisse et sincero pectore moruisse me juvat universos : olimque forsitan juvabit, coram justis iudicibus tribunali in extremo die. Non sequor florentes (ut issti aiunt) Romanensium fortunas. Nihil à Romana Ecclesia nec ab eo nec expecto aliud, quam quod omnes ferè Christiani : nimirum communionem sanctorum. Cupio illis sanctis et sacramentis communicare sanctis quæ dat Romana Ecclesia f° 181V./ Catholica et Apostolica Ecclesia. Cupio etiam illis communicare sanctis, qui in hac Ecclesia ab hinc mille quingentos annos et deinceps sobriè, piè et justè vixerunt, Nam utroque modo accipi potest communitio sanctorum : ut neutro genere sancta intelligamus, aut masculino sanctos. Neque enim extra hanc Ecclesiam sancti sunt usquam neque sacramenta his qui extra sunt salutaria sunt.

Hactenus Miriceus. Nunc carmen depromam gratulatorium, quod panxit venerabilis P. D. Joannes Gerulphus Vicarius Carthusiæ Lovaniensis de pænitentia Miricæi

Carmen Joanni docto disclusus amico  
Mittit Joannes alter at ipse vidis.  
Legi chare mihi frater, tua scripta probavi,  
Quam sunt hæc dixi pulchra nitore suo.  
Talia persperi res est usque ad plautite lecta  
Ingenio duxi qualia digna tuo.  
Doctrinæ vidi tanta gravitate referta  
Quantam sat norâm certus inesse tibi.  
Multimodo reperi varioque nitentia cultu,  
Ut tua virtutum vita decore nitet.  
Macte animi, sic is ad sycdera : sic tibi planè  
Quæ nocuit nigro secta fricanda sale est  
Sed tibi nil nocuit nocitum nisi ducimus illi  
Cui tandem sapuit, mens grave passa malum.  
Quem fallax humilem jam missus reddidit error  
Et magis impietas pectore pulsa prium.  
Talem te noni noverere tui quoque fratres  
Exemplum de te qui pietatis habent.  
Talem nunc etiam poterit cognoscere mundus  
Talem demonstrant te tua scripta satis.`

Deceptus mente si nunquam forte fuisses  
Scripsisses contra dogmata prava nihil  
Nunc tibi non soli labes extincta saluti  
Sed multis itidem causa salutis erit.



Causa potest similis delendæ pluribus esse  
 Causaque vitandæ pluribus esse notæ.  
 Namque doces plana ratione modumque viamque  
 Qua fugienda malis noxa sit atque bonis.  
 Nam revocare malos ostenso tramite recto  
 Est et ne deerrent commonuisse bonos.  
 Sic ubi nauta ratem saxis impegit acutis  
 Cum redit illa cavens ipse cavenda monet.  
 Sic bonus et miles collapsus quando resurgit  
 Acrior inde caput fertur in hostis iners.  
 Sic ubi sub terra granum computtuit uda  
 Grana reviviscens multiplicata gerit.  
 Atque utinam caperent errantes auribus ista  
 Levibus et vellent te duce vera sequi :  
 Sed licet illorum vel nemo parcat istis  
 Præmia tu sumes digna labore tuo.  
 Est aliquid Christo studuisse, reducere quamnis  
 Haud sint morigeræ quas agit error oves.  
 Perge, mone, rancis insta clamoribus urge  
 Rite stijlo : referet certa cupido pia.  
Serus at illa feras, valeasque ur scribere possit,  
 Multo plura vices accipe daque precum.  
 Quæ petis invenies tua post sijntagmata scripta,  
 Qualiacumque leges consule quæso boni.

Natus fuit hic Joannes Lovanij. Græcè et latinè doctus, scripsit diversos tractatus.  
~~Obijt Vicarius Carthusiæ Rutilana in confinibus Lotharingiæ.~~ Scripsit catholicam  
 enarrationem super oratione dominica et de reductione ovis quæ nondum lucem  
 viderunt. Servantur in Carthusia Bruxellensi. quin et Laurentium Surium de probatis  
 sanctorum historijs tomos in compendium redigere aggressus morte est præventus  
 quam subijt penè dictando in sede oratorij sui, in Carthusia Rutilana ad ripam Mosellæ  
 juxta Sircam in limitibus Lotharingiæ, ubi agebat Vicarium

Anno 1582. 28.  
 Octobris

Annotationes ad Cap. 26.

Contra sancita ordinis) vide fol. 52.

~~Animæ vero ejus redux~~

Annotationes ad Cap. 26.

Catholicam enarrationem super operatione dominica ) Luna huic operi esset adhibenda nam hunc inde quædam habet, quæ non sapiunt sanam doctrinam, scripta forte cum inciperet in fide vacillare.

De reductione ovīs ) cui talem titulum præfigit. De reditu ovium dissipatarum ad ovile Christi : Tractat autem in eo potissimum sequentes quæstiones 1° Qua via et methodo in hac dissensionum varietate veritas quærenda fit. 2° Quibus et quot dolosis fictionibus conetur Satan subvertere Theologicæ inquisitionis principium. 3° Quam hallucinentur novi Confessionistæ in assignandis signis quibus demonstretur Ecclesia verè Catholica et apostolica et ultimo De potestate Ecclesiæ Catholicæ : quam subvertere omnibus modis student ædificatores turnis Babijlonicæ.

~~Carthusia Rutilana~~ ) quæ unica in Lotharingia ? ? ? ? Carthusianus.

~~Carthusia Rutilana~~ ) olim eam Benedictini incoluerunt unica est in Lotharingia Templum in modum crucis, Lotharingicæ constructum. Sanavit hic D. Bernardus cæcum unum eludum. Ita in

Carthusia Rutilana.

Laissé en blanco 3. feuilles.

~~Contra sancti ordinis~~ ) Quæ à generali Capitulo Anno 1566 renovata hoc rescripto, reperio ; Renovamus ordinationes Capituli generalis anni 1528. Quæ talis est. Quamquam nostrum Capitulum generale hactenus subditorum nostrorum saluti et consolationi absque in ordinata personarum acceptatione satis prospexit et prospicit, nonnulli tamen nostri ordinis, in animarum suarum periculum et nostræ religionis confusionem, à Regibus, Principibus, Cardinalibus, et utriusque sexus magnatibus, litteras commendatitias, vel requisitorias impetrare ad Capitulum nostrum Generale, vel super annum ad R. Patrem Carthusiæ non verentur, ordinamus et præsentium tenore declaramus personas, quarum gratiâ de cetero vales litteræ mittentur ad nostri ordinis obedientias esse, et perpetuò fore inhabiles, et hujusmodi ordinationes confirmatas declaramus hujusmodi personas, ex nunc prout ex tunc, absolutas ab officijs, et perpetuò inhabiles, ac voce activa et pasiva privatas nec esse immunes à censuris Ecclesiasticis.

Anima vero etc vide fol. 53 (f° 185)

~~Finis Libri primi~~

Carthusia Rutilana, Vulgo Rettel fuit olim Benedictinorum abbatia ~~fuit~~ ædificata in honorem Sancti Sixti tempore Caroli magni à Flavia domitilla S. Leonis ~~IV??~~ ~~Papæ sorore~~ Papæ IV.

Locus hospitio S. Bernardi illustris ~~quem posteri~~ Eum posteri, cum hic subsisteret ex traditione Patrum, in hæc verba, quasi exaltandum erupisse commemorant : O Rutila Rutila tu rutilabis aliquando : que virum dei de Carthusianis in istum locum post annos ferè trecentos introducendis, ac ibidem modo adhuc habitantibus prædixisse, nullus negabit, qui ipsius ardentissimum affectum ergo Carthusianos voluerit considerare Tres mulieres claudas et duos cæcos hic restituit sanitati. In cujus rei perpetuam memoriam imago Sancto Bernardo erecta est in ipsa Ecclesia, fiuntque ad eam annuæ supplicationes feriâ septa post Pentecostem, qua die, illa miracula facta ibidem fuisse ex veteri ~~relatione~~ traditione devotus populus arbitratur.

Wallius in manus. de Originibus Carthusiarum ~~construit sequentia de hoc domo~~ hæc de domo Rutilana refert. Monasterium S. Sixti sub regula S. Benedicti duravit usque ad annum 1431. Principes verò Lotharingæ assignarunt. ordini nostro locum habitationis pro Carthusia ædificanda in Rivulo B. Mariæ juxta oppidum Sirck ibique plurima ædificata fuere, et nostri per annos 15 ibidem commorati. Monasterium autem S. Sixti quotidie deficiebat, potissimum sub ultimo abbate D. Petro de Battenberg, qui cum duobus religiosis supererat, gravati autem maximè ære alieno, cum etiam ædificia collaberentur neque spes ulla huic malo et inopiæ sublevandæ affulgeret, creberrimè nostros sollicitarunt, uti monasterium cum omnibus juribus et adhærentijs ordini nostro incorporaretur. Nostri multo tempore recusarunt. Tandem importunis Benedictinorum precibus fatigati consensere : Supplicatum est Reverendissimo domino Juliano Cardinali legato apostolico, qui id negotij delegavit R. P. fortè Joanni Matthiæ de Rode abbati S. Matthiæ prope Treverim, qui præhabitâ oculari inspectione, omnibusque consideratis maximè urgentibus Patribus Benedictinis ordini nostro incorporavit, nostrosque è rivulo B. Mariæ educens in hoc monasterium induxit, superstitem D. abbatem cum duobus religiosis nostri ad dies vitæ sustentarunt : quo tamus etiam aliquantulum pecuniæ donarunt. Iste D. abbas hic sepultus. Huic translationi et cessione Illustrissimus

Dominus Renatus Dux Lotharingæ, sicut et sequentes principes subscripsere. Eugenius IV Pontifex confirmavit Anno 1432. Eodem quoque anno Capitulum generale per Patres visitatores confirmavit. Successu temporis plurium Pontifices Romani hanc cessionem et incorporationem ratificarunt uti ex bullis eorum liquet, ab eo tempore usque in præsens nostri in tranquilla possessione monasterium hoc cum omnibus adhærentijs possident. Carthusiam autem in rivulo B. Mariæ una cum redditibus suis Principi ~~nostro~~ resignarunt, Estque collegium aliquot Canonorum, qui officium ibidem peragunt, suntque ferè Pastores vel Altaristæ vicinarum Paræciacum.

Monasterium hoc ab annis 70 ter incineratum fuit, et aliquoties etiam invasiones hostium sustinuit, ut etiam clavos parietibus infixos evellerent, Et hoc anno 1636 pro dolor, ejus deprædationes per Croatas qui etiam fratrem Joannem hortulanum Donatum crudeliter occiderunt, audivimus.

Possidet hæc domus preciosas et notabiles reliquias, quales pauca domus habent, quare operæ pretium duxi eas recensere.

Præter innumerabiles Sanctorum et Sanctarum reliquias etiam has præclarioribus custodit veneratur. Magnam scilicet Sacri ligni partem duplicem in crucem superue efformatam.

Xijti Papæ et Martijris caput et duo brachia ejusdem in anno à Christi nativitate CCLXI martijrium invicto animo consumnavit, Hujus est Carthusiæ Patronus tutelaris. Magnam partem spongiæ, quâ in cruce Christus fuit felle et aceto potatus. de virga Aaramis. dentem S. Joannis Baptistæ Reliquias Danielis Prophetie. S. Petri apostoli articulum unum. S. Pauli apostoli as egregium. S. Philippi medietatem brachij. Minoris S. Jacobi fratris. Joannis Evengeliste medietatem magnæ costæ. S. Matthiæ apostoli articulum unum. S. Lucae Evengeliste reliquias. SS. Innocentium martijrum ossa varia. SS. Machabæorum martijrum pauxilla ossium frusta. S. Clementis Papæ et martijris ossa. Magnam partem de cruce magni martijris Georgij. Os notabile et magnum insignis martijris Laurentij. S. Leodegarij Episcopi et Martijris os. Lupides quibus pro Christi nomine obrutus fuit gloriosus protomartijr Stephanus. Item os de eodem. Ossa SS. Martijrum Simphoriani, Sebastiani, Smaragdi, Valentini et Vincentij. duo capita et ossa maxima Martijrum

Thæbeorum. Caput unum et ossa tria magna martijrum Trevirorum. S. Victoris et sociorum ejus reliquias et bipemem, quâ percussi martijrio vitam consummarunt. Medietatem brachij S. Quirini martijris. S. Willibrordi archiepiscopi primi Ultrajectensis, Batavorum apostoli. Epternacensis cænobij fundatoris medietatem brachij. S. Joannis ~~Chrissostomi~~ Chrijsostomi ossicula. Partem mandibulæ S. Huberti Episcopi. Os magnum S. Hieronijmi doctoris Ecclesiæ Præstantissimi. S. Augustini Hipponensis Antistitis et Ecclesiæ doctoris clarissimi medietatem Brachij. Trium regum, qui Christum in cunis adoraverunt reliquias. S. Urlicij Episcopi Metensis officium assulas.

Item S. Sigibaldi S. Hildolpho. S. Hugonis. S. Lupi. S. Maximi. S. Udalrici. S. Arnulphi. S. Ambrosij : S. Conrardi Episcoporum reliquias. S. Encharij Episcopi Trevirensis magnam costæ partem. S. Agretij Trevirensis Episcopi de cubitu ; Vivebat temporibus Silvestri Papæ. S. Valerij Trevirensis Episcopi de cubitu ; vivebat temporibus Silvestri Papæ. S. Valerij Trevirensis Episcopi secundi. S. Theobaldi Episcopi juncturam unam. Juncturam manus integram Præstantissimi Antistitis Nicolai Mijrinensis. S. Martini Turonensis Antistitis ossicula. S. Eligij Noviomensis Episcopi articulum unum. Os integrum S. Sijlvestri Papæ et confessoris. Os magnum S. Gregorij Papæ et Ecclesiæ doctoris disertissimi. Medietatem juncturæ unius digitorum S. Antonij Magni abbatis. Os parvum S. Alexij confessoris, Euphemiani senatoris filij. Eximij abbatis S. Bernardi Clarævallensis reliquias. S. Leonardi Lævità et confessoris. S. Remigij Remorum Episcopi pulchram ossis partem. S. Judoci Confessoris Britanum regis filij digitorum manus juncturam. Os integrum S. Bricij Episcopi Turonensis S. Martini discipuli. juncturam unam pedum S. Germani Antissidorensis Episcopi septimi ejusdem sedis ; Is fato functus est anno redemptionis CCCCXXXV. Os magnum S. Ægidij Arelatensis Abbatis. Costam Dionijsij à Richel Cartusiani doctoris extatici toto orbe notissimi, qui anno à Christi incarnatione 1471, mmigravit à corpore.

Medietatem costæ B. Annæ matris Genetricis dei Mariæ. Item medietatem tibiæ S. Agnetis Virginis et Martijris. de reliquijs S. Catharinæ Virginis et Martijris quæ Alexandriæ claris octa natalibus, post complure Philisophos suis disputationibus superatos gladio feritur Anno CCCVII. 7. Cal. decembris feriâ septâ cujus corpus ab Angelis aspartatum est in montem Sinai, et elidem marmoreo conditum monumento, quod anno domini CCCCXLIII. B. dei genetrix revelavit Monacis illic commorantibus 13 Majj ita recens et incorruptum, involutum sindone cruenta lardecollo manasse caput appositum : ut putare endem die fuisse decolatam. Reperta est et lampas ardens : quam nunc usque ante ejus sarcophagum lucere ajunt. Post paululum consumptis carnibus oleum ex ossilus emanavit. Hæc Massæus in Chronico mundi.

Cubitus S. Mariæ Magdalenæ. Os magnum S. Petronillæ Apostolorum Principis filiæ. Medietatem minoris Brachij S. Lucie Virg. et martijris, quæ passa est Sijracusis anno Christi CCCIII. Reliquias S. Margaretæ virginis et martijris. Reliquias S. Severæ Virginis sororis S. Modoaldi Trevirensis Antistitis, et Ittæ conjugis Pipini Ducis, claruit hæc circa annum domini IXLX. Capita tria SS. Undecim millium virginum.

Item SS. Susannæ, Agnetis et fortè Cordulæ Crodulæ(*sic*) ex eadem Ursulam cohorte reliquias. Os magnum S. Christinæ Virginis et Martijris, quæ post varia Formenta invicto animo tollerata, tandem abscissione linguæ et sagittarum insexione cursum Martijrij complevit.

Reliquias S. Claræ Sanctitate miraculis clarissimæ obijt anno MCCLIII. Medietatem costæ nobilissimæ Austrasiæ Virginis et Martijris. Reliquias S. Appolonie Virginis et Martijris, quæ evulsis dentibus obijt. Reliquias S. Dorotheæ Virginis et Martijris. de Brachio S. Elisabethæ Lantgraviæ. Magnam crucis portionem S. Agathæ Virginis et Martijris. Os pulchrum S. Brigittæ vidue. Reliquias S. Eugeniæ Virginis et Martijris. Reliquias S. Euphrosinæ. de oleo S. Mariæ à Sardena, sed magis creditur ex eo quod effluxit ex veneranda imaginæ dei genetrices quæ Saidaneidæ in Damasco adservatur vide Baronium in Annal. Tom. X. ad annum DCCCLXX. Reliquias S. Servatij Episcopi. S. Silvestri Papæ os integrum.

Annotationes ad Cap 25.~~Contra sancita ordinis~~)*Suite f° 182<sup>v</sup> :*

Anima verò ejus redux ) È receptaculis suis redire animas defunctorum negant plurimi. Convinci possent antiquis et recentioribus exemplis, quæ referuntur à ~~viris cordatis et patribus~~ qui à sanctis quibusdam patribus et viris cordatis ac nominatim à Petro Tijræo, qui insigne edidit opus de spiritum apparitione. Sed ~~unus narrationem~~ unam tantum epistolam hic exhibebo, scriptam à Joanne Setrich Vicario et Officiali Episcopi Basileensis, ad V.P. Hugonem Mehaut Priorem Crthusiæ Rutilanæ cui si fidem abrogent, nulli adhibebunt sunt autem litteræ sequentis renoris ~~littere autem sunt.~~

Anno 1577. 2. Martij

Frænissis Salutationibus et complimentes. Vult amicitia ratio, ut participem te faciam novellarum, quæ circumferuntur in his regionibus, et non tam sermonie vulgi, quam certa et explorata fide virorum, quibus non credere ferè piaculum sit. Aacpe igitur cognita et comperta quæ hic habentur de visione, quæ Basileæ contigit trans Rhenum in Cartusia vestra devoluta nunc (proh dolor !) ad officialem sæcularem. Octiduo ante nataliem Domini anno 1576. per tres continuas hebdomadas aspectabiles se exhibuedunt noctu et interdiu vestri Ordinis Religiosi in suo habitu sacro Cartusiano ; modò grationij, modo plures, modo pauciores deambulantes in porticibus peristijlij maioris æque ac minoris, in exedris, in trichoro, in cellis et caveis, et in omnibus officinis domus, sursum deorsumque ac quaquamesum euntes absque domesticorum territatione aliqua vel inquietatione. Et ne umbræ putarentur vel evanida monstra, quæ nonnunquam fallere solient oculos aspectantium sub luce dubia vel maligna, lucente meridiano sole, visi sunt ultro utroque commeare, prorsus quasi ad opus vel officium divinum pergeresit, non secus ac olim soliti erant dum vivereset ; excepto quod coniunctiores in cedebant, quam in usu sit inter vivos seu viatores ; itemque quod per tenebras quisque arceum minusculum ardentem gestabat, ut hoc beneficio nocturni luminis curtius viam designarent per quam in cederent, absque omni prorsus (ut iam dixi) aspicientium perturbatione, vel eo qui sequi solet, horrore

Hæc visio cum ad meas pervenisset aures, obstupui fateor. Accepi autem hanc non ab extraneis vel levibus personis, sed cum essem in eadem civitate, ab illis ipsis hausit, qui suis oculis vederunt, et vi veritatis cogente, fatibantur se vidisse tametsi sint diversæ id est sectariæ religionis, idque non semel tantum, sed sæpius. Dein narratum est idipsum pro compertissima veritate ab ipso Excell<sup>mo</sup> Principe qui etiam testes rei visæ voluit audire, et solemne curamentum super eâdem cum peculiari nobilia circumstantiarum adhiberi curavit. Magistratus autem Basilecensis veritus ne si ad aures vulgi pervesiret, oriretur aliqua circa religionis negotium nubes quæstionum, Severe cavit, et interminata gravi pæna veluit id ulterius propalari. Ita rebelles lumini nituntur extinguere clarissimum solem religionis et fidei nostræ, et prout verò, de talibus dixit S. Leo Insanis magistris fit caligo quod lumen est. Sed in solem nulla cadunt iacula, nec in religionem nostram incurrit macula, quantumuis illi perfidia tenebras offundat. Ex Altkich. 2. Martij @ 1577.

Joannes Setrich Vicarius et Officialis Episcopi Basilecensis.

Catholicam enarrationem X vide fol. 51.



~~Animo verò ejus reduxo~~

Finis libri primi

## Liber secundus

## Prologus.

Sumet hic secundus liber initium ab exordio recidivæ ~~???~~ domus totamque urbanam, sicut primus campestem, exhibebit : Maximè usus sum in eo concirmando, tertio ~~et~~ Tomo ~~collectaneorum~~ R. Patris Wallij : ~~ex quo~~ cui sequens pro enium ab ipso præfigitur. Volumina duo, deo auxiliante, de rebus gestis, et eventibus Carthusiæ Bruxellensis absolvimus ; Nunc restat tertium de restauratione ejusdem intra muros oppidi. Necdum enim deus complevit in nobis Vaticinium

Regis prophætæ dicentis

---

psalm 27

Luc. 19

Jer. 7

Quoniam non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum ejus destrues illos, et non ædificabis eos. Sed poenituit cum super malo quod fecit nobis, et post septennium exilij (quod spatium etiam puniendis Criminibus a Judicibus temporalibus præscribi solet) reduxit patres ad propria ; nec multo post non minus benigna quam mirabili ejus providentia Domus hæc à fundamentis surrexit, et ad perfectum reducta est, præ cæteris domibus provinciæ quæ his turbulentis temporibus excisæ sucitent. Ne autem Congregationi Nostræ, impropere quod non cognoverit tempus Visitationis suæ, aut per alterum Jeremiam prophetam dicat nobis Dominus : Ite ad locum meum, in Silo (in Scheut) ubi habitavit nomen meum, et Virginis Matris Meæ, et videre quæ fecerim ei propter malitiam populi mej : Intelligamus opera Domini, hanc domum ædificationem Domini esse, agnoscamus beneficium, benè utamur cellæ solitudine ac quiete applicemus animum ad consideranda et cognoscenda insuper, et præcipuè mirabilia opera manuum ejus, quæ Deus ipse fecit per se (non per secundas causas) in creatione, in redemptione, in gubernatione generis humani his instructi meditationibus si purè et strenuè Divinis insistamus laudibus in oratorio nobis quoque præparato, profecto sentiemus suavitate psalmodiarum, et in meditatione nostra exardescet Ignis divini amoris. Opera pretium igitur erit scire, et recordari quorum labore et industria, quorumue liberalitate, et muni-

Eccl. n 2. et 30

2. de pœnit. C. 6

ficentia hæc nobis provenerint bona, commoditates, et media serviendi Deo. Scribantur hæc in generatione altera ait divinus psaltes, et populus qui creabitur laudabit dominum, imò et excitabitur ad devotius orandum pro benefactoribus suis, dabo igitur operam, ut ipsorum memoriam amanter et piè colam vindicemque ab oblivione hominum eorum nôa qui optimè de hac domo, atque adeò de universo ordine, et rept: meriti sunt, et divinum cultum suis laboribus amplificarunt, quod si è vivis quis iam excessit aliquid fortasse de illius virtutis. dicam. de viventibus adhuc tacebo : Ne laudaveris inquit sapiens hominem in vita sua. atque hos inter limites strictius me arctabo, quam in superioribus voluminibus quod major scribendi materia adsit, et minor notitia aliarum domorum, quæ nisi per scripta cognoscere queo pro meo instituto frequentius ordinationes tum Capituli Generalis, tum Visitationum inseram, ut sciat posteritas, ex quo fonte profluxerint consuetudines hujus domus, et quæ in eis mutatio facta fuerit, nec pudet me ad minuta quæque dimittere, de quibus patres ipsi leges ferunt, cum nihil in religione parvum sit. Totum decet quidquid defertur religioni, ut nullum obsequium quod proficiat ad cultum et observatiam Christi, crubescamus inquit. Ambrosius. Scio graves et doctos authores non potuisse induci ut sui temporis historiam conscriberent, quod sæpè odium veritas pariat et tamen quantum vel ipsarum virtutum est quod non sit cum vitio alieno conjunctum ? qua potero igitur modestia in hac palestra versari conabor, ne quem merito offendam. Scio præterea me non ea congruitate linguæ latinæ præditum ut hæc scriberem imò vernaculæ hic cõis peritiâ et notitia destitutum, unde fateor magnis me adjumentis carere debuisse. Verum enim verò nemini munus scribendi præripio en arenam et calcem. Amice lector toti historiæ incumbe ac perface magno (sic vovemus) rei domesticæ bono. Hæc ille.

f° 187 (surcharge 3)

Page blanche

f° 187v (4)

Page blanche

## Caput primum

### Nova domus ædificatur

#### Intra urbis mœnia

At postquam novus Phœnix ex cinere et favilla exijt, et justa funeri prioris reddidit (liceat hoc nobis historijs in nostrum sensum traducere) tum in urbem solis transvolavit, cum videlicet conventus ille Patrum, qui profugus ex extorris jam extinctus putabatur, sopitis ignibus et rogo ordentis Belgij jam depresso, altior malis omnibus subito emersit, et redditâ urbis pace, cœpit domicilium in urbe quærere. Dubitatum est tamen aliquot annis, utrum reliquenda an retinenda sedes esset ; pugnabant variæ inter se animorum sententiæ ? ? ? ? ? ? ? ? ? ? Observabatur animo miserima temporum calamitas et incertus rerum status : feruebat bellis et patebat hostium eruptionibus Brabantia ; Quod si ruinas et sarta tecta domus restaurare cœpissent, et videri poterant obliti omnium, quibus paulò ante oppressi fuerant tumultum, et sese temerè rursus hostium incursibus objecisse. Itaque res ipsa protracta est, donec tandem Deo Propitio ex Hispania velut ex cœlo suo demissus P. Petrus Leo rebus attritis subvenit. Hic enim cum maturo consilio et prudentia animi singulari statim orationem in communi habuit, quâ patribus persuadebat, satius esse in urbe, quam in apertis campis habitare, ubi non aggere, non vale, non præsidio aliquo munirentur. Neque verò expectari debere, ajebat, pacis tempus, quod jam incertum erat, neque hoc nomine nitendum esse quod haud certè levi fundamento fulciretur, quod si tamen ea spe niti vellent, prudentius actum iri, si non tam aliorum ordinum, qui loca diruta extra muros restaurabant, quam commune urbis, imo gravissimorum hominum judicium expeterent, eam enim dicebat omnium esse sententiam et consilium uti intra muros et urbis præsidia sese reciperent. Deinde cœpit illis ostendere quam durum et pertinax esset inter nostros et adversarios bellum, neque hoc rerum cardine facilè cessare posse. Loca sacra, monasteria, imo ipsum religionis forum apud ipsos hæreticos venale esse, et jam ea subhasta vendidisse, quæ non tam

re quam sola spe et cupiditate possiderent. Hortabatur eos ut Vrginis Matris, cujus nutu res ipsorum gererentur patrociniū et opem cogitarent, eam neque nonis conatibus defuturam, neque domus suæ memoriā unquam posse deponere. Quid si adeo loci sanctitas et antiquæ domus eos honor afficeret, ut potius periculum fortunarum omnium facere quam locum deserere mallent, eos debere illius scripturæ, quæ non propter locum gentem, sed locum propter gentem à Deo (sed non dicamus à sacrata Virgine) fuisse electum, dixit. Cum hac ita à P. Leone dicerentur una fuit omnium sententia, locum et sedem mutari debere : neque ulli durum fuit his rationibus subscribere. Hic igitur Leo fuit Neemias, hic fuit Esdras, hic fuit author Scheutanæ transmigrationis, cujus humeris velut Atlantis cervicibus rei omnis publicæ cura et sollicitudo commissa fuit. Ille toto pectore in id cepit incumbere, ut nova intra muros urbis Bruxellensis Carthusia constitueretur ; et ut erat ferventi ingenio, nullas poterat umquam moras sustinere, nisi id primum exequeretur. Quod si quis ea attendat quæ gessit, et quantum pro domo et amore ordinis desudarit, non est tam iniquus rerum estimator, qui non eum de ordine optimè meritum fateatur. Primum enim ut hoc in sese suscepit, nihil prius habuit, quam in urbe solitudinem inveniret. Vacabat in centro urbis domus magnifica, quæ ultrò Patribus offerebatur, sed quomodo ibi Carthusiana Danaë tuta esse potuisset, quæ totius populi, imo ipsius curiæ viciniam sentiret ?

Tandem in extrema parte urbis quæ ad occasum respicit et ducit ad portam Flandrensem, domus et locus non incommodus visus est, qui anno 1588 ex consilio D. Joannis L'Escluse Prioris Valentiniensis, et de consensu Reverendissimi patris generalis Hieronijmi Marchant emptus fuit cum suis limitibus à Patre Christiano Nouts, ab heredibus Floriani Withal, divenditis in illum finem immobilibus quibusdam bonis. Spero non ingratum fore lectori si hujus loci asseram antiquitatem. Joannes de Builloen primo vendidit abbati Affligemiensi, qui abbas rursus vendidit (brevis post ut apparet) Abbati Sancti Cornelij Nienhoviensis circa annum 1431, qui eodem anno reliquas appendices sibi à dicto Joanne comparavit prout declarant sequentis litteræ. Notum sit universis, quod D. Joannes de Builloen Pbr filius quondam Andreæ de Builloen contulit cum debita

Usi sunt Nieuhoienses  
hac mansione pro hos-  
pitio seu domo refugij

f° 189 et f°189<sup>v</sup> n'existent pas !

renunciacione Reverendo in Christo Patri et Domino D. Bartholomeo de Horne, Abbati Monasterij S. Cornelij Nienoviensis, recipiendam et acceptandam nomine et ad opus ejusdem monasterij medietatem unam et tres quartas partes in altera medietate ac omne jus et omnem partem quas præfatus D. Joannes habuit in ultima quarta parte ejusdem alterius medietatis mansionis et sui fundi ac omnium domorum in ipso fundo stantium (pomerij, aquarum et fossatorum ad ipsam mantionem spectantium ac cæterarum suarum pertinentium nuncupatarum vulgariter de Treeft sitarum ad locum dictum Driesmolen, inter Zennam ibidem currentem ex una parte, et vicum ibidem ex altera (item medietatem unam, et tres quartas partes in altera medietate) ac omne jus et omnem partem, quas præfatus D. Joannes habuit in quarta seu ultima quarta parte ejusdem alterius medietatis domistadij et quinque domorum superstantium sitarum ante bona jam dicta nuncupatamur de Treeft ex opposito molendini ibidem, et ibidem sufficienter assignatarum pro allodio, salve censu, seu redditu quatuor caporum ex dicta integrali mansione, et suo fundo appellato de Treeft dumtaxat præbenda canonicali, quam in Ecclesia B. Gudilæ Bruxellensi tenere consuevit, et possidere quondam D. Theodoricus de Gorchem annuatim, et hereditatem. exemt.em et solvenem cum omni allodiali ac reliquo jure nec non eisdem Warandia et firmitate, quas præfatus Dominus Joannes de Builioen habuit, in et de præmissis, ut in litteris scabinorum Bruxellensis desuper confectis, quas idem D. Joannes de Builioen cum omni jure quod habuit in eisdem præfato, D. Bartholomeo de Horne ad opus prædictum sponte tradidit, plenius continetur. Testes sunt Jacobus dictus Taije et Arnoldus de Eijcke dictus vanden Bossche iunior Scabini Bruxell. quorum sigilla præsentibus sunt appenta. Datum Anno 1431 die 16 mensis Augusti Subsignatum Walt. De Bulot.

Comparato igitur hoc fundo, à viris religiosis multis annis possesso, de ædificanda domo ibidem feriò cogitatem ~~et statutum~~ sed cum medium fluvius allueret, qui non facile averti posse videbatur, P. Leo nihil moartus statim homines accingit operi mediastinos ad opus expeditos, et tantum profecit ut intra paucos dies fluvium ad alveum proximum reduceret, et crepidinem hujus alvei, quam aqua adhuc alluebat congesta humo superavit solidavitque, quæ nuper demum penitus effosta est. Molam quoque quæ in eo sita erat loco abstulit. Tum ad antiquam domum se convertit et saxa ingentia, Lapides ad ædificijum jubet dirui, et totam molem templi, quæ

adhuc ~~eum~~ suis fornicibus constabat, curat funditus everti, commeatus denique curruum instituit, ut in urbem ea veherentur. Videre erat vias fervere curribus, alios advehere onera, alios rudera demoliri et in maximas aggeres totum opus excrescere. Sed antequam manus labori adhiberentur, facultas necessaria à Vicario generali Diœcesis rogata, et sub his terminis expedita.

Matthias Hovius pbr. Sacræ Theologiæ licentiatus Metropolitanæ Ecclesiæ Beati Rumoldi Mechliniensis Archidiaconus et Canonicus, nec non Archiepiscopatus Mechliniensis sede vacante in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis. Universis et singulis præsentis litteras visuris, lecturis, pariter et legi auditoris, Salutem in Domino. Justis subditorum nostrorum votis libenter intendimus, per quæ commoditatibus et utilitatibus eorundem mature consulitur, pro parte religiosorum virorum nobis in Christo dilectorum Prioris et Conventus Monasterij Carthusianorum olim siti extra portas oppidi Bruxellensis Mechliniensis Diœcesis in loco vulgariter dicto ten Scheut, ad præsens ob ejusdem monasterij totalem, per hasce turbas eversionem et ruinam in dicto oppido Bruxellensi conventualiter degentium nobis cum querela extitit expositum et significatum, qualiter ipsi quam sit periculosum ruri condere monasteria, sua iactura, proh dolor satis edocti, et ut ab hujusmodi periculo imposterum præserventur dictum eorum dirutum monasterium infra muros dicti oppidi Bruxellensis, in locum ab ipsis ad hunc effectum de consensu tam sacræ et Catholicæ regiæ Majestatis ut Brabantiaë ducis quam Capituli generalis sui ordinis comparatum transferre et ibidem ad religionis augmentum et dicti oppidi ornamentum illud erigere et extruere omnino statuerint. Verum cum translatio et erectio hujusmodi juxta canonicas sanctiones, et sacri generalis concilij Tridentini decreta absque Ordinarij consensu et beneplacito fieri validè non possint. Nobis humiliter supplicarunt, quatenus ipsis licentiam et facultatem dictum monasterium ad prædictum oppidum Bruxellense transferendi, et ad gloriam omnipotentis Dei illud ibidem erigendi autoritate nostra concedere dignaremur, et vellemus. Nos igitur de consensu prædicto per legitima documenta nobis exhibita ad plenum informati et securitati dictorum supplicantium imposterum consultum cupientes, ejusdem supplicantibus, ut dictum eorum monasterium ad hoc, oppidum Bruxellense transferre et illud ibidem erigere et divino cultui accommodare possint et valeant autoritate nostra Vicariali nobis sede vacante concessa, et qua fungimur in hac parte licentiam et facultatem concessimus, et impartiti fuimus, prout concedimus et impartimur præsentium per tenorem jure

cujuslibet in præmissis semper saluo. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium præsentis litteras excudi fieri, et per secretarium Archiepiscopalis curiæ Mechliniensis et districtu Bruxellensi infrascriptum subsignari, sigillique majoris sedis vacantis jussimus et fecimus subimpressione communiri. Datum et actum Bruxellæ in Vicariatu nostro Anno Domini millesimo quingentesimo, nonagesimo secundo, mensis Martij die decima subsignatum Matthias Hovius Vicarius Generalis et de mandato Dni Vicarij generalis præfati P. Van Ascbroeck.

Erat hic quoque P. Leo gratus imprimis viris nobiles atque ipsi penè toti curiæ non ignotus, sed præcipuè militibus Hispanis, quibus cum insinuasset propositi sui rationem et opus incæptum pateserisset, ita animati sunt, ut non esset tam alienus à religione, qui desuis stipendijs aliquid non detraheret : alij ex ærario suo, alij ex ære publico in opus conferebant. Magna hujus gentis non minus in bellis quam in beneficijs liberalitas ; habet enim ad fortia quæque ducem deum et animum habet ad propugnandam fidem, zelum et gladium, sed manum ad liberalitatis et humanitatis opera profusam, Quorum affectum et pietatem si spectes magnus fuit eorum erga patres affectus, si censum et numera, quæ ad opus domus contulerunt, certat cum liberalitate affectus : non enim illis eadem, quæ alijs cura est : videas alios thesauris inhære, et veluti draco iste, quem hesperidum hortis custodem poëtæ finxerunt, ita partis incubare opibus ut nihil dulcius existiment in hac vita quam augere divitias ; at hi qui vitam omnem suam æternitatis memoriâ consolantur in æraria sua non aurum non gemmas sed merita convehunt. Quidquid hic possident impendunt in usus divinos, in basilicas, præmittunt ea omnia ubi se sine ullo fine sperant aliquando victuros. Horum igitur munificentia in Patres magna fuit (si vera velitis) ipsi novæ hujus Carthusiæ primi authores fuerunt. Signarunt Carthusienses monumentum illis hujus beneficij non in ære neque in pijramide, sed in factis suis, et in jugi sacrificio, quod pro illorum memoria quatannis temporibus sibi perpetuo succedentibus osserunt. Ut patet ex tabula super odei frontispicium in monumentum æternum erectam in qua legitur sequens Epigraphe litteris aureis Gothicis scripta.

D.O.M.

Et serenissimo Principi Alberto Archiduci Austriæ, Duci Brabantiae etc. Regiæ Catholicæ ministris, ac militiae præfectis, gregarijsque militibus Hispanis ob insignem eorum pietatem, oblatamque ex suis stipendijs ad instaurationem hujus Ecclesiæ, procurante Petro de Leon priore hujus Carthusiæ, Sacer ordo noster Carthusiensis gratitudinis ergo æternæque memoriæ, cum anniversario perpetuo de mandato Capituli generalis die II mensis Maij pro salute animarum suarum celebrando dicavit et posuit Anno M.D.C.I.



Annotationes ad Cap. 1.

Si Sarta tecta domus restaurare cœpissent ) Inculpabili morâ distulerunt, ob ancipites eventus belli, tum nondum hospiti. Unde non per omnia in ipsos quadrat illud Plautinum.

————— Sed magna pars hominum  
Morm hanc induxerunt, si quid nummo sarciri potest,  
Usque mantant, neque id faciunt, donicum  
Parietes ruunt. ædificantur ædes totæ denuo.

In Mostellaria  
Act. 1. scena 2.

d. Joannis l'Ecluse Prioris Valentiniensis ) quia ~~Bruxellenses~~ Scheutanos patres extorres, summa charitate excepit, consilio adjuvit ~~???~~, et in Bruxellensi æræ, ipso potissimum authore intra urbis muros extractâ, habitavit : obstrictus videor, dictorum patrum ac domus nomine, tanti viri laudes publicare. Quo ~~debito~~ me debito, non facilius sum ~~sunt~~, exoneratus, quam si vitam ejus à Patre Elisio conscriptam, numquam tippis vulgatam, exhibuero. Ortus est et vide pagina 11 (ou II).

Vita V.P ? Joannis  
Scusani

**8**

Qui de suis stipendijs aliquid non detraheret ) Collegit illa D Idelphonsus vel Illiphonsus de Mendoça, Hispanorum peditum chiliarchus, constituerumque summam novem millium florenorum.

f° 192 et f° 192<sup>v</sup> : pages blanches.

## Caput secundum.

~~Extractio~~ Sacelli, templi  
cænaculi et ~~primi~~ anterioris ambitus  
et ~~illorum~~ descriptio.

Neque diu differre potuit vir optimus, quin Sacellum Beatæ Virginis erigeret : et primum illud in titulum antiquæ domus extruxit, ut sic cultus deiparæ matris resumeretur, illius enim auxilijs et singulari divini muninis, fiducia fretus opus aggressus est, divam invocans ut ~~???~~ ~~idem promissi operis adjuvaret~~ subsidium præstaret, et tantum profecit ut non frustra majora speraret ; perfecto siquidem Sacello, ausus est sibi quoque templi constructionem polliceri. Quo zelo, quo studio id meditabatur quotidie ! neque vero clemens Deus defuit. Nam tam felix rerum omnium successus est secutus, ut jam nihil deesse videretur nisi sudum et aptum tempus ædificijs. Itaque ultimo Aprilis, quo tempore visum est auram favere pro festo SS. Philippi et Jacobi Apostolorum, positus est primarius lapis nomine Serenissimi Principis Ernesti, à à Domino Stephano de Ibarra consiliario suæ Catholicæ Majestatis. Nihil cunctatus applicat latomos, cæmentarios et alios operi. Libet hic eos (ingenij gratiâ) qui antiquitatis opera omnia mirantur ad spectaculum hujus ædificij invitare, qui unius Dianæ Ephesiæ templum, quod 220 annis extractum fuit, suspiciunt. Qui Erapsicum obeliscum quadraginta octo, Philadelphicum octoginta cubitorum extollunt, qui toti hærent ad Pijramidem unam Ægijptiacam, quæ denis et quingenis millibus talentorum stetit, aliam quoque forte mirantur quæ tantæ molis fuit ut octo jugera terræ occuparet. Otiosa est earum rerum admiratio et sommo similis videri potest, hujus potius miremur operis magnitudinem quæ tanta est, ut Deo qui immensus est præparetur. Hæsitavit hic author operis dubitavitque, quantum deberet esse hoc templum, an immensum, quia immenso Deo fiebat, an aliquot decempedarum ? Sed ille fide plenus, et qui deum intra humani cordis augustias etiam habitare sciebat, mensus est locum undecim decempedis in longitudine, et tribus imo fere quatuor in latitudine et ambitum templi hoc spatio

Anno 1594

complexus est. Sed quia ambitum dixi hoc quoque addam, quod minorem ambitum, id est minus claustrum latitudini septem pedum adjunxerit. Vitris nunc exornatum, in quibus vita Sancti Brunonis depicta est adjecta illius compendiosa descriptione quæ talis est. Templum, nihil nisi quod jucundum et lætum in se habet, nihil est quod officiat lumini. Vestitur secto lapide, quem ex diruto suburbano collegit et in urbem convectavit P. Petrus. Od eum constat hæmicijclis, in Nerviorum urbe Tornaco elaboratis, mille coronatis estimatum opus. Altitudo ædificij non respondet latitudini, vitio adproperantis architecti, cui propositum erat spatio biennij summam manum imponere. Sacella duo habet lateralia, velut alas, seu appendices in Crucis modum, utrimque exporrecta, quorum ~~dextrum~~ sinistrum arâ marmorea in qua excellens pictura S. Annæ et hippocæo Riedweijcorum conspicuum est : ~~alterum sepulturâ~~ aliud monumento candidi marmoris, quod Trajanus Comes Mangellus poni curavit Andreæ Mangello Foroliviensi patruo suo, abbati S. Angeli ac internuncio apostolico harum Procinciarum, qui pridie Cal. Novembris anno MDCLV hic fati concessit. Præterea chorus non parvam habet venustatem, sonorus est et nitidus, ita ut sit aspectui gratissimus : hemicijclis constat quadraginto. Turris ipsa quæ trophæum crucis gestat rotunda et elegans (ut more humano loquar) respicere videtur an ulla alia domus ordinis in Belgio post occasum suum tam altè è rudibus suis surrexerit. Ecce hic quotidie frequentantur laudes Dei. Nox laudis invocat diem, et cum dies effulserit, dies tota cum gaudio ducitur, vel thura adolentur, vel lampades æterno lumine vigilant, deinde succedunt chori et voces loquuntur in laudes Dei, laus in affectum, affectus in suspicia, tum prophetæ vel scripturæ vel sancti Patres loquuntur : et cum hæc sine intermissione quotidie celebrentur, nullus est labor, sed dulcissima quies et pax quæ haberi potest, explicari non potest. Navis templi testudine lignea, sed incrustata constat : ad quam assurgit Ara major jaspide rigens, et marmore patrio operis compositi, vergentis tamen magis ad Corinthiacum, munificentiam duorum fratrum Caroli et Angeli Schotte nuper extracta. Quorum ille nuper assessor financiarum, alter hic ex professo religiosus, in grati animi signum parenti suo Domino Theodoro posaverunt ære perennius hoc monumentum, aliquot millibus aureorum æstimatum : cui et inserta est pictura Petri Pauli Rubbens. Superextant statuæ tres et laterales duæ, quibus et aliæ quatuor hinc atque hinc adjectæ sunt, virilis magnitudinis omnes et penè colosseæ

vide fol. I?

~~Inscriptiones cum  
experimentes  
adjumenda visæ  
sunt. ? ? ? ?~~



1

S. Bruno natione ? ? emmus sacri ordinis Cartuensis primus Autor et Arrchitectus A° 1084.

2

Eum cum ballegis Bruno intecepes exequijs Raimundi Doctoris Parisiensis, subito vox ex ore ondemecoso(?) defuncti hominus auditum ; iusto dei indicio accusatus suum, quæ prium occasio fuit conversionis.

3

Altera luce vax hecdanuó audita, iusto dei iudicio indicatus sum, quæ in auribus Brunonis multo manis innaluit.

4.

Tectu denique du? vox horribilio exaudita ; iusto judici damnatus sum, quæ segus fuit non solum ipsius convesivius(?) sed et fundationus Ordinis Cartusiensis.

5

Omnium invitant eum ad solitudinem, deus ipse? ? ? ? ? ? ? ? ? ? obijci ? ? ? ? ? ? se in Montibus Cartusie septem ? ? ? ? ? ? datus ? ? tris ; ? ? ? domestice anolantes in solitudia; teste Hubert (?) Denique eundem per ea fevè lumpor migrans in orientum sub signis M. Bullonij.

6.

Anno 1084. Domicili metatur in Cartusia, ulbi sexennio toto degit in summo inter rigore cum socijs : quorum memoriam et monumentum perpetuum loquitur Pellati flores, qui ibi net, vel quum alibi nascuntur.

7

Imperio Romani pontificis Urbani 2 cogitur ad vobum proficisci sequitur eum sua constellatio, ad uisque limeum Sti Petri, a quo postmodum in proposito et loco confirmantur reduces

8

papi nanantam accuratam sant ter sedi operam ipsi sex ? ? ? ? missionem posit, et impætrat cum Rhuginensis Archepuscopum honorario, sed onuset honorem declinam, ummergit se solitudinibus Calabrie

9

Rogeam ? ? ondie, qui pulsisa dicisia saracenis primus Sicilie comes e ? ? nominatus S. Patrum in Eremo quidam apud Sijrillacum orantam repuerit, cum sanctitate pe ? ? motus Ecclesiam S. Marie ac SS Stephum donimque magnificentissimis a su auctas illi ac soc ? tribuit

texte presque indéchiffable !!!!!

10

Cum Mogenus Capuum obsidet, deus qui libenilitatum hominis sine prenuo noluit esse, summittir illi P. Reunionis in somnis, qui proditionem innumentum illi apecit, et ab excidio liberat.

11

Vututum ac Doctrine fama eluvas, præmissa fidei consessione pectelebus, viam universe carnis ingenditum predie nonas octobris Anno salutis millesimo centesum primo

12

Ex alius Tumulo fons mudicus erumpit, unde ad enum locum, concuosuis hominum mirabilis usque in presens lumpus pectrebrestit testantur autem illum etiammum vinere virtute et posthume aparitione

13

Leo X S. Brunonem in sanctorum refect numerum eum Relique lucum aspriunt, et in omnem orbis quadrantum dividuntur

14

Vocavit filios suos, et ait eis congregavimi, et audite filij Jacob, audite ??? ? patrem vestrum Clunesis XLIP (?)

Sex priora posita sunt liberalitate Jacobi Focant septima à Petro Wallio ordinis candidato. Octavam à Laurentio Zaenio Canonico ad S. Petrum Lovanij, nonam, decimam et undecimam ab Ægidio, Petro et Arnolde Æijer. Reliquas Guilielmus Le Mire et Joannes Van Elst Ictijopola. Vide fol. 24

Elogium, quo, consummato jam templo Gislenus Hammius Carthusiensis Gandensis poeta festivissimus, Patrem Leonem prosequitur lectori dandum censeo :

Forte tuos olim meliori carmine mores  
 Et quæcumque gravi gessisti digna cothurno  
 Unguibus à teneris, primaque ætate retexam  
 Scilicet ut mundi fastu charisque propinquis  
 Carnis et illecebris et opum prædivite gaza  
 Despectis trio Christi vexilla sequutus  
 Egeris illustrem victo Plutone triumphum,  
 Et morum gravitate puer transcenderit annos.  
 Interca tenui salientia carmin vena  
 Excipe et oblatos non averseris honores.  
 Prima suo socero Babylone Semiramis ædem  
 Condidit, hinc Hecate Triviæ paricida Dianæ,  
 Mox et lucifugo gens Philister dagoni,  
 Atque alij plures alijs statuere vel aras,  
 Vel delubra dijs Erebi : sed qui tamen omnes  
 Præmia milla suo retulerunt digna labore.  
 À tu magne Leo melius ducentibus astris,  
 Et meliore deo cæli struis omine templa,  
 Quæ prius in cineres (heu quid non improba tentat  
 Hæresis et Bellona furens) collapsa jacebant.  
 Cur (equidem credo) nostras sarcire ruinas  
 Te Deus Hesperia nobis accivit ab ora.  
 Credo equidem, nec fallor enim. Namque altera quæte  
 Causa cægisset patriosque relinquere fines,  
 Et perferre graves pelago terraque labores,  
 Et pro delicijs quibus affluit optima tellus,  
 Semirutas habitare casas et paupere cultu  
 Ducere tranquillam per amica silentia vitam,  
 At quia sub tenebris virtus oppressa latere  
 Vera nequit, tua te nolentem gloria cælo  
 Tollet et adhereis clarum caput inseret astris  
 Macte animo, feret hæc magnum tibi fabrica nomen  
 Aurea nam quamnis fuerint Carthagine phæbi,  
 Et quæ belligeri Græci posuere Minervæ  
 Phana, licet fulvo rutilarint eminus ære,  
 Haud tamen his tua sunt ignobiliora, sedilla,  
 (Luna velut stellas, ett lunam lumine Titan)  
 Exuperant. Quia non tantum congesta metalli

Pondera fulgentis ornant altaria Divum,  
 Quantum pura fides, nec non sincera voluntas,  
 Hostiaque à casto superis oblata ministro.  
 His equidem solum titulis Salomonis (opinor)  
 Grata fuere Deo, quamvis pretiove vel arte  
 Nulla magis toto jactet se fabrica mundo.  
 Namque pavimentum pario de marmore sculptum,  
 Auratæque trabes, auratæque januaa, et ara,  
 Et paries claro fulgebat lucidus auro :  
 Ergo hoc ut latè proles Davidica facto  
 Extendit celebrem nostra hæc ad tempora famam :  
 Sic tua (præsagam nisi fallat opinio mentem)  
 In sublime ferent feri monumenta nepotes.  
 Quin prius aurorum, cum jam deverus in undas  
 Fertur, et obscuras oriens sol ad feret umbras,  
 Et pecora in fluvijis pascentur, in aëre pisces,  
 Quam lux ulla tuum memori decus eximat ævo.  
 Quid ? tibi nunc etiam magnos largitur honores  
 Orbis et in tot, consilio Carthusia patrum  
 Admirata tuos enexit ad astra labores,  
 Perque tot Æuropæ sparsit præconia gentes.  
 Sume animos, magis atque magis tua gloria gliscet.  
 Tu modo suscepto Leo ne desiste labori,  
 Donec in antiquam Christo duce et auspice formam  
 Restituas quæcumque ferox delubra tuorum  
 Æquavitque solo Mars, in cineresque redegit.  
 Quod si perficias ingens opus, En erit olim  
 Illa dies tibi, cum sedes ingressus Olijmpi  
 Sideraque et solem pedibus substrata videbis,  
 Obniaque hospitijis cælestibus agmina divum  
 Excipient strepituque hilari plansuque frequenti  
 Et formosa sui sistant te regis ad ora.  
 Vos tamen interca, quos vexit ad æthera virtus  
 Inclijta quos flagrans castis alit ignibus ardor,  
 Cæticolæ, queis templa dicat Leo vester et aras.  
 Ferte pedem, celeresque adijtis succedite vestris.  
 Tuque adeo imprimis nostri sacer ordinis author  
 Si tua rite tui sequiniur vestigia nati,  
 Et tibi grata pio colimus solemnia ritu,  
 Bruno parens, tua dexter adi pede tecta secundo  
 At tu summe parens, Petro post fata Leoni  
 Præmia perpetuam dona felicia vitam.

## X

De Ligno S. Crucis  
 De presepi Domini  
 De lapide supra quem Bma Virgo M<sup>a</sup>ria sedit  
 præbens Christo Uber.  
 De ? ? nativitas Domini  
 De Costello Emaus  
 De loco unde Christus ascendit  
 Item de alijs locis sanctis  
 De S. Petro  
 De S. Andrea  
 De S. Thoma  
 De S. Jacobo minore  
 De S. Philippo ~~Apost~~  
 De S. Marco  
 De S. Innocentibus  
 De S. Cornelio  
 De S. Alexandro Papa et Martijre  
 De S. Blasio Episcopo et Martijre in diversiss locis  
 De S. Urbano  
 De S. Lamberto  
 Decapite S. Calixte Papæ et Mar.  
 Item ejusdem deus  
 De S. Laurentie in duobus locis  
 De Societate Martijrum Theleorum in diversis locis  
 De S. Sebastiano  
 De Societate S. Gereonis  
 De S. Mercurio  
 De S. Pantaleone  
 De S. Albano  
 De S. Damiano  
 Item quatuor tabellæ plenæ reliquijs sanctorum, nec non duo Brachia Sanctorum

Apostolis



De S. Nicolao Episcopo et confes. in duobus locis  
De S. Ambrosio in duobus locis  
De S. Hieronijmo  
De S. Augustino  
De S. Antonio Abbate  
De S. Roberto  
De S. Eugendo Abbate  
De S. Guilielmo  
De S. Bernardo`  
De S. Reperto comite  
De S. Guidone  
De S. Dominico  
De XI millibus Virginum in diversis locis  
Item duo capita de Societate XI mill. Virginum  
De S. Catharina  
De S. Barbara in duobus locis  
De S. Agatha  
De S. Christina Virg. et Mart.  
De S. Albina Mart.  
De S. Anna  
De S. Gertrude  
De S. Eustachio  
De S. Petrutiana  
De S. Christina Virg.  
De S. Brigitta.

Possidet Preterea aliquot capita sacrarum virginum ex sodalitate S. Ursulæ per P. Arnoldum Havensium Coloniâ Agrippinâ huc delata : de quibus extant testimoniales litteræ Episcopi Calatini harum Provinciarum Nuncij Apostolici, quarum hic et est tenor

Octavius Dei et Applicæ sedis gratia Episcopatus Calatinus S.d.N. Dni Sixti divina providentia PP. V. eiusdemque S<sup>tae</sup> sedis in Inferiori Germania Nuntius cum potestate legati de latere.

~~Item Nuncij tui  
Octavij Reliquijs et  
capitis milliam virg.  
quæ. ? ? ? ? ? ? ?~~

Universis et singulis presentes litteras nostras visuris, lecturis, et audituris notum facimus quod Superioribus diebus cum Bruxellis versaremur, venerunt ad nos honorabiles Pater frater Victor Sukants Canonicus Regularis ordiis S<sup>ti</sup> Augustini domus B. Mariæ Viridis Vallis, cum duobus ven<sup>bius</sup> et fide dignis Dnis fre Michaële de Riddere Priore Rubeæ Vallis Canonicorum Regularium S<sup>ti</sup> Augustini, et fratre Arnolddo Havensio Carthusiano, procuratore Carthusi Lovaniensis, nobisque attulerunt et exhibuerunt videndas quasdam Sacras Reliquias, quas ipse dum Pater esset, seu Sacellanus cujusdam Monasterij Sanctimonialium ordiis Præmonstratensis, quod iuxta Wesaliam inferiorem situm erat, et tooch closter appellabatur, ex incendio, et eversione præfati Monasterij per hereticos facta eripuit, et conservavit videlicet quinque capita, quamuis omnia non planè integra, Sacrarum reliquiarum ex sodalitate S<sup>tae</sup> Ursulæ, et undecim millium Virginiû, postulans à nobis ejus rei testimonium aliquod sibi dari. Nos itaque ut prædictas Reliquias à nobis visas non possumus aut volumus diffiteri ita etiam de probitate, candore, et integritate prædicti fratris Victoris sufficienter informati, et edocti per eos quos secum adductos supra commemoravimus, Tenore præsentium Declaramus nos, de Veritate earum non habere ambigendi occasionem posseque piè eredi sacras esse Reliquias et devotè coli ad Catholicorum consolationem, et pietatis studium promovendum prætertim cum idem f<sup>r</sup> Victor curaverit nobis exhiberi litteras et testimonium certum, et sigillo munitum Reverendi Patris, fratris Joannis Haij Munstri Provincialis Ordinis Minorum in provincia Coloniensi, qui ut sacras reliquias esse piè credidit, ita Authoritate à sede Apostolica, ex speciali gratia concessa protestatem feurat reliquias ex Societate Undecim Millium Virginiû secum asportandi, et de loco illo ubi prius erant, in alium locum transferendi, In cujus rei fidem, hoc testimonium, ut patebat conscribendum, et nostro sigillo confirmandum curavimus. datum Lovanij XX<sup>a</sup> Novembris 1588. subsignavit Octavius Episcopus Calatinus, Nuncius Aplicus.

~~Item alias Episcopi Antverpiensis concedentis facultatem eas exponendi publicæ venerationi~~

Sunt et aliæ variorum Sanctorum particulæ in theca argentea, quæ in supplicationibus circumferri solent: de quibus extant litteræ Episcopi Antverpiensis, concedentis facultatem eas exponendi publicæ venerationi.

Vide fol. 35.

Altari littera est in Marchi ? Pargameno cujus etnor talis est

Nos Livinus Torrentius Dei et Aplicæ sedis graa Episcopus Antverpensis.

~~fol. 113~~  
a 1602

Unversis et singullis præsentis litteras visuris, lecturis, et auditoris Salutem notum facimus quod Reverendus et Consultissimus, D. gaspar à Cruce, Juris utriusque doctor nobis exhibuit quasdam sacras reliquias diversorum sanctorum, prætertijm ex sodalitate S. Ursulæ, et Undecim Millium Virginum quas Coloniae dono accepit, atque indè secum in Brabantiam asportavit autoritate et privilegio sprciali sedis Apostolicæ, cujus Breve Apostolicum hac de re, vidimus, et legimus cum certissimis testimonijs Superiorum earum Ecclesiarum et Monasteriorum Urbis et Provinciae Coloniensis, undè istas sacras reliquias consecutus est. Ex quibus etiam quasdam se distribuisse et donasse affirmabat d. Arnolfo Havensio professo Carthusia Lovaniensi ad augendam Catholicorum, et religiosorum hominum devotionem atque pietatem. Videlicet os unum ex monasterio S. Maximini. Item quædam ossa ex Abbatia Veteris Montis, præterea ossa quædam ex Monasterio S. Apri, vulgo S. Aberen. Denique ex eodem Monasterio unum caput undecim millium Virginum. cumque ejus rei nos testes esse desideraret, et publicum aliquod testimonium à Nobis tamquam ab ordinario loci postularet. Nos præsentium tenore, declaramus ita rem te verè habere, atque testimonia omnia nos diligenter examinasse, sufficienterque instructos prædictas reliquias veras certasque esse, reliquias SS<sup>rum</sup> cognovisse, judicantes eas proponi, posse, et devotè coli, et venerari ab omnibus Christi fidelibus ad honorem Dei, et sanctorum ejus, prorumque hominum consolationem et auxilium. In cujus rei fidem præsentis litteras conficiendas et manu propria subscriptæ sigillo nostro muniendas curavimus. Datum Antverpiæ die quinta februarij Anno Domini 1590. Subsignavit L. Torrentius Episcopus Antverp.

Vide fol. 29

fenestras partim regia liberalitate, partim aliorum constructo sunt. Consecratio facta est anno 1607 die 14 ~~septima~~ decembris ad honorem Gloriosissimæ Virginis Mariæ, Sanctorum Joannis Baptistæ et Brunonis ab Archiepiscopo Mechliniensi Matthia Hovio : qui eodem die etiam consecravit ipsum cæmeterium, et summum altare in quo posuit reliquias S. Alexandri Papæ et Martijris et S. Christinæ Virginis et Martijris solemnitati, interfuit Illustrissimus D. Guido Bentivolio Archiepiscopus Rodiensis Nuncius Apostolicus. Die vero decima quinta ejusdem mensis consecravit reliqua altaria, excepto eo quod dedicatum est Sanctæ Annæ, quod à Jacobo Boonen successore ejus consecratum fuit, concessis Indulgentijs consuetis, prout ex tabellis pensilibus à latere cujusque altaris haberi potest. Ostentantur in hac Ecclesia sequentes sanctorum exuviæ.

vide fol. 30

Spectabiles quoque quarumdam nobilium personarum sepulturæ visuntur, ac imprimis Mariæ Franciscæ de la Vieuville, cujus superbum mausoleum est ad dextrum latus summi altaris, cui Principis Ernesti, quod in æde sanctæ Gudilæ cernitur si non primas certè secundas daret. Constat autem vario intermicante marmore ~~absite~~, sub qua triennis Maria Francisca in storia jacens et moriens ad vivum expressa est opere statuaria. Opus maximi impensi, quod inverso mortalitatis ordine mæsti parentes ~~posuerunt~~, qui Mariam de Medicis reginam matrem à filio Ludovico XIII. Gallorum rege profugam secuti, Bruxellis tum hærentes posuerunt cum hac Epigraphe.

D. O. M.

Mariæ Franciscæ de la Vieuville ex Marchionibus  
Vieuvillæis, tumulum hunc inverso mortalitatis  
ordine mæsti parentes posuerunt.  
Exulare simul et vivere desijt VIII. idus Novembris  
M.DC.XXXII.

À dextro chori latere inhumatus est nobilis D. Josephus vanden Leene. Inscriptio sepulchralis talis legitur.

Deus Opt. Max.

Æternam requiem donet animæ Josephi vanden Leene,  
qui Austriacorum Principum servitio annis senio  
defatigatus hunc sibi locum quietis vivus elegit  
Anno ætatis plus octogesimo obiit anno salutifero  
M.DC.XLV. 18. Julij ætatis 85.

dans ms II 6593, f° 235v

illud Epitaphium parieti affixum et sarcophagus habentur in choro ad latus Evangelij in Ecclesia R : R : Patrum Carthusianorum Bruxelles.

quartiers : Vanden Leenen, Winterbecke et Van Oberghen, Cools

D. O. M.

IESV.CHRISTO.NATO.MARIÆ.MA=  
=TRLAC.VIRGINLIO.SEPHO.SPONSO.  
ET.SIBI.MORITVRO.PONICVRABAT.  
OCTOGENARIO.MAIOR.ET.IAM.DV=  
=DVM.PHILIPPI.II.III.ET.ARCHIDVC=  
=VM.ALBERTI.ET.ISABELLÆ.EME=  
RITVS.D<sup>IVS</sup> IOSEPH.VAN-  
DEN.LEENE. 1641.  
DEVS·OPT·MAX·

ÆTERNAM·REQUIEM·DONET·ANIMÆ·  
IOSEPHI·VANDEN·LEENE·QVI·AVSTRIA  
CORVM·PRINCIPVM·SERVITIO·ANNIS  
SENIO·DEFATIGATVS·HVNC·SIBI·  
LOCVM·QVIETIS·VIVUS·ELEGIT·ANNO  
ÆTATIS·PLVS·OCTOGESIMO·OBYT·  
ANNO·SALVUTIFERO·M·D·C·XLV°·18°  
IVLY·ÆTATIS·85°

Et in pariete sub imagine quam ibidem collocari curavit sequentia subijciuntur.

D.O.M.

Jesu Christo nato, Mariæ Matri ac Virgini,  
Josepho Sponso, et sibi morituro poni curabat  
octogenario maior, et jam dudum Philippi II.  
et III. et Archiducum Alberti et Isabellæ  
emeritus D. Joseph vanden Leene 1641.

In eodem obverso loco cernitur monumentum d. Joannis Sturme, quod est tale

Cij gist le Colonel Messire Jehan de Sturme,  
Vivant du Conseil de guerre du Roi et son  
Gouverneur des ville et Chasteau de Weert  
decède à Bruxelles le 15. de decembre 1630.

Et muro picturæ cura ejus affixæ subscriptum est

À l'honneur de Dieu et en memoire de messire  
Jean de Sturm Moravien, Jadis chevalier Colonel  
et Gouverneur de la ville de Weert etc. lequel  
meu de devotion à donné et doté cette lampe  
d'argent. Il est decédé de ce monde le 15. de  
Decembre l'an 1630. Laquelle lampe pend au milieu  
Du cœur à l'opposite de l'image et du monument.

Requiescit etiam hic D. Theodorus Schotte Caroli et Angeli præfatorum pater, cujus  
cænotaphium æri ad columnasse Aræ maioris incisum legitur

Apotheosi Virginis Matris  
Et memoriæ Nobilium conjugum  
D. Theodori Schotte Equit. Aurali et  
D. Elizabethæ vanden Brandt

Toparch de Buecken, Beijssen, Assent, et Herbeijs, quorum illa per annos XL. Patriæ  
bono varijs defunctus muneribus Regij demum exercitus supremus judex Anno  
MDC.XXIX. XV. Kal. Novembris, dubium an castrorum incommodis, an mærore rei  
bellicæ à præfecto infæliciter, an et infideliter gestæ in Velavia morbo correptus  
occubuit.

Carolus Schotte f. eques auratus.

Supremo Regis ærario à consilijs et Assessor, hanc aram posuit in hoc asceterio, ubi ex  
Joanne Angelum ex Duce Religiosum ex fratre Deo devotum nunquam perituro  
affectu prosequitur Posteris horum in sacrificijs memoriam conservanto.

Hæredes horum conjugum lectissimorum, ~~me~~ in sempiternam eorum memoriam pulpitem æreum in quo nocturnales lectiones decantantur fieri jusserunt. ut inscriptio declarat.

In medio Chori spectatur sepulchrum D. Caroli Schotte, qui fuit vir acris judicij, industrius, et rerum experientiâ clarus. Inscriptio nomen, titulos et diem obitus continet

D·O·M·

M·

Nob. Viri.

D. Caroli Schotte Equ. Au. D. de Herbaijs

et Doorent. Asses. Financ. et Cons.

Reg. Ma. B· H· D· obiit 18· Oct· 1641·

D. Joannes ~~de~~ Ladron de Guevarra nobilis hispanicæ cohortis olim dux nactus est tumulum in choro fratrum laicorum. Obijt Anno M·DC·XLII· Hic aram marmoream mille florenis æstimatam in honorem Christo pediae erexit.

Helena Mangia ex Palanda Culenburgana Merode filia à Petershemio conthoralis Caroli de Riedtwijck obiit 14· die Maij Anno 1618· sepulta in Sacello D. Annæ de quo supra.

Sacellum antierius ornant fenestræ vitreæ insignibus comitis de Fuentes et Mondragonij conspicuæ. Altare, ~~de~~ quod liberalitate D. Toparchæ de Marquette erectum est, eleganti pictura Magistri Francisci Franck Antverpiani decoratur. Gaudet ectijpo nostræ Dominæ de GRATIA. Primarius lapis positus fuit tertia Aprilis à D. Blasio Ocon. Consecratum autem est ab Archiepiscopo Mechliniensi Matthia, in honorem Sanctissimæ Virginis Mariæ, duodecim apostolarum et undecem millium Virginum, eodem Anno, quo templum majus 16· Septembris.

Anno 1592

Alia quoque ædificia non minus diligenter quam prosperè attollere cæpit. Capitolium quod inter templum et sacellum medium construxit tum alia ædificia tristega omnia hinc atque hinc à fronte à lateribus templi, inter quæ pulcherrimum est cænaculum et domus à frontispicio templi duabus turrulis exornata. Nunc ad porticus majores describendas quos P. Leo inchoavit, successores perfecerunt, accingor.



Sacellum Beatae  
Virginem) da quo

~~Annotationes ad Cap. 2.~~

~~Rijpegem Rietwijcorum)~~

Annotationes ad Cap. 2.

Relinque 2. Quaterniones in blanco.

~~Andres Mangellus)~~

## Caput tertium.

## Majoris peristilij descriptio.

Summi murrimus ac pijssimæ genetricis ædibus perlustratis, claustrum limina ingrediannur, ubi in sancta quiete degunt anachoretici Patres, ubi cellis velut sepulchris viventes inclusi, in profundo silentio cum Deo et Anngelis colloquuntur. Ubi tanquam in sacra Palæstra, ex qua mille clipei pendent omnis armatura fortium, Christus agonotheta certamen ponit athletic suis et medius pacis mediusque belli miscet se pugnae laboribus. Nulla arena hæc dulcior, in qua sine sanguine confligitur, vel si desint cum hostibus bella, in turribus pacis habitatur, ubi pro lituis psallentium chori, pro excubijs illi qui custodiunt lectulum mijslici Salomonis de fortissimis Israel, et ad bella doctissimi uniuscujusque ensis super femur suum, quem si forsitam aliquis paululum remiserit, statim illi dicitur : Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Hic habitant, quibus gladium dedit Gedeon et facem contra cæcænoctis errores ; quibus sicam dedit Phinées, ut confringant timore carnes suas, qui proprio mucronie Goliath obtruncant.

Ædificium hoc ~~in equaliter~~ tetragonum est. Porticus ~~enim~~ tamen meridionalis et septentrionalis alios duos in longitudine excedunt, et continent faciliè ducentos quinquaginta pedes. Latitudo est decem pedum — Constat lapide lateritio. Tres xijsti fornicati benefactorum insignijs exornantur. Alius templo propimus incrustatus, nomina, quorum liberalitate ~~id factum~~ gijpsum subductum, exhibet. Singula apponam. Joannes Gheijsels S·T·L· pastor in Oppeulen. Henricus Walravens S·T·L· præses seminarij Antverpiensis. Joannes van Pede Decanus Anderlacensis. Joannes Miloen. Anthonius Casens Prothonotarius Apostolicus. Balduinus de Bucq Juris. L. Laurentius Miloen. Laurentius van Beken. Franciscus du Locoij. Godefridus Haghen, archiducum bellici apparatus quæstor. ~~Pars ???, ??? ???? non nihil est.~~ Totum opus multa splendet luce. Complectitur gremio hortum obitorium et cimiterium, ~~ubi~~ in quo fratres terræ mandantur. Reclamus nunc memoriam benefactorum, quorum stemmata in fragili vitro depicta, et eorum nomina celte sculpamus in silice, ~~ut illa præterita que at agnoscere~~ ac æternita consecremus. À parte meridionali incipiam eoque ordine ponam, quo illic collocantur D. Otto van Anderlecht genit in Scheuto argenteo crucem minium et 4 corona venatoria rubra. Dnus Petrus le Clerc, tesserâ utitur, fit via vi. Lancelottus de Robiano, cujus insignijs gentilitijs hoc dictum adscribitur, sicut

Lilium. Georgius de Meghem cujus dictum Vigilate Virtuti. Melchior Martini. Abraham de Piersene Consiliarius Catholicæ suæ majestatis et receptor generalis in tractu Flandriæ orientalis, Gallicum usurpat sijmbolum Amour et foij je l'aijme. Archidux Albertus et Isabella, Clara, Eugenia ejus conjux serenissima. Didacus de la Cueva, qui in suito Leonem gestat cum hac epigraphe, Conculcabus leonem et draconem. Joannes de Romreé, taparcha de Fraijpont et de Mareé Nicolaus van Belle jurisconsultus Brugensis, bello utitur sijmbolo, omnibus vive bellè. Joseph vanden Leene. Pro tessera habet vita mundi vitam. D. Joannes T'sestich, ~~nostrate~~ latina lingua t'sestich ~~idem est~~ sexaginta gestat in clipeo sex litteras X. quæ constiturunt sexaginta, Unde ad arma cantantia alludens illis hæc verba subjicit : Explebo munerum. Petrus Tellier antesignamis unius cohortis, dignam milite dictum præsert ou vaincre ou mourir. D. Melchior vanden Cruijce eques, obiit in Bohemia, scuto subjecit, Dela au Ciel. In porticu qui occidentem respicit, sequentium munificentia relucet. M. de Gerwen adjungitur epigraphe, velis quod possis. Joannes Burloit Canonicus S. Gudulæ Lætatur tessera En Dieu Brulloit. Nicolaus Molanus custos Cappelæ suæ Celsitudinis dicere solebat, In domino confido. R. Gallairt mente serenâ. M. Gersem. utebatur sijmbolo, dum gemo spero. M. Vilain de Gand : cujus tessera est Vilain sans reproche. N. Jadart Canonicus et Decanus Sanctæ Pharaildis S·T·L· N. Blitterswijck Protonotarius Apostolicus, Sijmbolum, lex gratiæ veritas. D. Joannes Baptista Muzaert Proton. Apost. dictum ejus est, viam prospice. N. Oijenbrugge Canonicus Tornacensis, Sanctitate et Justitia. Carolus de Bourgoigne D. de Bredam. N. Crooneldael, ultima vult virtus. Petrus des Champs ait Tous biens des Champs. M. Plouvier secretarius Comitis Emdani postea Prior Carth. Antverpiensis, ad quem Erijcius Puteanus multas scripsit epistolas hactenus ineditas erat enim eximius, ut ipse, Musarum cultor Natus Viennæ in Autria Parentibus Iprensibus septem apprimè linguas callebat. Sepultus est in hac æde. Lancelottus van Gindertalen, vernaculo usus est sijmbolo Ghinder ander taelen N. Pastielle receptor statuum Brabantia, appellitus rationi pareat. Philippus de Wal Toparcha de Tavier et de la Woeste, spe et fortitudine. N. Oestendorp. Veritas filia temporis. Cornelius Schotte, noli me tangere. D.N. Pinsen. M. Zeverdonck, Naer doncker hope ick licht. Antonius de Tassis D. dela Riviere et eques auratus N. Montens. Laurentius Zoenius S·T·L· Divi Dionijsij Leod. Scholasticus. S. Petri Lovanij Canonicus et collegij Divæi præses, fide sed vide. Dedit hic quoque fenestras in majori templo et in minori ambitu. Senatus populusque

Bruxellensis duas soluit. Vincentius Robiano cujus sijmbolum Undique Maria. Abbas Ninivensis, fortiter et suaviter. Abbas Grimbergensis, Panis confortans Christus Philibertus de Mol dominus Capellæ et Ramesdonck Protonotarius apostolicus. Cantor et Canonicus D. Gudulæ factus ibidem decanus Enitere sursum. Jacobus Boonen Episcopus Gandensis, Vince in bono. Nicolaus Souzius Episcopus Sijlvæducensis, Ex momento æternitas. Joannes Malderus Episcopus Antverpiensis. Malo de re. Matthias Hovius Archiepiscopus Mechliniensis. Superat patientia fortem. Horum pia liberalitate posita sunt omnia vitra, quorum serie exhibetur historia ortus et obitus sacratissimæ Deiparæ Virginis domus hujus initiatricis, versibus ~~singulis fenestris subscriptis~~ <sup>descripta</sup>, quos in illius laudem non absamum ~~convenienter~~ <sup>appendados</sup> arbitror apponere

Costus humi redolet, nardo æther, Ubique Maria.

Flos florum sterilis quem esculus Anna tulit.

Magne ~~cælum~~ senex quid adhuc cælum clamore fatigas ?

Nil dubites, conjux prole beanda tua est.

Ad fuit ô conjux mihi nuncius isque spondit

Quod mage non sterilis, sed modo mater eris.

Anna exseptatæ compos jam facta Mariæ

Pectore vix tolto gaudia oborta capit.

Scande gradus virgo dextrâ deducta parentis

Te recipit læto mijsta Deusque sinu.

Davidicæ stirpis duo lumina juncta jugali

fædere sunt : hic est frater et illa soror

O quæ flagranti Christum ardes pectore Virgo

Ecce tibi illius nuncius ecce venit.

Ecce virum Virgo circum dedit induit ipsum,

Carne deum an non hæc Virgo Virago fuit ?

Sensit ad esse Deum Ezisabeth(*sic*) et Virgolocuta est,

Mira fides ! sensit numen et ipse puer.

Ter victa est natura senex dum muta resoluit

Ora pater Virgo pasturit illa parit

Ut profuga hospitij virgo secluditur excors

Illa cui suberat regio tota poli.

O pietas, maior puero puer editus orbi

Ubere quem læto regia mater alit.

Ecce tuæ Virgo fera circumcisio prolis

Clamat, huic reddent postea flagra crucem.

Complet justa parens legis, pueri oscula vates,  
Matri ensem, mortem nunciat ipse sibi.  
Obstupuit merito turbas regumque tumorem  
Sueta humilis, prolem cernere Virgo Deum.  
Empijrei Pharios exul regina per agros  
Proh scelus è Solijma pellitur ipse deus.  
Perge rates cæli pondus sine pondere portans  
Sol puer est, comites sijdera, luna parens.  
Pasce animosa parens natum : tibi cominus adstans  
Mitigat exilium turba, dat auxilium.`  
Congaude â Solijma, en divum ablegata caterva  
Virgo puerque sacer ridet et, ecce redit.  
A Matre in templo reperitur cælicus infans  
Post triduum doctis dans documenta viris.  
Quam bene Virgo tuus novit cuùm patre secare  
Ligna puer, qui orbis tam bene struxit opus.  
Legiferi precibus limphas Petra dura propinat :  
Christiferæ, lijmphis pocula plena merum.  
Siste parens alias vocat intra limina matres  
Natus quærere quem dicis ante fores  
Magnanimæ matris pietas quam haud mille labores  
Quière à nato vellere vellit amor.  
A Christi incipimus cæna heu crudelia nati  
Prælia Virgo tui, prælia Virgo tua.  
O quis tristitiæ insolita horrenda ecce meatus  
Sudoris Christi membra cruore rigant.  
Tradidit infamis ficta sic fronte magistrum  
Sic fixit Judas oscula plena dolo.  
Ipsa patris bonitas, manibus post terga reninctis  
Damnatur falso criminis ecce rens.  
Profusis lachrijmis, hic te tua lumina plangent :  
Pro te dum patitur vulnera tanta deus.  
Torquet arundo manus, velatum sputa decorem  
Spina caput terebrat, cor fera lingua necat.  
Ecce tuus JESVS pro te, livorque cruorque  
Et tabum et sanies ! Ecce homo nullus homo.  
Hanc magnam quisquis Christum portare stupescis  
Sponte crucem : exiguam disce levare tuam.

Arboris afficus ramis jacet ecce redemptor  
     Eja parens fructus arbor et ille feret.  
 Te dubites quod amen ? fixum me sespice fixus,  
     Cernitur in toto corpore sculptus amor.  
 Excipit heu vitam sine vita mostua mater  
     In cruce vita obijt, sub cruce mæsta parens.  
 Te genui, moriens matrem cur nate relinquis ?  
     An vivam ? moriar, quin capis urna duos ?  
 Quæritis extijunctum ? vivit lætatur Olijmpus  
     Stijx gemit et propria mors jugulata manu.  
 Occiderat cum prole parens, cum prole resurgit  
     Lætitia et luctus unus utrique fuit.  
 Quod Christum in Christo quærat pia Magdala plorans  
     Nec tamen agnoscat fascinum amoris erat.  
 Post flagra, sputa, crucem propria virtute corruscans  
     Concendit Victor, regna paterna poli.  
 Unanimem in precibus dia cum Virgine cæsum  
     Linga docet, replet spiritus, urit amor.  
 Non vita invita, nec vi via facta, sed ultro  
     Carne soluta anima est funebre passa nihil.  
 Nec labor est nec opus tibi cælos scandere Virgo  
     Namque suo fertur remige quisquis amat.  
 Aureola mecum mater doneris opostet  
     Ne sine te vivam, ne sine matre regam.

Reliqua vitra inscriptiones habent solutæ orationis, in aliquibus etiam nullæ leguntur. ?

Unum est quod exhibet miracula Nostræ Dominæ de Gratia, subtus

Imago Beatæ Mariæ in Scheut trunco primitus  
 imposita, miraculis corruscat, et ob miraculorum  
 gratiam B. Maria de Gratia vulgo nuncupatur.

Eregione optij majoris Ecclesiæ in quatuor fenestris martijria Patrum Ruremondæ,  
 Prapæ et alibi passa representantur, quæ paucis describuntur. Prima hæc continet.

Anno Domini M·D·XXX· Cum Solimannus Turcarum  
 Imperator Viennam Austriæ, ingenti cum exercitu  
 obsideret : at infeliciter adeò ut cum summo dedecore  
 obsidionem solvere cogereetur. Ira percitus in innocuum  
 Christi irrupit gregem, Vicinamque Morbacensem Carthusiam  
 ferro demessuit interemptis ibidem se »x pijs religiosis  
 Inhumaniter crudeliterque.

In secunda hæc est inscriptio :

Anno 1406. Ziska homo, atroci ingenio ac Hussitarum hæreticorum antesignanus, Pragensem Carthusiam ferro et flammis demolitus est, cæsisque obuijs quos reperit XI. Senes viros religiosos spineis sertis coronatos saltante coram illis impio gesticulatore in publicam custodiam traxit, ex qua unus Carthusianorum post preces suas, singulis noctibus licet optime custoditus enauit. Hæc Georgius Bartholdus Pontanus.

In alia sequente talis est :

Ruremondæ duodecim ejusdem propositi viros cuisseratione varijsque vulneribus, crudelis miles, cui catholica fides, et monasticæ disciplinæ professio exosa erat illustri martijrio ad cætum transmisit Anno Domini 1572.

Quarta hanc continet inscriptionem :

Viri optimi XVIII ; numero instituti Carthusiensis pro fidei confessione ~~et debita~~ et debita Romano Pontifici obedientia tuenda, laqueo, membrorumque Sectionibus alijsque ferinis cruciatibus Londini sub Rege Angliæ Henrico VIII. Annis D. 1535. 1537 et 1541. summa pietate martijrium consummarunt.

~~Nunc ad cellulas seu singularum ? ? ? ? cellulas nos conventamus quid extractæ  
.....Albberti et Isabellæ unum dedit civitas. Dominus Lancelottus de Gindertaelen  
duarum D. Bruno Van Oudenhagen etiam unus jussit edificari D. Josephus vanden  
Peereman. D. Jacobus vanden Berghen unam. D. N. Machuis unam D. Georgius  
Molim milloe florenos pro ? ? ? Unem Maria van Wesel Begguina~~

Annotationes ad Cap. 3

In blanco 3 paginæ ;

~~Petrus Le Clerc )~~

~~Carolus de Bourgoigne d. de Bredam )~~

~~Philippus de Wal ) Pater Petri Religiosi in hac æde ;~~



f° 204<sup>v</sup> : page blanche

f° 205

~~Annotationes ad Cap. 3~~

f° 205v

N. Croonendael.

f° 206 : page blanche

f° 206<sup>v</sup> : page blanche

## Caput quartum.

Philippus secundus Hispaniarum Rex,  
 Archiduces Ernestus, Albertus et  
 Isabella patroni et fautores domus,  
 alijque inferioris notæ recensentur.

Redactâ in potestatem Legitimi sui Principis Palatinâ urbe, ac improborum civium conatu in circumvicino tractu intepescente: de reducenda colendaque religione pristina imprimis ad laboratum. Ut avitæ fidei dogmata impurè è suggestu promulgarentur, ~~nullus~~ nemo amplius ausus vetare; serena ubique Catholica libertas, sancti exercitij perturbator nusquam apparebat. Quos timor circumspicere latebras et ficto vultu dissimulare coëgerat religionem, videre erat palam et in angulis platearum ~~Romanam~~ ~~rebellium~~ ~~clade~~ ~~dantæ~~ Philippus Caroli V. et Regnorum et Pietatis heres, in recuperatis ditionibus tuendis abigendoque hoste dei et Virginis matris, non minus curarum quam in restaurando stabiliendoque illorum cultu collocabat. Si qui oppressi, si qui dispersi fidei præcones si qui Ecclesiæ ministri bonis exuti, augustiati et pauperiem patientes ad deserta revertebantur domicilia, non modò benignè excipi cupiebat, sed etiam multis in locis ære suo succuri mandavit; Carthusianis tamen Bruxellensis domus singulari quodam affectu præ cæteris subvenisse visus est, dum litteris ad ducem Parmensem tum harum provinciarum moderatorem, ~~meritorum~~ ~~congiarium~~ eleemosinam ijsdem erogari, se velle declarat in hunc modum: Mon bon nepveu Je vous aij escript le premier d'Avril de l'an passé sur ce que par requeste m'avoient presente les Chartreux en ma Ville de Bruxelles endroit la ruine de leur eglise et convent et extreme necessité en laquelle ils sont reduits, et comme par nouvelle requeste icij jointe, m'a esté representé qu'ils m'ont esté assistez de quelque aulmosne, selon que lors vous fut escript. J'aj trouvé bon d'aussij vous remettre icelle requeste afin qu'en conformite de ma premiere rescription les assistiez de ladite ausmosne, si encor faict ne l'avez, et que me reservez de vostre advis endroit les traente ou quarante ducats dont lesdits Religieux supplient estre soulagez par chacun mois. A tant mon bon nepveu, nostre Seigneur vous aijt en sa Sainte garde. De Saint Laurent le 21. de Juin 1591. Signé Philippe et plusbas A. de Laloo.

Copia Epistolarum  
 Philippi secundi in  
 favorem Carthusiano-  
 rum domus Bruxel-  
 lensis

Ernestus primam Petram nomine suo demitti voluit in fundamenta templi urbanæ Cartusiæ, et illius tectum construi ex asseribus et trabibus arborum excidendorum è regia silva. Verum cum nondum ijs obtentis, decedere eum è vita contingeret, de materia lignea tecto fabricando aliunde provisum est. Quamvis hujus benevolentia effectum non persenserint Patres : tamen quibus pius Princeps elargiri ipsis in ~~divina~~ sacræ ædis opus, paulò ante mortem mandaverat pecuniæ, solutæ sunt ab ærarij regij præfectis ; haud dubium quin longè maiora contulis et munera, si longiorem lucis usuram invidæ Parcæ concessissent. Cum vix tredecim mensium spatio, has provincias rexisset ac regis hispaniorum mandato adversus Navarræum regem classicum pulsari imperasset, ~~????~~ novumque bellum demurciasset, et confæderatorum in Belgio animos ad obsequium fidemque sui regis excitasset, calculi doloribus oppressus 21. februarij ætatis anno ~~circiter~~ quadragesimo primo fatis concessit. De præcipiti ipsius ~~facto~~ morte quidam hoc laconicum dedit chronographicum.

Anno 1595.

VenIt, reXIIt, obIt DVX aVstrIVs IngeMe beLga.

Posuit ei frater Albertus Belgarum Princeps sequens monumentum in summo choro Divæ Gudulæ ubi tumulatus est.

Memoriæ serenissimi Principis

Ernestu Archiducis Austriæ Maximiliani II. Imp. filij ex Maria Caroli V. Imp. F. Ferdinandi I. Nep. Maximil. I abn. Rodulphi II. fratris, qui cum regnum Hungariæ et finitima loca per annos XVII. fortiter feliciterque administrasset ad Belgij gubernacula à Philippo II. rege avunculo vocatus, Easdem Provincias etsi brevi XIII. mensium spatio cum æterna sua Laude et gratia rexit in avita religione, in pace, in imperio reducendo intentus, in ijsque curis mortuus. Anno M.DXCV. X. KAL. Mart. cum vixisset XLI·M·VIII·D·V.

Posuit Albertus Archidux Austriæ, Belgij Princeps singulari in fratrem affectu, ejusque corpus ex adverso in tumulo ducum Brabantiaë reliquit, monumentum hic voluit extare.

Ante hac enim vitebatur in medio chori effigies ipsius Ernesti marmorea in modum dormientes, nunc ad aspidem dextram translata ; Esteo Belgicus ex ære fuso superimpositus monumento ducum Brabantiaë.

Quid de Alberto dicam ? Fratri in regimine Provinciarum succedens, patres ab eodem amanter fotos, pari benignitate amplexus est. Majus templum, quod ab Ernesto initium acceperat, suis impensis voluit fenestris illustrari, in iisque æffigiem suam habitu cardinalitio depingi, quam postea, nescio cujus mandato, ab latam ferunt. Ambitus majoris magna pars et vitra sex ejus insignijs et charissimæ conjugis Isabellæ conspicua, liberalite utriusque posita sunt. Cellas quoque ~~quatuor~~ tres ambo fundaverunt æquali pietate et amore, de quibus quidam ignotus sequens distichom pauxit.

*Hæc Belgi. monumenta Ducum ; præclaraque Magni  
ALBERTI hæc pietas atque ISABELLA tua est.  
IN VIRIVTE PARES, TRIADI, MONADIQVE. Sacratæ  
Tres Carthusianas ædificare casas.  
Non pictate suam, ALBERTIVS superavit Amatam  
Relligione suum non ISABELLA virum  
Vos agite, o Brunonigenæ, per. Vota precesque  
IN VIRIVTE PARES VIVERE POSSE PARES*

Plurima sunt hujus incomparabilis Principis in religiosos ac Ecclesiæ ministros merita, et exempla virtutum, quæ posteris consignanda aliorum curâ speramus. Nos hic tantum in renascentem Virginis domum benigna obsequia referre contenti, cætera præterimus. Cenotaphium à quodam cum mortalitati functus est, editum, et jam ferè obliteratum, quandoquidem sepulchrale monumentum ei non fit positum, ne omninò pereat, habeat lector. Epitomen inclijtarum ejus actionum, quæ omnium ore jactantur, continet.

**SERENISSIMI  
ALBERTI  
AVSTRIACI  
BELGARVM PRINCIPIS  
CENOTAPHIVM**

SERENISSIMO PRINCIPI

**ALBERTO**

PIO, SAPIENTI, PRVDENTI

AVSTRILÆ ARCHIDVCI ;

BVRGVNDLÆ, LOTHARINGLÆ, BRABANTLÆ,  
LIMBVRGI, LVCEBVRGI, GELDRLÆ

DVCI ;

FLANDRIÆ, ARTESLÆ, BVRGVNDIAE  
HANNONIAE, HOLLANDIAE, ZELANDIAE,  
NAMVRCI, ZVTFANIAE

COMITI ;

SACRI ROMANI IMPERII

MARCHIONE ;

FRISIAE, MACHLINIAE, VLTRAIECTI,  
TRANSISALANÆ, GRONINGAE, SALINARVM  
ET ALIARVM DITIONVM

DOMINO ;

Neapoli in Auftria M.D.LIX. Idib. Novemb.  
patre **MAXIMILIANO II** ; Cæsare

feliciter nato,

Madriti Carpetanorum, à teneris,  
in aula & oculis avunculi

**PHILIPPI II.** Regis Catholici

sancte educato :

Qui primus Lusitaniæ Prorex  
ab eodem constitutus

Regnum recens partum ac fluctuans  
sua prudentia firmavit ;

Olisiponem regni metropolim  
adverfus Antonium nothum

& Franciscum Dracum classis Anglicæ ductorem  
terra marique irruentes fortiter defendit ;

**ERNESTO** fratre è vivis sublato

Belgicæ ac Burgundiæ

primùm Gubernator, pòst Princeps  
bono publico datus,  
Caletum, Arderam, Ambianum  
Gallis eripuit ;  
Hulstum, Ostendam, VVachtenduncam  
Rhenibercam, Grollam, Oldesaliam, Lingam  
Batavis ademit :  
Pace cum HENRICO IV. Galliæ  
& IACOBO maioris Britanniæ  
Regibus inita,  
& duodecennialibus Inducijs  
apud Belgas XL. Annorum bello  
fractos fessosq ; pactis,  
Iani portas clausit,  
pacis quàm armorum studiosior :

Rebus in Germania deinde turbatis  
 MATTHIÆ fratri  
 & FERDINANDO patrueli  
 ex ordine Cæsaribus  
 validis cum exercitibus  
 suppetias tulit ;  
 Eorumdem nomine Aquasgrani, Vesaliam,  
 Duram, Susatum, Lippiam, Crucenacum  
 Oppenheimium, Trarbacum  
 aliaq ; ad Rhenum ac Mosellam opida  
 subegit ;  
 Perduelles Vnionis pseudo-Evangelicæ Principes  
 fregit & ad obsequium compumit ;  
 Publicam Ecclesiæ, Imperij, fuæq ; gentis  
 salutem stabilivit :  
 Quod sera posteritas vix credet,  
 Imperij Romani Coronam  
 a VII. Viris bis delatam  
 respuit ;  
 Regna Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ,  
 Croatia, Slavoniæ, Bosniæ,  
 Serviæ, Halitiæ, Vlodomiriæ,  
 Cumania & Bulgariæ  
 Archiducatum Austriæ, Ducatum Silesiæ  
 Marchionatus Moraviæ, Lusatia & Burgariæ  
 Comitatus Habsburgi, Tirolis, Ferretæ & Kiburgi  
 Principatum Sueviæ  
 Landtgraviatum Alsatia  
 Marchiam Tergestinam, Portum Naonis  
 & alia Dominia  
 hereditario iure ad se devoluta  
 eidem patruelisuo

### FERDINANDO II. IMP.

raro & inaudito hactenus exemplo  
 donatione inter vivos cessit  
 ac consignavit :  
 Acerbissimis chiragræ ac podagræ doloribus,  
 quos fortissimè, numquam querulus, tulit,  
 demum exhaustus,  
 Bruxellæ prid. Idus Iulias anni M.DC.XXI.  
 pijssimè & animo quàm maximè tranquillo  
 Obdormiuit.

## PROVINCIAE BELGICÆ

ob Religionem, Pietatem, Pudicitiam,  
Fortitudinem, Constantiam,  
Iustitiam, Prudentiam  
aliasq ; Virtutes verè regias,  
quibus toto vitæ decursu clarissimus,  
hostibus etiam gratus exstitit,  
in pientissimum patriæ parentem  
affectus testandi causa

P.P.



Pauca nunc de Serenissima, quam totus Christianus orbis admiratus est, magni Principis uxore Isabella, Clara Eugenia in cujus laudibus quamplurimi nostri temporis historiographi luserunt ~~luserunt alij in ejus laudibus et præconijs exornarunt~~ ~~Præter ? ? ? ? ? ejus quam.~~ Non tantum liberalis in Carthusiam urbanam extitit ~~? ? ? ? ? Deipare ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?~~. Sed etiam egressa est in Parthenium agrum, ut præciosum quæreret thesaurum, quem in eo latere, tot annis ignoraverat. Quippe monita à Domina de Montmorencij (cui R. P. Elisius paulò ante miserat compendium miraculorum editorum in Scheut) illic olim virginem cultam ac stupenda fecisse signa, ~~illam ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?~~ illam adire ~~illam~~ festinavit in 18 Augusti, ~~posita~~, augustiarum in quibus tum versabatur petitura solatium. De ~~quo~~ ea visitatione in hunc modum annales domestici Bruxellensis Carthusiæ loquuntur : In Vigilia assumptionis B. Mariæ capta à nostris Amersfordium. Et Sabbatho intra octavam serenissima infans à Patre Vicario invitata, visitavit sacellum in Scheut, et post fusas privatim et tacite preces, deambulavit cum P. Priore per pomarium, Gallicâ linguâ sermones conferens. Dicebat illa cum B. Job deo : Etiamsi occidat me, in eum sperabo ( : erat enim afflicta propter Wesaliam et Silvamducis captas. Decessit maximo suorum omnium luctu Anno 1633. prima die decembris. Cadaver bbalsamo conditum, post altare sacelli ducalis in sandapila, pallo holoserico vestitâ, ~~? ? ? ? ? ? ? ?~~ depositum. usque ad annum ..... quo sine pompa funebri translatum ~~est~~ ad sacellum Sanctissimi Sacramenti miraculosi, cui ingentem thesaurum reliquiarum legaverat, ac juxta mariti cineres ante primam aram collocatum ; commune utrique sepulchrum candido marmore tegitur. ~~Nu~~

Nunc ~~? ? ?~~ ad alios recordatione dignos monasterij benefactores stilum dilasi sinam.

Regia crede mihi res succurrere cuius.

Inquit Ovidius.

Sicut enim deo servire regnare est, ita Dei servos colere regium est. Quam ob rem quisquis hunc Pietatis affectum erga dei servos exprimit, regem moribus imitatur, dignusque est per omnem modum qui Principibus viris et quidem viri nobiles regibus in ordine dignitatis succenturientur : Cum igitur multi hispani ~~? ? ? cohortes~~ milites ac circa benefactis suis ingentibus de Patribus hujus domus ac totius ordinis benè mereri studuerint, digni sunt utique qui Principus viris comparentur. Quid enim tam regium, tamque liberale, quam opem ferre pauperibus Christi qui se sua voluntate ad inopiam damnarunt? Wallius singularum militum nomina per cohortes collegit, et in collectaneus diligenter annotavit. Nos ~~aliquos ? ? ? ? ? quarum tantum præ?? ? ? ? ? ? ? ? ? ? ?~~ ~~nomina aliorumque recensebim~~ Nos ~~aliorum~~ nobilium civimque nomina recensibim

Vide supra Cap. 2.  
hujus Libri.

## Relinque in Blanco ad scribendum decem lineas

Anno 1607. 12. Maij.

Ante ~~??????~~ ipsius Senatus Bruxellensis celebranda memoria, qui cellam unam fundavit. Lapis fundamentis positus est à d..... de Dongelberghe consule civitatis.

Illustrissimus d. Philippus de Croij Marchio de Haucè, qui serenissimi Alberti Archiducis nomine primarium unius cellæ lapidem posuit anno 1607.

Illustrissimus d. Petrus Ernestus Comes de Mansfelt gubernator Luxemburgensis : magnam fautor conventus. \_\_\_\_\_

Annales domestici in hunc modum de eo loquuntur.

Hoc anno (1604.) mense maio extremum vitæ diem clausit Petrus De didacus

*sur feuillert intervalé :*

Hoc anno, mense maijo extremum vitæ diem clausit Petrus Ernestus Mansfeldiæ Comes, qui Carolo V. Imperatori in Tunctana (A° 1604) expeditione insignem operam exhibuit, et anno M.D.XLIII. in Belgium venit, ubi non una præfectura perfunctus aurei velleris eques, anno M.D.XLVI. Ultrajecti renuntiatus fuit exindé varias de hostibus tam in Gallia, quam in Belgio victorias reportavit. Luxemburgi tandem Gubernatione donatus non semel inter regni tempore Belgicas habenas moderatus est. decessit XV. Maij, octoginta et septem annos natus è quibus LVI. Luxemburgensem Ducatum administravit, et LVIII. Equestris dignitatis insignia detulit. Corpus in Sacello Sodalium Franciscanorum a te Luxemburgi erecto conditum et marmoreo mausolæo illatum est usque ad hauc extremam senectutem pervenit, corpore et animo vegetus victu sobrius, cultu magnificus.

D. Nicolaus Damand Concilij Brabantiaë Cancellarius.

Illustris dominus Ferdinandus Geron Hispanus Eques Melitensis inculca erga conventum usus est liberalitate. Curavit hic ad exemplum Caroli V. Cæsaris missas defunctorum pro se adhuc vivente à patribus celebrari ac psalmum de profundis recitari, et feretum panno nigro coopertum aquâ lustrali aspergi. Quod factum cum Ecclesiastici quidam improbavent sed P. Richardus hujus ~~alæ~~ domus professus licitum peculiari tractatu ~~sustinuit~~ (cujus tamen videndi numquam mihi copia contigit) sustinere conatus est.

Nobilis d. Joannes Vanden Leene cellam extrui curavit.

Christophorus Peres ~~h~~ dux militum sepultus in ~~nove capella~~ sacello anteriori in habitu ordinis Carthusiensis. ~~Cujus Gabriel à S. S.~~

D. Joannes Tector Pastor ~~quandam in~~ Anderlechtensis qui humanioribus fuerat inclutus in Gijmnasio de Scheut largam eleemosijnam gratitudinis ergò domni contulit.

D. Georgius Melian mille florenos pro construenda cella persolvit.

N. Macharis cujus ære una cella fuit ædificata.

D. Balthasar de Robiano Æraij regij questor, 500 florenos pro constructione cellæ legavit.

Nobilis d. Barbara Uijttenhare domina de Steenhaut

Maria de Cruijninghen.

Judocus de Madraige civis et mercator Bruxellensis.

Lancellotus de Gindertaelen cellæ unius fundator.

~~d. Gaspar Ruffin~~

Honorabilis Virgo, Maria Sudders Mechliniensis, de qua in domestico calendario hæc leguntur : dedit ducentos florenos ad emendum redditum pro duabus missis omni  
 « hebdommada celebrandis in capella vel in Ecclesia nostra. Est virgo sancta et multum  
 « famosa Mechliniæ : ministrat pauperibus et infirmis et debilibus ferè omniaqua habet.  
 « Multa laudabiliæ sunt in ea, meritò laudanda et scribenda, quæ omnia prætereo.

D. Bruno alias Henricus Van Oudenhaghen ~~pater~~ hic factus religiosus cellam construxit.

Gabriel à S. Stephano, ~~qui non tantum~~ Thesaurarius Regum, qui non tantum Bruxellensis sed. Et majoris Carthusiæ fuit insignis benefactor.

Jacobus Vanden Berghe fundator unius cellæ.

Maria Van Wesel Begguina Bruxellensis pro constructione cellæ quadringentos florenos legavit.

D. Petrus de Lacu Capellanus ad S. Gaugeriam Bruxellis

Joannes ~~Nicolaus~~ Smismam civis Bruxellensis ~~qui donato~~ pater Nicolai conventus alumni. De quo Wallius, ~~hæc habet~~ in collectaneis. de hoc adolescente duo memorandam veniunt, prius quod cun captus esset pedibus à nativitate puer quinque vel sex amorum curatus fuerit per intercessionem et merita B. Mariæ Aspicollentis, alterum quod natus sit septimus filius, et ideo strumas, sive scrofulas ante et post ingressum ordinis solo contactu sæpius curavit.

~~D. Joannes~~

N. Vischer Pater deodati hic professi pro restauratione fabricæ multas pecunias contulit. #

##Sed audite prius ipsum prodentem natales suas domos quidquid in seculo egerit, enidam necessariorum suorum enarrantem his verbis. In Luxemburgensi Patria inquit in oppido Damvillers, et in Municipio Waneil/Waveil iuxta fines Lotharingæ ; ego et parentes mei nati sumus, et in vicinis locis tam ipsi quam majores eorum, prædiola habuerunt et coluerunt, nec nisi septimo ætatis meæ anno videlicet 1591. parentes mei suam hæreditatem deseruerunt ob maxima damna quæ dictum illis inferebantur à militibus et prædonibus illam patriam inestantibus quo anno primum pater meus militiæ nomen dedit, cum ad hoc incitante Ano meo materno, qui Dux militum fuerat famosus, ~~illo nomini Capitain~~ Sed præ senio, et multis laboribus bellicis fractus missionem à Rege obtinuit cum pensione annua in castro Namurcensi recipienda. Scias anno 1595. à parentibus me discessisse, et cohabitasse generoso nobili Dno ab Ynia Castri Namurcensis præfecto, et totius Patriæ Namurcensis vice gubernator, cum cujus filio humanioribus operam dedi usque ad annum 1602, quo anno simul Lovanium concessimus, ubij cursum philosophium peregi et post promotionem in Pædagogio Porci publicè Rhetores docui, et Theologiæ simul et Juris Canon. studium delibani usque ad Julium anni 1607. Quo tempore demum Bruxellas veni. Admissus quidem hinc sui in familiam Dni Mol ad d. Gudulæ Canonici, ~~non tamen~~ ut ipsi esse ~~curam~~ curam sui sacelli, et sacræ supellectilis, haberem, nam et tunc beneficium Ecclesiæ possidebam, post aliquot verò menses in d. Gudula magistri Cæremoniarum officium mihi collatum fuit, cum alio officio quod Cantlarium vocant. Istorum pacificus possessor anno 1609. primitias celebravi ipso die S. Joannis Baptistæ, et ne otio diffluerem in PP. Augustinianorum Collegio regentem egi. Hactenus Richardus ipse, ~~Gratus exato~~ qui tandem subsultoriæ ac sæcularis vitæ pertæsus, tranquillam in Parthenia hac solitudine elegit. Apud Primarios viros et magnates in tanta fuit estimatione, ut ad illum consilia expostulaturi sæpius excurrere non sunt dedignati D. Augustinus de Navarra Burrena ordinis S. Jacobi eques, in supremo Arragoniæ ~~regno~~ consilio regens, de vitæ statu deliberaturus, hoc Patre consultore potissimum usus estt, eoque suadente, dignitatibus quos possidebat amplissimus hæc se abdirans, statum sacerdotalem amplexus est. ~~Et ileo~~ Et ileo quam chorus et gratus extitit excellentissimo d. Andrea Cantelmo summo exercitus duci, Servatio Quijnkeris, Dionijsio Christophori Episcopis Brugensibus alijsque quam plurimus, quos in album suum diplijchium retulit.

verte fol.

Unum prætirere non possum quod ejus inusa non minus pia quam diserta in hoc otio, non fuerit otiosa. Præter varia enim ~~????????~~ ingenio suo prognata, consignata chartis: egregium opus composuit, quod inscribitur: Cantus ac chori vindiciæ panegijricæ adversus effusientes chorum in Religionibus esse introductum pro ineptis ad spiritualia munia. At fato accelerante, impolitum reliquit. Nos si deus, diuturnionem vitam concesserit limatum tippis ~~in bonum~~ excudi curabimus. Cursum vitæ confecit et ~~?????Anno .....~~ ~~cantatarus domino, canticum novum~~ ad æterna migravit anno ..... die .....~~cantatarus~~ cum angelis cantatarus domino canticum novum.

#Nec prætereundi tres Illustrissimi ~~Pronunciij apostolicæ harum Pronunciij~~num Illustrissimi Apostolicæ Jurisdictionis in Belgio administratores. Quorum primus ~~Nunciij alij~~ D. Fabius de Lagonissa ex Marchionibus Montis Herculei Archiepiscopus Compsanus Vilain XIII. prælatus domesticus in Capella Pontificia assistens, Harum pronunciarum Nuncius apostolicus è quibus recessit ad Urbem A° 1634, factus postea Patriarcha.

Alter Ill. D. Antonius Bichius sanctissimi in Christo Patris Alex. VII. Pontifici maximi es sorore nepos abbas tunc S. Anastasiæ in regno Neapolitano, Belgij Pronuncijs. Bruxellas venit 7. Aprilis 1642. Celebravit primitias suos ~~apud 15 Augusti 1649~~ apud Carthusianos, ubi in majori peristijlio, sibi cubiculum extrui curavit, ad quo vacaturus divinis contemplationibus et spirituali recollectioni se recipiebat. Creatus est 15 mensis Augusti Episcopus Nicinensis(?) in Provincia Senensi vulgo Montalcino. Postea factus Cardinalis. Discessit hinc Romam anno 1652. die 22 Junij. Tertius Andreas Mangellus appulit Bruxellas ex Hispania, ubi fuerat auditor Nunciij apostolici, functurus officio Internunciij, mense Junio Anno 1652. Primas deo hostias obtulit in Ecclesia suburbana Lakensi 24. Octobris ejusdem anni. ~~Hi tres qua benefice voluntate~~ Habuerunt omnes hi conscientiæ suæ moderatorem R. P. Joannem Richardum hujus domus alum et vicarium; ~~de quo sibi ere omino~~ cujus merita et ~~virtutes ????~~ ~~oppor ?? referri ????~~ oportunitus referri non possunt, quam hoc loco##

#### Annotationes ad Cap. 4.

Primam Petram )ad eam ponendam ab Ernesto commissus posuit anno 1594. in profesto SS. Philippi et Jacobi Apostolorum D. Stephanus de Ibarra Conciliarius suæ Catholicæ majestatis, Officium fecit R. d. Martinus Coels Cantor et Canonicus D. Gudulæ officialis et Vicarius Generalis Archiepiscopatus Mechliniensis in districtu Bruxellensi sede vacante per mortem Illustrissimi d. Joannis Hauchini fundamenta sunt quinque pedibus lata, profunda octo.

Septimus filius, et ideò strumas )

Relinque mediam pagellem( ?) in blanco.



Tres Apostolicæ jurisdictionis in Belgio administratores ) quamvis non  
constet ~~????~~ in Conventum ab omnibus alijs singularia beneficia consecutum : quia  
tamen plerique benevola voluntate de illo benè sunt meriti, omnium quotquot in  
Belgio fuerunt Nunciorum apostolicorum catalogum hic exhibendum putavi.

Λ Andreas Mangellus

Relinque in blanco mediam pag.

Joannes Franciscus Bonhemins Episcopus et Comes Verællensis Nuncius Aplicus cum potestate legati à latere præsedet Sinode Provinciali Cameracensi habito Montibus Hannoniæ 1586

Octavius Myrtus Frangipanus Episcopus Tricasiensis promotus ad Archiepiscopatu Tarentinu cesedit 12 annis

Decium Caraffa Archiepiscopus Damasceum, postea creatus Archiepiscopus Neapolitanus, et A° 1612 creatus Cardinalis

Guido Bentinobus Archiepiscopus Rodiensis venit ad has partes circa annu 1607 et hinc ad Nuntiaturam Gallicam fecit 1616, creatus Cardinalis 1621

Ascanius Jesualdes Archiepiscopus Barenis et Carnutius fuit, in Belgio per quadriennium et rude ad ~~cardinalum~~ Imperatore missus ad cardinalatum promotus fuit.

Lucius de Merræ divina miseratione Archiepiscopus Idrantius Ca Mmus Conciliarius Abbas de Vedrana venerat ad hac partes Anno 1617 et discessit 1619

Lucius Sanseverinus Archiepiscopus Salecitanus venit ad hac partes A° 1619 discessit 1622

Joannes Franciscus ex Comitibus Guidijs à balneo in Flauvinia (?) Archiepiscopus Latracensis fuit delegatus A° 1622 discessit 1627 24 Martij. Nuncium ad Christ. ??? et A° 1624 cardinal et A° 1625 ite causios occasione legationis cardinalis Bar ??? abfuit ab 8 Maij usque ad mense Novembris Subtitulo Illustrissimo è Fra,cisco de Rey Archepiscopo Cæsariensi

Fabius de Lagonisse ex Marchionibus Montis Herculei Archiepiscopus Campsanus necessu ex aula Bruxell. 27 Martij 1627

Riccardus Pauli Stranius Leodien. J.V. d Pronotarius Aplus Archiadiaca Atrebatensis Nuntiaturæ negotijs præpositus et Auditor Generalis abatus suffraganeus Leodiensis dicesset ?pella Leodium 11 Aprilis 1642

Antonius Bictum Abbas S. Anastasiæ Admistrator Aplicæ 7 Aprilis 1642 cum facultatibus Nuncij perrevit Bruxellas Jurisditione.



Cereum thus et hostiorum laudis pro ~~fundatoribus~~ fundatoribus et benefactoribus  
 supradictus, qui ~~?????~~ defunctis. Author d. ~~?????~~ ijs qui ex supra dictus ex hac vita  
 migrarunt ~~?????~~ quidam ~~?????~~ sequenti heroica metro posuit.

Suscipe summe deus tibi quod pro exanguibus istis  
 Offerimus murus : prositque fidelibus (oro)  
 Hostia sacra tuis, qui se dum vita superstes  
 Esset adhuc, simili commendavere litantes  
 Officio, at quia jam vitæ sunt lumine cassi ;  
 Nos pro illis tua turba, vicaria dona sacramus  
 Et pia thura focis adolemus et æmula cæli  
 Lumina luminibus præfigimus omnibus aris  
 O deus æterni fons luminis, ignis ab igne  
 (Ignis enim deus et consumens semper et ardens)  
 da festis tandem requiem, lucemque perennem  
 Et miserere (potes namque omnia) subque figuris  
 Sijmbolicis ceræ, thuris, laudisque canoræ  
 Accipe vota spei fideique et pignus amoris  
 Et si quod (quia deficimus fere in his tribus omnes)  
 De fuit his plenæ fideive, speive reive, aut  
 Imperfectum oculi viderunt, parce, nec vetra  
 Ventus eas urens, succenta nec ustulet illa  
 Virgaque in æternum vigilant ne exerceat illas,  
 Sed sceptrum protende remissi sijmbolum in omnes  
 Judicij. Satis est pæranum æquissimè judea  
 Da meliora pijs, ardoremque hostibus illum.

## Caput quintum.

Viri probitate ac pietate  
 Conspicui, seu doctrinâ  
 Et studijs excellentes  
 De Petro Beetzio Joanne Broeijero et Judoco Migrode,  
 et Deodato Visschero Emdano ;

Inventi quoque sunt ~~tres~~ quatuor qui in hac Palæstra sine ira pugnarent, sine sanguine vincerent : quorum unus Petrus Beetzius ~~secundus~~ ~~???~~ alter Joannes Broijerus sacerdos tertius Judocus Migro conversus quartus Deodatus Visscherus subdiaconus.

Beetzius Lovaniensis humili loco natus choraulum ad sanctum Jacobum in patria egit. Tam sedatus semper in omni vita fuit, ut nullus umquam in eo vel tenuissimum iræ motum aut commotionis alicujus suspicionem deprehendi potuerit : id testati sunt fratres, qui cum eo 30. annis et amplius vixerunt, et qui vitam illius (quam in ordine jubilaris duxit) exploratam ab alijs habuerunt. Quod si teste Divo Hieronijmo, hominis est irasci et etiam iram temperare Christiani, profecto non nisi divinæ mentis esse putandum est penitus non moveri. De Cornelia matre Gracchorum legitur (res ridicula) quod in vita numquam spuerit, sed quid de illo dicemus, qui tantum in se imperium habuit, ut numquam irasci potuerit nisi sibi ? non est ursus ita à natura alienus, aut ita domitus, qui si lædatur aliquando no sentiat :

Sit placidus licet et lambat digitosque manusque

Si dolet bilis, si justa coëgerit ira

Ursus erit.

Et hoc unum in vita illius singulare visum est et admiratione dignissimum, quod tam solido semper fuerit pectore et immoto animo, ut neque vehemens aut affectata injuria neque improbitas cujusque enim umquam fregerit. Aliud quoque de eo refertur : commendatam scilicet ei fuisse afflictam mulierem, ut pro ea ad Deum orationem faceret. Ille ut erat liquefactus spiritu devotionis convertit se ad orationem, et missam pro muliere celebravit ; vix eam finiert, quin ~~quod~~ ecce caput quæ gravissimè vexabatur, clamare se ab omni sensu doloris et molestiæ liberatam esse.

Virtutem et efficaciam precum Venerabilis Patris alio exemplo testatam fecit P. Vincentius Knibbe in epistola ad P. Wallium : ubi sic ait : temporibus istis, quibus hæresis Ordinem laxaverat, adeò ut nostris sine peccato extra monasterij septa liber exitus pateret, contigit cælum claudi, ut vix ros aut pluvia veluti Hæliæ temporibus decideret, quapropter terra nullo imbre irrigata fructus et olera denegabat. Et cum ubique maximè in monasterio Sancta Elizabeth eorum penuriam patiebatur, eo quod in monte constitutum sit Istis igitur temporibus, vir quidam Carthusianus (quem nostri dominum Petrum autumant) provectæ ætatis, pius inquebant et sanctus ad prædictum monasterium perrexit, quem Religiosæ conspicientes, sese ad ejus pedes devoluere, et ab illo solatium et olera postulantes, quibus ille compatiens et fidem approbans, omnes cubiculum quod intraverat excedere jussit, in cujus secreto solus ad deum preces fudit, Nec frustra nam protinus est cælum nubibus obductum, deinde pluviam dedit : denique terra irrigata solitos fructus et olera. Magna apud omnes propterea in veneratione fuit. Obijt 4a Augusti sepultus in domo Bruxellensi, ubi aliquo tempore vixit. Wallius in suis collectaneis in hunc modum de hujus viri pietate et candore disserit : Petrus cognomine Beetz de Lovanio, pius, devotus et simplex vir, professus senior hujus domus, qui 56·annis laudabiliter vixit in ordine : numquam officium sacristino majus exercuit, hisce tumultibus habitavit in domo monialium Gosnaji ; multi dicunt numquam vidisse eum iratum, et omnes qui cum ipso vixerunt simplicitatem ejus columbinam et devotionem extollere non satis sufficiunt. Mirus erat B. Virginis Mariæ et Sanctorum cultor, quorum imagines omnes quas invenire poterat colligebat et depingebat (satis citè enim noverat pingere et illuminare) e in eorum natalitijs ac per octavam in suo altari exponebat, pia prece et antiphonâ salutabat, aut litanijs invocabat : prolixiores habeo etiam nunc in libello ab ipso descriptas. Nonnumquam cuculla ecclesiasticâ et stolâ indutus, prædictas sanctorum imagines thurificabat. Aliquando etiam dum solitarius in cella ter Scheut ageret, exequias pro defunctis celebrabat, et sepulchrum fociendo in horto mortuum fictitium suis vestibus indutum, in illud demittendo, quem postea extrahebat, et ob singularem ejus pietatem erga Beatam Virginem, permittebatur ei in Sacello dominæ nostræ frequentius celebrare. Sæpius in morbo poposcit sibi Venerabile sacramentum deferri, quod summa religione sumebat. Tandem non tantum permisit, sed sicut monet S. Jacobi induxit presbijteros, Ecclesiæ quasi renitentes, ut orarent super eum urgentes eum oleo in nomine domini, cum enim non appareret adhuc extrema necessitas, memorabile verbum protulit dicens : melius est



sur petit feuillet avec n° 3 dans le coin supérieur droit :

X Sacro ejus tumulo sequens phaleucium appendam.

Hoc Beetzus recubat pater sepulchro,  
 Quondam Partheniæ columba :  
 Qui Christi domini Deique legem  
 Quæ nos tult fieri innocentis instar  
 Columbæ : eximio secutus usque,  
 Candore, et vacuum furore pectus  
 Gessit, melligeno liquore plenum.  
 Infersus nemini, omnibusque charus,  
 Infestus vilijs, sibique tantum ;  
 Qui numquam injurias malis reponens,  
 Seu effervescere visus est in iras ;  
 Diras qui nemini imprecatus atron :  
 Sed verbo placido atque mansueto,  
 Spirantes animos miras sedavit.  
 Omni selle tener carens ut agnus,  
 In terris seque intima positus,  
 Perenni fruitur polo locatus  
 Huic subjungam Joannem Broijerium Bruxellensem, alium testem oculatum  
 desolationis Conventus de Scheut ac illius ultimum candidatum, multiplici pietatis  
 exemplo commendabilem. Metrum quod in pulvere dormienti dicavit quidam ejus  
 consodalis, præcipuas viri laudes exprimens, visum est exhibere : cum alia vitæ ejus  
 documenta deficiant

Parentatio multa rogitans super pijs Manibus  
 P. Senioris D. Joannis Broeijeri, qui nuper  
 annum supergressus 74 plenus dierum superatis  
 omnibus huius vitæ miserijs, et exhaustis  
 pro domo et pro ordine multis laboribus,  
 temporibus difficillimis, quando et fides probari  
 solet, fidelem se Domino et domui probavit  
 qui proinde ut requiescat cum fidelibus  
 omnibus tuis (o Deus) in pace precamur  
 te Sancte Domine : sit ipsi in te  
 requies ; quietam illi noctem  
 tribue sed beatam, Sed  
 felicem faustamque  
 Threnus  
 in obitum illius

Ultimus excedis terris, Pater ultime Patrum  
 Antiquæque domus iomega et Alpha novæ  
 Reddidimus terram terræ, pulvisque reversus  
 Sed non, heu! In eum es, qui genitilis erat,  
 Nam genitilis humus tua nunc habitanda relicta est  
 Totque Patrum data sunt Sancta Sepuchra se  
 In Babylona sumus translati. Flete tribules  
 Et super hæc mecum flumina flete Patres

Qui reminiscimini Domini, Patrumque priorum  
Atque suburbanæ Partheniæque domus.

Et super hunc, solus, qui et poenè novissimus exijt  
 Ex illa, salvis mercibus, atque rate.  
 Hæresis exilio patriam huic mutavit acerbo  
 Urbe Valencena sed stitit ille gradum.  
 Donec ab Elijsijs prospectans sedibus exul  
 Reddita pax Urbi est Religioque redux  
 Sed quibus interea iactatus in Urbibus hisce est  
 Casibus, et quæ non vidit in orbe mala=  
 Currere, permissis cum Mars videretur habenis  
 Et tremere tellus contremereque polus!  
 Redditus ut primum patriæ est, hac constitit urbe  
 Officio cum mox auctior esse tulit.  
 Carus erat Nutio, sed carior inde Leoni  
 (Hunc Deus Hispano misit ab orbe virum,  
 Qui reordina manu fundaret templa domumque  
 Cartusiamque simul conderet urbe novam)  
 Huius eras catulus Pater ô Broeijere Leonis.  
 Heu mihi tunc qualis, cum catuliret, erat!  
 Herculo supposito tunc sidera fulcijt Atlas  
 Ut maturaret sollicitavit opus.  
 Non erat illius tunc temporis omnia primo  
 Impete perficere, at tempore quæque suo :  
 Quod tamen in se erat, hic tunc indefessus agebat  
 Quantamnis esset corporis agra salus ;

Namque fatiscebat sub corpore debilis ætas,  
     Unde et donari iam rude dignus erat,  
 Cum cedens oneri se in dulce recepit asyllum  
     Cella illi cœlum, et mite levamen erat  
 Nocturna versare manu versare diurna  
     Institut auctores, incubuitque libris.  
 O fœlix nimium tinea atque Vorago librorum  
     Cuius enim, aut quod nonn ille voravit opus?  
 O lector Pater, ô Pater helluo Sancte librorum,  
     Cuius pectus erat bibliotheca Dei!  
 Si non Cecropia tibi pectora voce madebant  
     Attamen à studio fertile pectus erat  
 O dignum æterno pectus quod fulgeat auro  
     O desiderijs mens Saturata pijs!  
 Quando ille exiguo temeravit crimine vocem  
     Cui tota in cella cœlite vita fuit?  
 An potuit cœlum in terris divinius esse  
     Quam quod nactus eras Relligiose Pater?  
 Inter mille libros velut inter Atlantica mille  
     Sidera ducebas vitam animamque tuam  
 Iam functus curis et mille laboribus olim  
     Otia captabas deliciosa tibi.  
 Invidit vitæ tandem invidiosa senecta  
     Et mors impositis cuncta premens pedibus

Mortuus es mundo, mox et tibi mortuus ipsi  
Et mortem quater es mortuus ante tuam,  
Quando et mortuus es elementis omnibus olim  
Et tandem tibi lux occidit ista brevis,  
Lux lux æterna tibi, Pater optime, luceat oro  
Atque utinam fato dexteriore vale.

Requiescat in pace Sancte et  
fidelis anima. Amen

Digessij ex Calendarijs et Carthis Capituli generalis Origines Carthusiarum



prævenire quam præveniri ; Cum autem viderunt adstantes religiosi, cum morti appropinquare incæperunt legere litanias, et dum pervertum esset ad Sancta Mariæ, ora pro eo, pio gemitu animam in pijssinæ matris gremium deposuit, deo reddendam, ut piè credimus Nam plurimas orationes passim in libris devotionis, quibus usus fuit, descriptas ab ipso vidi, ut in hora mortis illi adesset. Corpus telluri mandatum fuit in medio parvi cæmeterij prope sacellum B. Virginis Mariæ ; quod ab Archiepiscopo consecratum fuisset priusquam in illud infereretur gavisus fuerat, atque gratias egerat quo dignius et quietius requiesceret, resurrectionem novissimam præstolans. Dicunt aliqui dum sepeliretur suavem odorem exhalasse velut violæ redolent : Non tamen omnes hoc unanimiter affirmant, et quidam ex præcipuis, qui hoc spargebant serio interrogatus dicit se non aliter ac de odore bonæ vitæ loqui intendisse. Hactenus Wallius. X

Judocus verò Conversus primus novæ domus non minora dedit argumenta virtutis, et aliquid amplius per etatem promittebat : sed morte immatura præventus est. Natus fuit Alosti honestis parentibus, qui ambo uno die è societate humana sublati, in primario templo sepulti. Educatis autem fuit Gandavi apud sororium, qui ultimo supplicio affectus à perturbatoribus reip. quod primarios quosdam præsides et principes carcere liberasset : atque viso ejus capite in palo affixo, forte cum civitate exiret Judocus, animi deliquium passus est, semperque pallidus et quasi corde compunctus vixit. Viduæ in recompensationem fidelitatis mariti à Catholico Magistratu cura leonis nutriendi commissa est ; Ipse vero circa annum ~~domini~~ 1597. suave jugum domini sub patre Leone subivit. Erat imprimis sollicitus minima quæque in usus domesticos asservare, et ut erat ingenio et habitu virium acerrimuss, nullis parcebat laboribus, effundebat se ad totius rei familiaris curam et inter gravissimas occupationes semper Deum mente et furtivis susurris quærebat et cum diversissimis distraheretur laboribus fervor mentis idem semper erat. Devoluta erant in eum omnia graviora penè domus officia ut braxatoris, pistoris et dispensatoris : sine ipsius consilio nihil serius gerebatur, Et si quid grave, si quid difficile accidisset, statim ad eum tanquam ad oraculum referebatur. Extremè pauper erat et habitu et affectu, cujus rei id omnibus fidem facere debet, quod aliorum vestes, quæ interdum usque ad contemptum detritæ erant sibi aptaret, eas amplexabatur et sua cimelia, suas purpuras dicebat. Habebat nescio quid in vultu divini hominis etg gravem quendam morum ornatum purioris et sanctioris animi nuncium. Ecclesiam nocte et die sedulo frequentabat de manu numquam deponebat rosarium. Regularis disciplinæ

Anno 1612

zelosus fuit observator, Inter suos ædificatorio sermone abundans. Et cum his atque alijs dotibus clarus magno suis solatio esset, in maturiori vitæ suæ cursu cijgueam mortem in laudibus dei paulatim deficiens expressit 25. Februarij. Parentabat decessori in virtutibus novitius tunc et domus illius Candidatuus frater Gerardus Eligij pangens quod sequitur.

Epicedium in obitu fratris Judoci Migrodi  
 Conversi Partheniæ Bruxellensis Carthusiæ.

Judoce ô nostri pars selectissima cætus  
 Cujus erant nivei mores et lactæ verba,  
 Paupertas cui delicia, vigilantia, somnus :  
 Cui Lachrijmæ dulces pro nectare sæpe fuere  
 Mundi contemptus pro laudibus una voluptas  
 In precibus penè continuis ; cui culcitra, lectus  
 Durum informe thoral, vel stragula trita supellex  
 Inque parabilibus victus contemptior escis.  
 Heu quanta in vultu gravitas et vivida virtus  
 In moriente fuit! quam certi signa doloris  
 Suggestit Metanea tibi! Flos ille decusque  
 Oris, in æternam migrabat v ite precando  
 Divinam laudem. Iam tunc et in hospite cælo  
 Degebas, cum mors nondum divortia vitæ  
 Hujus et illius fato cogente tulisset.  
 Quid memorem speciem mentis, speculumque pudici  
 Pectoris haud umquam minima vel labe notatum?  
 Mens vive candidior, speculo quoque purior omni  
 Vita fuit : pretiosa salus merx optima rerum  
 Quas homini novissè datum est, hanc præ omnibus unam  
 Docte Trapezita inventam stipulatus amasti.  
 O Fortunatus turbata per æquora mundi  
 Mercator salua rete, et integrante carinâ  
 Sospes an innumeris Judoce erepte periclis!  
 Ibas divino pectus succensus amore  
 Sed majore fide tamen obvallatus abibas,  
 Cum fugeres etiam puer inter mille procellas  
 Iactatæ patriæ, nec te remorata fuisset  
 Hæresis ulla etiam tunc cum ipse dehiscerat orbis.  
 Dum video aresco, ac doles te cedere fato  
 Nempe sub ijntroitu (ô rerum dulcissime) nostrum

Tam tarde notus, quid tam citò Juste recedis?  
 O dolor! Et quis te nobis substraxit in ipso  
 Limine vix vultu mihi vix de nomine notum?  
 Sed quia sors, ita dura tulit cedamus amaræ  
 Morti, Juste vale, ac cætus memor esto relictæ.

Deodatus Visscherus Emdanus viri nobilis et legati filius, primum ex hæresi ad fidem, mox ad religionem conversus, velut lilium ex spinis in se candidum in ea floruit : sed vix annis quatuor ; ita ut in brevi consummaverit tempora multa. Austeræ fuit et abstractæ vitæ ac tam rigidus in pravos mores suos animadversor, ut ultra tria ordinaria vota, aliud eos extirpandi emisisse videretur. Garrulam linguam profundo domabat silentio et cum sermones cum aliquo erant conferendi, pio exemplo alicujus sancti condiebat. In gestis divorum patrum evoluendis hærebat assiduè, illorumque æmulus vestigia sectabatur. Abstinentiâ stringebat ventrem, ne illum repletet : sæpius pane et aquâ contentus esculenta deliciaresquebat. Quamvis imbecille corpus ac tenerum nactus, tam rudi curâ regebat, ut etiam cubilis stramina infirmo subtraheret ; Obijt ex ~~ex~~ ergastulo mortalitatis felix anima die decimotertio decembris ad æterna tabernacula. In ægritudine sæpius dulcissimum JESVS et Mariæ nomen ingeminando, illius ~~confessam~~ amator non amplius osor, opem quam olim spreverat ~~nunc~~ ardentissimè invocavit. de obitu ejus ita quidam scribit. Reverende Pater amicorum optimè, Posteriores litteræ mihi redditæ sunt inclusæ alijs litteris ad me ab ad<sup>m</sup>. R. P. Visitatore, ex quibus sicut ex vestris cum optimo testimonio intellexi, nobis charissimum confratrem nostrum Deodatum Visscherium in Petri piscatoris reti Deo reddidisse spiritum, ipso Sanctæ Lucie, ut hujus lucis caliginosæ usuram relinquens, ad condorem lucis æternæ remearet, Ita enim credere pium est, cum ex omine, tum ex amplissimis ejus, sanctionis vitæ testimonijs admodum R. P. Visitoris, et tuarum litterarum serici insertis, quibus tantam fidem adhibeo, ut de transitu essi desideratissimi, atque supra quam possum scribere charissimi confratris, non solum non doleam : sed perfusus gaudio ei congratuler, et quod ad<sup>m</sup>. R<sup>dus</sup> P. Visitor (uti suis ad me litteris testatur) optat deo supplicem, quandoque faciat novissima nostra horum similia.

Anno 1618

Hæ litteræ scriptæ  
 sunt à R.P. Richard  
 Deodati in novitiatu  
 direttore

Annotationes ad Cap. 6.  
in blanco 2. pag.

Caput 6.  
de Venerabilibus Patri-  
bus Petro Wallio,  
Gerardo Elisio, et  
Joanne à Blitterswijck.

~~Caput septimum  
De Venerabilibus Patribus  
Petro Wallio, De Gerardo Elisio, Petro Wallio  
et Joanne à Blitterswijck.  
de Petro Wallio.~~

Nescio an ab urbana domo condita, in conscribendis libris diligentior quispiam his tribus extiterit. Eligius enim componendis, Joannes transferendis, Petrus compilandis fuere occupatissimi. Illos infra laudabimus, Hujus labor nunc extollendus et describenda vitæ series.

Nactus est natale solum, Flandriæ metropolim, Gandavum ; ubi pater ejus Mattheus ex Patriâ Luxeurgensi, ~~???????????????~~ vigilatissimum in arce ducem agebat ~~quantum ex Epitaphio illius, quod Petrus fastis suis claustralibus inservit, datur assequi quantum ex Epitaphio illius, quod Petrus fastis suis claustralibus inservit, datur assequi~~ ~~Id ipsum licet hic adscribere~~

Quod hic ex hibeo :

Cy gist tres noble, et tres honoré messire Mathieu de Wzl Sr de Viller le Rond, Landrezcicourt, Wybraick, Lanaij, conseiller du Roy, Gouverneur d'Arlon, Capitaine et Prevost de Luxembourg, et de Chanancy, chef, et Capitaine du chasteau de Gand, qui de son jeune aage se trouva a cette grande Bataille de la Lepante, et d'autres, ayant eu plussieurs belles charges au service de sa Majeste auquel in acheva ses jours le 22a d'Aoust, 1596. priez pour son Ame.

Mater ei fuit Anna de Villee nobilis matrona

Renasciturum sacro fonte suscepit Petrus Damantius Gandensium Episcopus, à quo et nomen fortitus. Humanitatis classibus in patria decursis, in ephebum datus est comiti Barlemontio, cui adhæsit, donec ex alto spiritus, inde ad Carthusiam migrandum inspiravit. Cui vel ad momentum cum nefas duceret resistere : qua potuit contentione remigavit, ut in tranquillissimum optatumque portum appelleret. Amicos igitur, quorum operâ eâ pertingere posse se putabat ~~?????~~ sine mora convenit, et si quem ~~p-???~~ ~~adhibere~~, sequius opus proverbe cernebat : alterius instantissimè implorabat deiparæ maximè nisius potentia ~~?????~~ cujus favore facilem se in hanc domum domini ingressum inelisse, his ipse verbis enarrat In festo S. Margaretæ veni ad hanc domum ad primam probationem sub habitu sæculari, et ne ingratus sileam, B. Virgini Aspricollensi ( ad quam peregrinatus fueram paulò ante pro bono succesu vocationis meæ) adscribo beneficium ceteræ receptionis meæ ad hanc domum; cum frustra curassem meam intentionem cognato meo d. Henrico d'Horto in Carthusia Brugensi commoranti intimari. Pater quidam Societatis Jesu Joannes Canisius rem cordi accepit, et quadam die cum minimè cogitarem venit accersitum me in domo in qua degebam cum alio patre Bavero, cujus missam per biennium quo vidie studens Gandavi audieram, et adduxerunt ad Priorem hujus domus qui mihi ultro locum obtulis, si annuerent seniores Religiosi, quos habebam consulere, gaudebam igitur tam repenté spe Carthusianum factum, ac cum bona gratia Heri et Heræ ex domo eorum discessi, cui imminabat magna calamitas quâ forté abruptus fuissem secundum Dei et Divæ beneficium hinc dicere mihi liceat ; Dominus autem regit me et nihil mihi decrit (nisi desim mihi) in loco pascuæ ibi me collocavit, in pascuis uberrimis, in domo benè dotata, in regia civitate, non fecit taliter omni nationi, sed domine beatus vir cujus est auxilium abste ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum, in loco quem posuit, nam quamdiu versamur in hoc mundo, infirmitate circumdati apprehendunt nos tentationes, et pericula multa, in quibus sæpe

Anno 1606.

nafragium patimur, sed virgo Maria Stella Maris si opus illud ab te est deduc me rogo per viscera misericordiæ tuæ, ad portum salutis æternæ ne per hæc bona temporalia fiat mihi retributio : Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum;

Anno 1606.

Receptus autem fuit ad osculum in festo S. Bartholomei ejusdem anni, et sequenti, probationis tempore expleto, votis ordinis se obstrinxit 2. octobris. Factus jam Partheniæ eremus incola, totum se tradidit ~~???~~ ad res domesticas, et extraneis ~~ordinis~~ ~~????~~ ~~unum colligendis~~ ~~??didit~~ ~~??tradidit??~~ ~~quas ?? ex antiquis????~~ ~~partim ex libris~~ chronographicè in ordinem dirigendas, ex varijs schedis et litteris compilatas. Quod tam diu quam vixit summâ diligentia et fidelitate præstitit, ex ingenti affectu, quo erga domum et ordinem ferebatur. Scio et protestor, inquit, hæc omnia sincero amore et affectu erga domum et ordinem, et ipsos met charos posteros scripsisse, quibus Deus benedicat. Addens :

«  
«  
«  
«

In epilogo collecta-  
neorum.)

Qui legeris ista me mortuo, die precor mente fideli  
Miserere Deus animi fratris Petri, qui ista compilavit.

Ab anno verò 1575 collecta non tantum scriptis testimonijs sed ~~???~~ venerabilis cujusdam Patris domus Scheutanæ professi, irrefragabili ~~impartiam proprio~~ ~~testimonio~~ comprobatur. Hactenus quidem, inquit, ~~hactenus quidem~~ benevole lector, quæcunque scripsi de domo nostra ex Calendario et chartis Capti, sine ex alijs Schedulis quæ ad manus nostras devenerunt excerpta sunt, sed in posterum oculatum proferimus testem V. P. d. Joannem de Broeyere, qui licet ætate proventus, et multis tenectutis incommodis prægravatus nostris precibus delinitus eo quidem facilius, quod et ipse historia ordinis nostri plurimum delectetur, quæcunque suo tempore contigerunt (quæ plurima sunt, et quorum ipse magna pars fuit) litteris exaravit, et hic cum alijs externis quæ maximè patriam, et ordinem nostrum tangunt prout cæpi, fideliter describam.

Quem pium et improbum laborem in quodam epistola laudat Elisius, his verbis  
Laudo studium vestrum, quod in evoluendis Annalibus et Antiquitatibus ordinis tam diligentem opeam ponatis. Incredibile est enim quantum monulutum habeat res ista, præfectum quando non frigidè fit ad acendam virtutem. Nescio an unquam ex ullo exercitio maiorum ~~???~~ fervorem (absit verbo superbia) quum ex fratrum nostrorum prædecessorum memorâ, quorum nomina non tunc colloquum noluta ; quorum (ut hoc cum vernundo loquor) orationibus adhuc unio. Et in fine ejusdem epistolæ addit :  
Ipsi te laudabunt fratres tui, Inda catule leonis qui dormientes in sepulchris et quorum nullus memor est eorum amplius gratâ memoriâ recolis et revocas ab umbris et cruces ex chartis; ad prædam ( fili Sanctorum) ascendisti et lætaris quidem tu super nomina eorum sicut qui invenit spolia multa. Cui adjungo testimonium R. P. Petri Michaelis Vicarij Carthusiæ Silvæ S. Martini in epistola data ad ipsum Wallium 16. Maij 1637 : Studium tuum indefessaque in eruendis ordinis nostri Antiquitatibus industria quam maximè probatur mihi, meritòque ab omnibus collandari suspicique debet Ordinis professoribus et veritatis studiosis. Nullus enim hactenus tot labores in eis investigandis exautlavit in hac provincia, qui tecum comparandus foret. Utinam in diebus nostris videre tandem mercamur Chronicon universale rerum mirabilium ordinis nostri, ad consolationem ; instructionem, imitationem omnium nostrum, unde non minimum laudis accederet ordini ab Ecclesia et Christi fidelibus.

Hinc innotuit magno doctissimorum virorum munero, non ordinis tantum, sed omnis status ac conditionis ut Herijberto Rosweijdo, Antonio Sandero, Theodoro Petreo, Petro Colins, Erijceo Puteano, qui elegantem ad illum epistolam dedit, in qua exornat eum laudibus et alijs quam plurimis quibus in libris edendis sepius adjumento fuit, ac imprimis Arnolde Raissio, qui in præfatione libri quem de originibus Carthusiarum Belgij evulgavit, fatetur ingenue, Petrum Wallium non parum ad suos labores contulisse.

Fuit misi præditus indole ac pacis amanbissimus. E vitæ statione evocatus est anno 1648. ipse die Pentecostes benè de domo, ordine et Ecclesia meritis. Scripsit verò sequentia, omnia adhuc medita.

- Vita Hugonis Taijleri conversi Carth.

- Vitam P. Gerardi Elisij.

Miracula Sti Stephani Diensis Epi quæ postmortem edidit et non extant apud Surium vel Dorlandum.

Historiam compendiosam Virginis Scheutanæ Gallicè.

~~Tres libros~~ quatuor volumina collectaneorum in fol.

- Vitam Venerabilis P. Hermanni de Petra.

Descriptionem Carthus. Lovaniensis item diversarum aliarum domm.

multa quoque transcripsit.

Lusit ingeniosè versibus ad nomen Wallij à se transpositum P. Joannes de Steenlandt : non pigebit eos hic cum anagrammatibus subjungere

Petrus de Wal.

Annagrama

Sæpè vult dura.

Sæpè pati vult dura Petrus de Wal, sibi durus

Pro JESV Christi nomine, amore, fide,

Ergo parciptet sine fine, in fine, coronam

de larga domini cunctipotentem manu.

aliud Epigramma

Res dura est vallum, petra et ducissima res est

Sicque sibi est durus Vallius ipse Petrus.

f° 220v

Annotationes ad Cap. 6 ;

in blanco 2. pag.

f° 221 et 221v

pages blanches.

de Venerabilibus patribus  
 Gerardo Eligio, Petro Wallio et Joannæ à Blitterswijk  
 Idæa austeri, docti ac humilis  
 Carthusiani; sive de vitæ  
 Et moribus Venerabilis Patris  
 Gerardi Elisij de Radelleste.

Matthæi 6

Natales ejus  
 Anno 1590.

~~Tanta~~ est Virorum ambulantium in vijs domini tanta est despecientia sui, ut quantumuis laudabile, quantumuis eximium opus exercuerint, id latrebis abscondi cupiant, ne humano elogio celebretur ; Evangelij monitum, quo bona jubentur fieri in abscondito, perpetuò ruminantes, inanem detrectant gloriam, confisi amplissimam cæli fore retributionem, illâ neglectâ. Si quis umquam laude dignus in hac Christi Palæstra extiterit, nemo magis Eligio : sed et nemo magis contempsit præconia sæculi. Verum quanto plus superstes illis carere maluit, tanto laxiore stjlo, ijs post fata est cumulandus. Repit post messem humi invisibilis vermis alias lampades vel nitidula ~~lampada~~ cicimæla rutilante sole : diei vero discusso lumine in medijs tenebris suo se prodit splendore et scintillantis apparet instar stellulæ. Luceat sic orbi Gerardus sub cæca mortis umbra, qui ~~quibus~~ virtutes omnes ~~virtutes~~ quibus in die vitæ corruscabat ~~virtutibus~~, omnes lucæ humilitatis quasi offuscaverat. Multa illius sunt, quæ assequi nequaquam licuit : quæ lectori do ex varijs schedis collecta et sæpè iisdem penè verbis, prout scripta inveni sciatis ~~cento est, quicquid à diversis de eo ????? verbis ??? ipsorum ?????~~. Adjungo frequenter epistolarum ejus fragmenta, ut et divinam, in eo eloquentiam et spiritum obstupescat, ipseque mortuus vitæ suæ facta stjlo facundiore loquatur. Igitur Gerardus in pago dicto Petit-Han, sub Durbutensi dominio, quod nunc paret Comiti Grobbendoncano in Ducatu Luxenbergensi, rusticanis, honestis tamen et supra fortem multorum parentibus procreatus, ipso die S. Mariæ Magdalænæ 21. Julij. sub quorum disciplina domi agens specimen egregium maximæ ingenuitatis exhibuit : Eum ipse adhuc sanis doctrinæ Christianæ præceptis imbuendus cætaneis ac onium custo dibus Infantia fidei rudimenta prælegeret, idque tanto zelo et alacritate, ut sese imaginibus ac puerilibus crepundijs spoliaret, ~~æd~~ ad præmia rectè respondentibus elargienda. Si quæm, ex his in Deus minus pium aut quidpiam admisisse deprehenderat pijs inovitis ~~?????~~ corrigere satagebat Esuriens nisis preter panem siccum sibi porrigi petebat et sitiens, erat aquæ potu contentus; ~~?????????????????~~ quem tamen parentibus prohibentibus, non sumebat. : Hæc fuit viri infantia integerrima : ne dicam Apostolica, cum parvulus ~~ignorantes docuerit et sacra paverit verbi~~ : Immo ~~f??? Christo et Ecclesiæ gene?????~~ docuerit parvulos, et sacro verbo paverit ignorantes.



Anno 1603.

Societatis JESV

Grandiusculus factus et studijs maturus, ea in patrio solo, ubi tum industriâ parochi gymnasium puerorum non ita pridem institutum, in quo rudimenta linguæ latinæ quam optimè tradebantur, prælibavit. Huc nobiles vicini suos pueros mittebant erudiendos : Inter eos genere inclijtus Theodoricus de Masbourg Toparcha de Somal, quem Gerardus condiscipulum nactus, in patrinum adscivit, dum suscepit confirmationis sacramentum. Tredecennis Antverpiam petijt, parentibus lachrijmantibus valedicens siccis oculis non amplius visurus patrem. Adeò feliciter in hoc orbis oculo humanitatis studia prosecutus est, ut coæquales longè præcelleret : valebat enim poësi et soluta oratione quantum alius nemo. Usus est, præceptore Joanne Tollenario Ecclesiaste clarissimo. Linguam flandricam sibi tam familiarem hic reddidit, ut illi naturalem et innatam omnes crederent, nec vel minimo accentu potuit Gallus agnoscì. Inde Lovanium cum quodam Lusitano, cui inserviebat contendit : Ubi nactus domicilium apud celeberrimum Putenum, qui in juvene ad gratiam et musas composito admiratus ingenium, illius congressibus et colloquijs, imo nec familiaritate fuit dedignatus. Relicto hoc Lijcæo Duacum migravit, ubi Domino Balthasari de Robiano ministerium exhibens, philosophicis studijs operam dedit : non tamen lauream magisterij adeptus, fastidians enim Aristotelica dogmata, illud sæpius decantabat :

Ad logicam pergo, quæ mortis nonb timet ergo.

Induit habitum  
Anno 1612.  
3. Martij.

Cum igitur purioris vitæ et maximè solitariæ teneretur desiderio, in Carthusiam Audomaropolitanam admitti petijt : at Bruxellensem domum, instigante D. Robiano se convertit, in qua sine ulla difficultate, interventu Patris domini Balthasaris, tunc temporis regiarum facultatum thesaurarij, summi Carthusianorum amici et Elisij mæcenatis, locum obtinuit à Venerabili P. Joanne Emmichovio anno ætatis 24. et explet laudabiliter lirociniò, sacro ordini adscriptus est, in quo pietatis et sapientiæ spiritum, quem à teneris hauserat constantissimè excoluit, multaque hic in eum genera virtutum munere superno congesta. Siquidem ægit sine superstitione religiosum, sine jactantia litteratum, sine morositate rigidum, sine lædio infirmarium, sine superbia vicarium, cum patientia monialium rectorem, cum discretione correctorem. Emissæ professimis initio, quasi ignarus et insufficiens concionatoris munus subire veritus, inferioribus occupationibus se impendebat. Itaque senioribus patribus, quod optimè pingeret

Le texte vient à la suite du §2 du f° 224

f° 223v

Texte barré sur toute la page

Anno 1616 · mense  
Novembri.

Non in homine ætas  
sed virtus spectanda ait  
S. Hieronijmus

characteres, operam præstabat. Ac imprimis Didacum Stellam de vanitate mundi, translatum in linguam Flandricam à P. Blitterswijck calamo suo in mundum redegit ; Deinde sermones Latinos Henrici à Coesveldia, nondum editos aliaquæ non pauca nitidissimo caractere descripsit. Nulli fratrum operam denegabat etiam in viliaribus obsequijs, quasi illorum minimus, omnium se servum fecerat, omnibus omnia factus, donec ob stupendam optimorum morum constantiam à P. Visitatore evocaretur Brugas ut illic esset monialibus à confessionibus, et coadjutor P. Cornelij earum vicarij jugum ipsas regendi ferre disceret. Ad quod inexpectatum mandatum largissimæ obortæ sunt lachrijmæ, quoniam ad tam arduum ministerium suo judicio et multorum impar autque certè nimis juvenis videretur. Consolabatur nihilominus se verbis Hieremiæ dicentis : Non sum turbatus te pastorem sequens, et diem hominis non desideravi, tu seis. Probè noverat non tantum voluntatem, sed et sensum suum superioribus subijciendum. Cum autem in munere isto parum esset exercitatus, et sæcularibus negotijs obeundis minimè aptus, audiebat subinde acerbiora verba, ad quæ patiens et mansuetus persistens, gaudebat occasione virtutis exercendæ carnemque inediâ domabat et frigore Quomodo autem se in hac functione gesserit ipse, æpistolis datis ad P. Gisbertum Priorem Bruxellensem indicat :

(f<sup>o</sup> 223) :

Satis certus sum non foré id vobis grave quod vobis mittam et scribam unum verbum de statu meo, et ratione vivendi. Iam secundus annus expiravit ex quo à vobis discessi, nec adhuc singulares difficultates aliquas expertus sum. Et quidem quantum ad præsens attinet non habeo quod de valetudine conquerar ; adhuc vivoret (ut ait quidam), dum spiro, spero semper meliora, Atterimur quotidie, et exercemur mille laboribus, et cum alijs ut cunque satisfaciam mihi ipsi nunquam satisfacio. Succedit dici nox, et dies nocti, et labor labori, sed dabit Deus aliquando huic quoque finem hoc me tamen precipuè male habet quod cum iam Magister deberem esse propter tempus rursum indigeo ut docear quæ sint elementa exordij sermonum Dei, et factus sum cui lacte opus sit, pro virginibus Nostris non solido eloquio, et cum modo sim silentarius, modo sedentarius, idem sum qui apud vossui, pauper Gerardus vester quondam subditus, nunc particeps in tribulationibus, et frater contribulium meorum, fratrum in quam meorum, qui ibi apud vos sunt, in Ægijpto. Salutate quæso eos ex me, et senioribus quidem precor fœlicem hujus anni exitam, mediocribus, id est comparibus quondam meis, fausta hujus ineuntis anni auspicia, et novitijs quos adhuc non vidi, ad optima et maxima quæque progressum, denique reliquis omnibus do quiequid ex visceribus charitatis habeo, et precor ipsis hunc et alios annos vitæ plurimos.

Videmus hic stellam in oriente ascendentem et nobis imminentem imò vindicem Dej, fortasse qui iam diutius ferre non potest peccata populi. dicitur vulgo visum in cœlo feretrum cum portitoribus quatuor atratis, quod utrum verum sit nescio fides penes eos qui non viderunt et crediderunt : Nobis certè Cometes iste aliquid pretendere videtur, undè non parva trepidatio apud omnes, et maxime in hoc tractu Flandriæ, cujus rei caussa instituta est Cleri et populi communis supplicatio in toto Episcopatu Brugensi, pro avertenda ira Dej, et celebrata est secunda Dominica Adventus, cum maxima devotione populi, hæc breviter ad vos scribo Ven<sup>de</sup> Pater et commendo me precibus vestris, et omnium ex Parthena nostra Carthusia Monialium Brugis Dominica 3<sup>a</sup> Adventus 1618. Paternitati et charitati vestræ addictissimus frater et servus in Domino, f. Gerardus Eligius.

Quinto circiter anno delegati sibi muneris volente, cum jam decretum esset à Patribus Ordinis antiquum Vicarium Dominum Cornelium jam grandævum rude donandum, atque D. Gisbertum Bauhusium Priorem Carthusiæ Bruxellensis virum maturum atque facundiâ præditum monialibus præficiendum Pater Gerardus ad

Anno 1621.

domum suam professionis Bruxellem remittitur. Redijt igitur ad cellam planè quietus ac lætus omni onere solutus, quasi pro voto accidisset : gratanter quoque ab omnibus atque expansis charitatis ulnis exceptus fuit : sed non diu substitit. Prior enim domus Sanctæ Sophiæ P. Emmichoven, qui tunc temporis etiam erat convisitrator eum Sijlvam ducis hac epistolâ accersivit.

Cum sit omnino necesse ut sit hic aliquis loco D. Procuratoris non quidem in loco officij sed tantum ut habeam aliquem meæ conscientiæ testem et consolatorem, qui mihi erit tanquam frater et socius spiritualis sine ulla molestia vel officio, quod ex se non appetit, et vestra laudabilis vita satis solitaria et abstracta, sicut hic convenit viverte, sit mihi satis perspecta, præ cæteris omnibus vestram personam, quam in ordine genui, elegi. Vestra enim præsentia et conversatio spiritualis erit mihi pergrata, et in deo jucunda, nec non meritoria virtute sanctæ obedientiæ.

Huic quam promptissimè obtemperans, statim prima oblata opportunitate et salvo conductu obtento Sijlvam Ducis convolavit ;

relictis, P. Wallio quocum arctam necessitudinem contraxerat his testamenti sui tabulis  
:

Fratrum amatori Charissimo et integerrimo amico  
D. Petro de Wal hoc testamentum discedens  
Reliquit f. Gerardus.

Cum nati sumus in terris ex una matre sine patre (ex Religione) et patrem habeamus in cælis sine matre, sicuti scriptum : patrem non vocaveritis vobis super terram. Tamen reuera D. Petre fratres sumus, ego projectitius ex utero, profugus à domo, vos benedicti à domino, benediximus enim vobis, inquit ille, de domo domini, felix hoc solo, quod in utero matris liceat vobis tota die et nocte tota in perpetuum commorari. Quare cum non sit justum nos injuste possessionem dividere et dividi nos in vita vel in morte et unum quidem peregrè proficisci et peregrè mori, alterum velut amantissimum domini domi in Thalamo sibi relinqui, decrevi vel partem animæ vestræ mecum assumere, vel partem animæ meæ hin relinquere, ut si contingat me prius alibi in montibus vel in cavernis terræ peregrè mori habeatis saltem partem animæ meæ, quam hic relinquo vobis commendatam in orationibus et sacrificijs vestris ante Deum et præcipuè ad altare. Ego quoque vicissim, si contingat vos ante me decedere (non dubito quin festinetis ingredi in illam requiem et intrare in regionem illam, in qua omnium religiosorum una est religio : Tamen ut ut festinetis, puto quod cum Dei auxilio Gerardus præcurret citius Petro, et prior intrabit in monumentum) si tamen vos Deus prius evocet, ego vobis insta solvam et ubicumque fuero tumulum statuam et tumulo solemnia mittam, et illam partem animæ vestræ, quam Deus assumet in cælum honorabo sacrificijs, illam vero, quam, si fortè adhuc minus pura sit, relinquetis in cæno, si quid possum in orationibus ego juvabo. Hoc testamentum discedens et mærens relinquo vobis sperans vos illud gratum et ratum habiturum. Quod siquid vel addere vel minuere placuerit erit amico liberum, nec volo promissum esse vel obligationem peremptoriam inducere, sed tantum sacramentum inter nos esse, id est signum perpetuæ indissolubilsque, amicitia, charitatis non fictæ, spei et fiducia fulcimentum et auxilium in tempore opportuno. Hoc extremum quod fortè vos alloquor. Hoc est vive memor nostri, fugit hora, hoc quod loquor, inde est, dicit quidam.

Revertamur ad vitæ ejus seriem prosequendam, quam decennio, quo à domo Bruxellensi abfuit partim in solitudine Taxandriæ, partim in nova plantatione Antverpiensi duxit quasi anachoreticam, nec tamen sic erat solus, sed comites habebat libros quos nocte dieque incessanter evoluebat. Supervenit quoque et alter socius non pro solatio, sed pro exercitio D. Hubertus Faucomprè totus valetudinarius, qui ex phthisi et feбри hêtica sub ejus cura obiit. Ad erat illi et venerabilis senex frater Joannes Commotius Conversus quocum sermones optimos quandoque conferrebat. Plangebatur tamen se extra conventum vitam degere. Unde P. Priori Bruxellensi in hunc modum scripsit : Nihil interest hicnean alibi putrescam, quamvis optandum mihi sit in domo mea mori in qua mihi nasci contigit in Domino. Et cuidam alteri sic queritur : Revera loquor quod sensi, non quod iam sentio, sensus enim iste jam longè est à me, nihil præsentius quam societas et participatio fratrum habitantium in unum, sive eorum qui adhuc in terris, sive qui jam in cælis sunt. In ipsis (non in sivu meo) sicut dicebat ille, sed in ipsis reposita est spes mea et spero firmiter quod si umquam evadam infernum meritis et precibus ordinis quamcitissimè evadam et evolabo ex purgatorio. Reposita est hæc spes mea in charissimis meis. Et nunc scio verè et certus sum, nec ullatenus dubito, quod Deus sit super terram, imo in ordine nostro. Numquam in æternum de hac re (propitius sit mihi Deus) numquam dubitem. O infirmum ego et vile et inutile membrum! et rejectaneum et putridum! quoties computruissem ut juventum in stercore meo, nisi obstetricante manu sua meus ordo eduxisset me de lacu miseriæ tortuosum hominem, confractum corde, pusillanimum, vermem et non hominem. Obsidiane Bergensi ad Soomam solutâ nothus Mansfeldicus cum exercitu suo se per Campiniam diffudit : cumque Boxtellanæ arci appropinquaret in qua debebant Carthusiani Sijlveducenses imminere vim ei infeire parabat, sed Præfectus et Pater Emmichovius Prior, eam suâ prudentiâ averterunt traditis enim clavibus eum se suaque omnia ~~???~~ arbitrio ejus commiserunt, quaque poterant curialitate animum emolliebant : quo effectum ut à depredatione abstinuerit, ~~dicens non odio religionis se bellum genere.~~ Interea temporis latebat bonus Gerardus apud Moniales S. Claræ ejusdem municipij, quasi audivisset vocem prophetæ dicentis : Intra in cubicula tua, claude ostia tua super te abscondere modicum ad momentum donec pertranseat indignatio.

Profunda ejus humilitas

Isaiæ 26.

Quin etiam pacis tempore extra domum pedem non efferebat, licet permissum et invitatus, sed ~~memor suae vocationis et Carthusianae~~ clausurae continebat se in cubiculo et clauso ostio orabat patrem in abscondito. In hoc otio minimè fuit otiosus, sed varijs componendis operibus tempus trans mittebat.

§ Inter cætera

Sequitur poema de Campiniensi tractu in hoc latibulo eructavit, quod reunstatis causâ lectori damus.

E fontibus Pegasi, è jugis Parnassi  
vel si placet de Campiniæ paludibus versus

Est locus Aduaticis conterminus atque Sicambris  
Campiniam patrij veteres dixere coloni,  
Olim læta magis cum pax diffusa peromnes  
Viveret et rarum sentirent sæcula ferrum.  
Planicies inculca loci est, hinc multa mijrica,  
Inde paludosis circumstagnata lacunis.  
Atque infrugiferis hinc atque hinc concita dumis,  
Nulla quidem reddit nisi vilia munera tellus :  
At si suffossa libeat tellure deorsum  
Eruere ex imis, evertere fundamentis  
Abdita terrarum, naturæque altius ignæ  
Viscera scrutari, serobibusque aperire subactis,  
Quod non ingenium, quæ non miracula rerum  
Invenies! Hic dilunij monumenta prioris  
Sijlvas sub terris, et sijlvæ robora quercus  
Tignaue et altarum tabularia tota domorum  
Aspicias, quæ sive velis tornatile lignum,  
Seu manis alios connectere robur in usus  
Non aliter quam difficili versare dolabrâ  
Robur et arboreæ poteris vim frangere glebæ,  
Usque adeo duratur humo versatile lignum  
Quod picis in morem nocturna in lumina flammât.  
Attollant alibi læto se germine terræ  
Aut lætæ segetes alibi præsentius adsint  
Lætior aut alibi pomis exuberet annus  
Ast hæc visceribus semper ditissima clausis  
Terra flagellat opes. dat clara incendia cespes  
Erutus ex venis illius et horrea complet  
Hinc baccaë velut undantes, hinc panicum et horti  
Non horti hesperidum serpens quibus incubat ingens  
Sed Pomonæ horti, tum plurima decolor arbor  
Sub terris hijemes sub terra perpetuum ver  
Quidquid habent aliæ fælici munere divum`  
Hæc in visceribus (si vera est fama) recondit,



Hæc et perpetua tellus scaturigine dulces  
 Fundit aquas (quæ diluvij sunt fortè prioris)  
 Aspicias et propria staturent scaturigine rura  
 Et densentur aquæ nullis è fontibus ortæ.  
 Barbara Niliaci sileat miracula Memphis  
 Fluminis assiduo nec se vagus ægnore jactet  
 Neptunus terrâ quondam pelagoque receptus  
 Hic quoque campestris Deus atque peninsula tota  
 Neptuno stagnante Dea est.  
 Hæc sola sola mihi placeant, hæc tristis eremus  
 Si qua fata sinant habitabitur atque phatelis  
 Atque scaphis circum nostratia ~~nostratia~~ rura vehemur  
 Aut si bella vetent in apertis vivere campis  
 (laudemur muris et erunt pro mæribus unde)

vide pag.præc.

# Dum sic sine conventu sine ordine ministrandi degit, multa se inedia consecit. In funere D. Huberti Faucompre, comitis sui, quando conventuales alibi se largius resiciunt, duos ipse dies in pane et aqua jejunavit. Quanta Antverpiæ pertulerit ipse alibi quasi per transenam indicat, fratribusque significat in loco voluptatis eximia virtutes et singulares coli : ut continentia usque ad tenuissimump victum leguminum et à terra nascentium tantum, quotidiana et perpetua jejunia chaumeuniæ, vigilæ et patientia difficultatum ac molestiarum tam gravium, ut duo ibidem rectores intra quinquennium præ nimia illarum pondere mori contigerit. Audivimus (loquitur Gerardus) vituperationem multorum commorantium in circuitu, dum dicitur nobis quotidie regem (rectorem) non habent locustæ, dum diffamantur in nos peccata disciplinæ, dum utbis theatra, compita, fora, perstrepunt in nos et dicunt, Insolventes sunt, pauci facti sunt et vexati : divisum est cor eorum, nunc interibunt, felices ut cumque essemus in his malis nostris, si intelligeremus quantum sit dei beneficium lingua detrahentium, compellunt enim nos ad Deum, qui nos maledictis et detractone lacerant : sed et iste sensus nobis de est, nam ad has voces obsupuimus et clanguit omne robur : dum enim declinant in nos verba malitiæ, dum fingunt nos sanguescere avaritiâ dum comminiscuntur nos illius serpentis esse genimina, qui cum terram connedat omnibus diebus vitæ suæ non verentur nos fætus ejus dicere, quos terrenis rebus et terra satiat. Quid enim, inquiunt, avidius captant hodie filij lucis (qui sane prudentiores sunt in generatione sua filijs Adæ. quam latas possessiones, latifundia, rus in urbe ; negociantur, licentur, habent quæstui militarem annonam, deposita et mutuum negant. Invaserunt publici juris fundos, viculos et plateas civitatis intervertunt, mutilant domos et immutant, erecta deijciunt, dejecta erigunt, et ne quis impedimentum possit afferre magistratus armantur autoritate, quem timor illis et adulatio pronum et obedientem finxit. Exaggerant deinde indignitatem facti ab exemplo et simili, dum adem de Minimis et Discalceatis et universaliter de omnibus sanguisugis

fingunt ordinibus. Intran, inquit, ut vulpes, circumeunt ut canes (urget enim auri sacra fames) ac denique dominantur in urbibus ut leones, evertuntque totam naturam, nam cum olim soliti sint habitare in desertis locis (nam desertum propriè domus est leonum) jam leones ut vulpes assueverunt inter homines. Hæ sunt voces multitudinis et hoc est murmur urbis hujus. Et quemadmodum mare præsertim mediterraneum aërem imitatur, ut si aër est tranquillus, viget maris tranquillitas, si procellosus etiam mare procellis agitur. Ita ferè confusam multitudinem imitatur civitas tota, et non sicut loquendum loquitur, sed sicut fære populi, ita ferè et vox vulgi. Huc usque Gerardus ipse. Tot igitur augustijs undique præssus, patientiæ clijpeo, qua fortes in adversis persistunt, se armabat ~~um se~~ nihil de studio, nihil de pijs exercitijs remittens; Laboravit quoque epidimia lue, atque ideo separatus ab alijs in ædícula seorsim degebat, summoperè gaudeus se sibi redditum, et verè monachum factum. Ex quo morbo convalescenti, hospitem quidam ejus amicus gratulabatur : sed cum nondum perfectam assecutus esset, ei in hunc modum respondet.

Anno 1623.

Quam mihi gratulamini redditam sospitem, canitis uti vulgo dicitur, classicum ante victoriam, nondum enim reddita salus sed adhuc afflictor gravi sane corporis incommodo, ita ut nesciam quem morbus hic exitum habiturus sit. Interim commendo me et omnia mea in manus Domini. Quod à me versus petitis ejusdem fundamenti præsuppositum malum est : Quid enim me versificari lubeat, qui jam a tot diebus nec librum vidi nec litterulam scripsi, satis habens negotij ut me in quiete mea contineam, nec aliud cogitem, quam ut nihil istorum cogitem. Proinde ignoscetis afflictioni meæ, nec his curis aut cogitationibus implicabitis me, quia nec cor nec animum habeo ad ista, frustra exigitur in luctu musica, et scitis quod aliæ sint sanorum aliæ infirmorum cogitationes. Cogitatis de chartis vestris ego de doloribus meis, quibus ut possim resistere patientiam sanctam frequenter invoco, cogoque me ipsum supra vires et naturam ad id quo virtus mea non potest se extendere, etiam ad has paucas lineas exarandas quas graviter et molestè satis expedivi.

1630.

Revocatus domum ut officio vicarij fungeretur totum se exposuit obsequio superiorum pariter et subditorum, nec non exterorum ~~quæ~~ ejus opem implorantium. Insuper novitios instruxit, imbecilles et infirmos visitavit et confortavit, denique charitatem erga omnes sibi possibilem exhibuit. Et quamvis abstractæ esset vitæ, et multa agenda, facilis tamen ad eum accessus patuit.

Singulas ejus virtutes nunc attingam. Ac imprimis de parsimonia aliquid proferam. Numquam aut vix extremis labijs portionem melioris piscis degustabat. Iusculum cerenisiâ diluebat ut redderet

insipidum : Cogebat nempe in unum sapes, ut nullum haberent saporem, ne gustus sensu animam inquinaret. Rarò ovis vescebatur : Sabæ, nuces cruda mala et olera, illi erant in delicijs. Vinum modicum multâ aquâ mixtum diebus festivioribus in cænaculo sumebat, in cella numquam per adventum et quadragesimam totam vinum et cerevisiam sibi interdicebat : Unde promus cordus toto isto tempore eipotum non ministrabat. Confirmant hæc leges pænales, quas ipse sibi rigidus legislator statuit, in scriptum ejus manu redactæ et post mortem inventæ, quæ sic habent :

Nisi à feria secunda quadragesimæ abstinuero à cerevisia et omni pisce præterquam halece vel jusculo vel vili aliquo adjuncto, pro quolibet die septem psalmos pænitentiales cum litanijs persolvam, id autem suscipio pro domesticorum salute et applico animæ matris meæ. Et rursus : Per hanc quadragesimam promitto abstinere à vino Cereris in remissionem peccatorum meorum et pro confratribus. Item nisi severius abstinuero usque ad detractionem portionis mediæ panis, olei etc. quinquies pater et ave expansis brachijs post gratias. Item jejuniorum tempore, duplicabo laborem verrendo vel disciplinando, et ut alibi in inutili charta legitur, quotidie agendam sub flagello (fortè supplendum pænitentiam). Vespere fere à potu abstinebat diebus jejinijs, extra quos sæpius et à cæna. Numquam struebat ignem in cella, aut ad eum accedebat quantumvis frigus sæviret. Noctu quoque non induebatur pellicæâ tunicâ qua fratres contra frogoris injurias divina decantantes solent, cooperiri. Quod non omnino ad corporis ministerium serviebat, velut superabundans respuebat, ut ne mantili quidem lotas manus extegeret : sed tamdiu confricabat donec humor omnis calore evanesceret : imitatus Cijnicum abjecto ~~sehij~~ scijpho cavâ manu aquam haurientem, non inanem gloriam aucupandi ergo ut ille : sed Christiana humilitate, ~~sed~~ quæ nullam nisi æternam quærit.

Wallius dicit tantam  
fuisse ac unius sancti  
C?????

De austeritate ejus quid dicam? Adeò crudela quamvis herniosus indixerat corpori suo bellum, tamque dinturnum, ut acceleratæ mortis causa fuisse credator. Artes enim varias ex cogitabat illud cruciandi et torquendi ; nec vigilijs et abstinentia extenuabat modo, sed verberibus et catenis in fasciculum colligatis ad lassitudinem usque macerabat dilariabatque. Cum exul Sijlveducensis Boxtellæ in Campinia ageret, ne à quoquam verberum ictus perciperentur, speculam à reliquo ædificio sejunctam conscendebat, ut ibi liberius in latebris (adeò timebat salubrem suam crudelitatem propalari) Senior ~~item~~ et corpus suum, quod servi nomine indigetabat. Audi quid ipse de se in epistola ad Wallium ex domo Antverpiensi scripta : Volo, inquit, vos scire, quod habeam magnas difficultates, non tam cum hac domo, quam cum servo meo qui nequissimus semper et ad mandata mea ferrens et penè inflexibilis cogit me sæpè cum statu meo rixari. Servus verè nequam qui ædificat Sion in sanguinibus, cui si quid solito amplius indulgeam, lascivit, si vilia subministrem fastidit, si quid ei subtraham languescit, decidit et arescit.

Nihilominus memor ego verbi illius Salomonis, Virga afino et opus servo, exerceo illum frequenter totis horis et diebus in horto, jubeoque illum eruderare sepulchra vel effodere cubilia dormientium in pulvere ~~hæret~~ mortuorum hæreticorum vel exerceo illum virgâ vel baculo vel capistro coerceo ne prorumpat in illicita. Ac denique ut breviter perstringam quid servus meus et ego totis diebus faciamus, utar verbis Martialis, his nimirum pulcherrimis

Lib. 5· Epig. 90·

\*Deos, ut contet versus

Rure morans quid agam, respondeo pauca rogatus  
Luce\* Deum oro, famulos post arva reviso  
Inde lego, Phæbumque cio Musamque lacesso  
Dum parvus lijchnus modicum consumit olivi.

Anacreon.

Et quamvis diurno opere fatisceret servus ~~ac multo exercitio~~ tamen vix noctis silentio,  
Cum corpus omne sommum  
Fessum labore carpit

Sinebat quiescere : sed magna illius parte vigilare cogebat. Contra subrepentam sommum luctabatur, et cum quandoque propellere non posset, humi prostratus ad quietem se comparebat, cui ~~tribus aut quatuor, vero quinque~~, sæpè unâ dumtaxat horâ indulgebat. Lapides et trabes illi erant pro pulvinaribus : pavimento et asscribus pro ~~???????~~ culcitra utebatur. Nonnumquam in propijlæo templi circa horologium dormiebat, ut ad primum excitantorij tintinnaculi strepitum surgeret. Adeò breves induriæ erant laboris et certaminis quod servo indixerat. Fatigata mente corpus fatigabat, ut illa vires resumeret : Corporis labores animi labor excipiebat, hujus rursus illi absque interstitio. Signidem cum à sacris lucubrationibus eum feriari contingeret, statim operi se arcingebat corporali : quod erat, vel scopis mundare peristijlium vel haurire aquam, sed maximè consuetum ligone areolas horti fodere, quo non mediocriter delectari visus est. Insignis locus unius epistolarum ejus id indicat : Gavisus, inquit, sum videre fratrem Henricum adhuc valentem, validum et eo ferè nomine gratior mihi fuit, quod sit meæ professionis, hortulanus nempe, peregrinus super terram sicut et Christus his diebus quem colimus modo per metamorphosim apparentem Magdalenæ sub habitu et cultu putativi hortulani, modo sub forma piscatoris in littore jam secuti, nec amplius in mari vel stagnis fluctuantibus, modo partem piscis nobiscum in refectorio vel in cella comedentem modo disputantem cum suis per dies hos 40 de regno Dei, cujus disputationes utinam haberemus, profecto maior nos fortè convescendi cum ipso cupiditas teneret, et in altari quotidie in fractione panis agnosceremus clarius et audiremus avidius : sed nunc defectu favi mellis et condimenti necessarij quod ad esum ipsius comedentis et convinæ requisitur, fit ut sæpè jeiuri et aridi recedamus à mensa quam paravit in conspectu nostro adversus adversa hujus sæculi.

Proverb. 10.

Qui moderatur labia sua prudentissimus est inquit Salomon : Legerat hanc sententiam Eligius : Unde tantus ei amor erat silentij, ut non tantum linguam plus alijs refrenaverit : sed et calamum moderandum dixerit, quo animi sensa mutosque sermones absentibus aperimus : Hinc cuidam se excusat quod non responderit epistolis : Recepi jam binas vestras à paucis tempore ad quas quidem hactenus non respondi, partim amore quietis et silentij, partim impeditus proposito quod apud me concepi non amplius scribendi propter certas rationes, quæ hoc mihi suadent. Unde rogo ne ægrè feratis, qua lex hæc apud me deinceps erit generalis, nec putetis me offensum à vobis, nihil minus, imo potius optimè meritum : sed ne cuiquam demus offensionem et ne vituperetur ministerium nostrum. Itaque satius faciemus si post hac rarius scribamus, semel atque iterum in anno sufficiet meo iudicio ut charitatem refricemus interdum : nam quod amplius fuerit à malo fortassis erit. Unde cum solito rarius scriberet ad eundem et compendiosior : iterum respondet. Dicebat Deus Gonæ putasne rectè conquereris tu ? possem et ego sic quoque D. Petro dixisse, Putasne ~~ne~~ te bene conqueri de sterilitate litterarum mearum? non utique, quia tametsi sint breviores solito, sum tamen ita discretæ (ut quidem mihi persuadeo) ut propter eas non sit mihi timendum, ne quis dicat mihi illud Exodi, offerabo plusquam necessarium erat vel scribebat plusquam necesse erat ΕΘΛΟϚΙΧΘ facio, et idem quod Rupertus dico : Charitas et litteras meas sic estimo tanquam lignu quibus nutriri possit ignis charitatis in altari cordis. Dum enim mihi constat et certus sum quod apud me perseveret charitas, quam vobis debeo non sum admodum sollicitus ut multis epistolis illam commendem vel ad nauseamillam ostendam. Sum enim ex ijs qui mirer amicos, nec tamen videri volo eos despiciere, si non semper colam eos vel litteris ambiam. Denique scio quod is qui nos tentat et vexat, hoc unum satagere, ut si non possit amicitias odio dissolvere, tunc nitatur eas subruere fastidio, sed non ignoramus astutias et cogitationes ejus, propterea caverimus ne alter alterum fastidiamus. Quod in me est cavero ne dem imposterum occasionem amicis de me conquerendi, et ne hactenus dedisse videar respondeo paucis ad objectionem criminis sterilitatis et illud sic diluo dicoque verè me expertum id quod (Lemens initio stromatum asserit : Orationes litteras, libros animæ nostræ liberos esse, Unde ego ex hoc colligo me sterilem esse, quia nullos tales pario, partim quia non habeo vires pariendi, partim quia castitatem sermonis voniscioque quod multo tutius sit sterilescere, quam turpes et malè natos fætus fætidos edere. In communi colloquio erat quasi elingius ; De re feria interrogatus paucis se absolvebo si quandoque immoderatio fuisset ejus sermo, vel quid piam

Cap. 36.

exciderat, quod non prolatum fuisset melius, sibi ipsi pænitentiam injungebat, loquacitatis deflens culpam, linguam longo tempore cærrebat, ut si quem forte errorem ~~percreatum~~ quod loquendo contraxerat tacendo penitus emendaret. Pæna autem spontanèe inflictæ erat diuturna poplitis flexio, seu curvatio non tangendo pavimentuim.

Addictissimus erat pijs lucubrationibus, et non nisi pios libros sibi seligebat legendos, alijs omnibus quibus in diebus vanitatis suæ (ut ipso loquitur) incubuerat, relegatis : et à prohibitis abhorrebat. Unde quemdam, qui penes se tractatum ~~minimè~~ non approbatum ~~habebat~~ ~~?~~~~?~~~~?~~ ~~habebat~~ his verbis aggressus est : Bulla Pontificis (ut scitis) prohibet disertè lectionem istius libelli et similium quorumcumque recentium. Non ausim pro toto auro arabix deinceps hunc vel alium similis farinæ vulgare, vel cuiquam dare. Et quid nobis est cum periculosis libellis cum alios habeamus infinities meliores, totque et tantos commentarios rerum divinarum ut nec noctes mihi sufficiant nec dies ad legendum. Legi nuper et absolui commentarium Jansenij in concordantiam Evangelij. Jam expecto à Domino Alberto vicino nostro commentarios adhuc alios, quos similiter decrevi devorare, Compendium quoque Baronij et Spondani istud prius, hoc autem adhuc quotidie lero et in substantiam meam verto. Quod non otiosè dico, sed ut sciatis ut quibus vita fit spiritus mei ; Cæterum quæcumque sancta quæcumque pudica quæcumque bonæ famæ diligite et cogitate inquit apostolus. Et in alia pios commendat codices et spiritualia exercitia. Cogitemus, inquit, et arripiamus viciniore salutis, aliquid nimirum spirituale et quod juvet legere et sine scrupulo relegere, qualia sunt illa quæ ego D. Dierhout et vobis et quæ mihi vicissim misistis in laudem D. Virginis exercitia parva sed pulchra. Si quid adhuc simile venerit ad manus vestras transmittite mihi et gratiora habebo quam scripta quæcumque nostra vel alia minus probata, nam comparatione illorum sordent mihi mea. Dabo plus aliquid temporis libris et mentalibus exercitijs, vos me juvate vestris orationibus et ferte in cælestibus, quia terrena mea habitatio deprimit me sæpè varia et nimis multa cogitantem.

Tam erat alienus ab inamis gloriæ appetentia, ut ne quidem libris à se vullgatis aut translatis nomen suum voluerit apponi, Unde cum Molinam à se translatum prælo subijciendum cognoverat, retuit sub nomine suo edi. Quod scribitis, inquit, fratrem vestrum et patrium meum paratos esse facere sumptus pro impressione Molinæ, nescio an operæ prelium futurum sit et an non sit in gravamen eorum : si tamen ita cupiant non dissertio. Caucatur autem omnino ne vel ultima memoria nominis mei ulla apponatur quod si fiat ~~in~~ in æternum non serviam vobis amplius, sed operam meam locabo alteri. Audis interminationem, sed piam ex humilitate factam. Nequidem patiebatur se laudari ob dignissima laude : semper tenuitatem suam agnoscens contemni ~~?~~~~?~~~~?~~~~?~~~~?~~ meluit quam extolli.

Aspergitis me floribus, ait alicubi, laudibus supra meritum in epistola vestra, sed anima mea jam non capitur illis, eo quod penitissime sciam quid deficit mihi.

Zelabatur honorem Dei et ordinis. Tardus erat ad iram. Siquid jusserat et non audiretur modestè inobedientiam reprehendebat, ne tamen alter fieret contumax, ipse met quod jusserat præstabat. Nec tantum libris operam dabat, sed et perfectioni studebat adeo graviter, ut optarit vel ad unum diem posse vivere ut perfectus Carthusianus. Antiqua statuta, inquit, alicubi, quæ similiter composuit Guigo et digessit, quæ ut verum fatear mihi supra nova et supra omnia sapiunt et in illis deprehendo veterem Carthusianum hominem et Carthusianismum quem si per omnipotentiam vel potius omnem potentiam meam possim, vellem Deo secundante conatus et cogitatus meos vel semel posse vitâ non voce nec voto exprimere et ad normam antiquorum patrum nostrorum vel ad unum diem saltem posse vivere, optoque vel ad horulam gustare quod illi gustarunt. Quis credat non gustasse?

Mundana omnia insuper arbitrabatur ut stercora ~~suspirans~~ nil nisi æternum et sidereum appetebat Hinc immodicam ~~quorundam~~ curam in amplis ædificijs extruendis ~~impensam~~ improbat ~~??soria virgulâ notat~~, et animum à secularium rerum desiderio avocandum, suadet. Audistis tres cellas nobis esse datas, hoc est primum quod audio, neque tamen nego quod nescio, sed gaudeo me jam scire. Notabamus diligenter si quid alluxerit nobis. Cæterum non possum adhuc his cor apponere quia.

~~Quia~~ Cum rapiant mala fata bonos ignoscite fasso

Inquit ille, non possum credere me victurum et visurum domum hanc in esse, sed ædificio mihi potius solitudines et linguo eras corvis, quax ranis, vanaque vanis me cumque habito, Et quamvis mihi sit curta supellex, tamen exultoque canoque, certusque sum quod si nihil in hac vita superfluum possedero, nec onus quoque gravius supra me Levabo post obitum meum. Multa verba non satiant animam, propterea plura non addam, sed concludam uno verbo et absolvam. Dicamus hoc et repetamus hoc sæpius quod Christus semel ad doctrinam nostram dixit : Iterum relinquo mundum. Si nos immersos huic mundo deprehenderimus, retrahamus pedem dum adhuc dies est, ut in nocte stetur, et dicamus iterum hodie, jam ex hoc nunc relinquamus mundum et omnia quæ in mundo sunt, quia quiequid in illo est, vel est concupiscentia domorum amplissimarum, vel pomeriorum vel ædificiorum dilatandorum immensum desiderium, vel est, quædam superbio la vitæ et seges vanæ gloriæ, quæ nos non patitur quiescere, imo cogit aliquid scribere vel dictare, quod non caret (ut jam loquuntur homines) suâ vanitate. Transeamus transeamus per hæc temporalia, et per Deum immortalem non negligamus æterna, et qui relinquinnis omnia, arces et castella, namque ego Boxtellanam arcem corpore et mente et D. Petrus castellum funiculum hereditatis suæ reliquit,





dubio, et quod significationem addat et omen ut fugiatis à facie arcus exaggeratum et duplex est ejus misericordiæ et bonitatis exercitium, qui nos per hoc et alia hujusmodi revocat ab excessibus et spe prolixiori vitæ, quod expertus ego quoque loquor, nam non semel sed sæpius tale responsum mortis accepi, quamvis nec ad insipientiam mihi, Et in hoc revera deprehendi quosdam amicos meos apud Deum vivere et pro me loqui, quibus et fortè incerta et occultà vitæ meæ manifestavit ut daret eis occasionem pro me rogandi, quod nuper in obitu recenti scio et sensi mihi accidisse, nam et precibus matris, ni fallor, in lucem quandam et cognitionem mæ ipsius deveni, unde et Deo gratias egi, qui me mihi ostendit, et dedit significationem ut fugerem à facie arcus. Vix dubito quin soror vestra defuncta apud Deum quoque pro vobis intercesserit, ut afflictionem hanc et dolorem immittere vellet, quod ea gratiâ singulari fecit, et si digni fuerimus adhuc alium forte graviozem immittet, ut sic in chamo et freno restringat æstus et affectus nostros, nimis interdum ad externa propensos, et ad interiora nostra redire nos compellat. Narro hic breviter parvum miraculum (exempli causâ) quod quidam non ita pridem fecit. Quidam nostras de Sancto Huberto, cum adhuc ageremus Boxtellæ, venit adme, rogavit me ut vellem pro se orare, feci prolixè præter spem et opinionem meam, satis. Ut puto affectuose, sequenti nocte, tam graviter et periculose Dei manu tactus est, ut de extremis cogitare coactus fuerit, imo confessarius accitus tanquam ad moribundum invenit eum inter mortis et vitæ confinia, sed infirmitas illa fuit tantum pro gloria Dei, nam eadem nocte prorsus convaluit et mane sequenti redijt ad me significans quantum sibi beneficium Deus præstitisset, qui sic eum subito visitasset, Unde et magis Deo gratias agebat de sua percussione, quam de resurrectione. Aliud memini me comperisse quoque Brugis circa quandam bonam animam, quæ cum pro fratre et patre assiduè Deum rogaret, Pater immensis doloribus tibiicum subito cæpit affligi, sed et subito sanari, subitoque rursus recidivare frater quoque tam gravibus intus et foris (singulari Dei dono) cæpit afflictionibus urgeri, ut non dubitaret hanc Dei manue in bonum esse. Hæc breviter narro ad rem ut intelligatis Dei domum esse talem subitanæ afflictionem, nec Deum taliter facere omni nationi. O si adhuc talibus flagellis dignus essem! Et

O mihi præteritos referat si Juppiter annos

Et dolores quos aliquando quoque sensi, et tunc mihi multo melius erat, quam modo, sed nec hoc nec illud audeo optare, ne forte non sim ferendo vel aliquid contra meam vitam aut valetudinem petam quod non expediat. Tantum ergo hoc peto, hoc volo quod Deus immittit. Revera puto ferè impossibile, ut quis ad se redeat et à distractionibus animum revocet nisi Deus subinde talibus flagellis cogat, quod dum facit, quantum piaculum fuerit non apprehendere

nec intelligere Dei dignationem, qui tanquam singulari remedio solet uti flagellis his ut erudiat Israellem. Sed non debeo doctorem meum, docere, scitis ipse quid conferat auro fornax, ventilabrum auræ, percussura mallei fabrilibus rebus, idem nobis confert visitatio et Dei dignatio. Et ut licentius aliquid dicam quodquam potuit Deus adhibere præsentius et efficacius remedium distractioni vestræ quam incurristis propter Librum (referendarium) inquam, hoc ipsum? Quia cæpi, dicam adhuc unum verbum, quis cor istud et incendium animi vestri zelo quidem convestitum, sed interim quoque inquietudini non minimæ obnoxium potuit umquam temperare, nisi Deus ipse manum suam adhibuisset. Est in juvenis est in equis, inquit Horatius, patrum virtus, nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam. Idem de vobis dico, Est in vobis vis animi paterna, cor altum, vastus animus, sanguis nobilis et fraquenter ebulliens ac erumpens nimis, nunc pro patribus patrum nostrorum zelus ille vester exardescit : Interdum ad probra vel dedecora ordinis contrahitur nimium, subinde nimis magna affectat, laudes et encomia, lavros et æterna decora ordinis : Optimum quidem erat, si fieri posset sine inquietudine, sed cum homines adhuc sinnis, rarissimè fit ut non excedat quis in hoc, sicut et in potu vini non satis moderato. Itaque pro remedio flagellum inundans irruit super nos, ut vel sic ad mediocritatem aliquam nos redigat, et tunc benè nobiscum agitur, si intelligamus Dei manum. Adhuc unum narro, quod mihi in minoribus annis contigit aliquando. Ardebam cogitationibus quibusdam laudis et honoris et inter meos coëtaneos studiosos putabam me aliquod esse, Unde et quadam die sodalitatem ingressus subito sensi me tam vehementer his cogitationibus vexari, ut impossibile judicarem absque Dei offensa evadere, prostravi me in genua ante altare subtus cortinus quæ à latere de more ambiunt altare cumque orarem et reluctarer illis, sed imperfecte, Deus audivit me, et misertus mei passus est ex casu ferri cortinarum, quod meo capiti imminebat, me graviter in capite lædi, ita ut sanguis per genas deflueret et vulnus grave remaneret. Fateor verè minus hoc grave mihi fuit, quam pondus inquietudinis, quam sentiebam, Deoque postmodum hoc nomine sæpè gratias egi, quod per vulnus capitis sanasset vulnus mentis. Nec potuit minori remedio vel periculo sanari. Alias quoque plures hujusmodi curationes prætiosas quamvis periculosas, sicut cibum panis devorari, et benè mihi erat cum illis : væ mihi quod jam amplius talibus non sim dignus, unde et satis limeo culi animæ meæ et saluti quia dimittit me Deus frequenter secundum æstus et desideria cordis mei, et eo in adinventionibus proficioque in distractionibus meis, quæ invenerunt me nimis. Suspicio autem hæc et in alijs quoque posse habere locum, et aliorum pericula meo ipsius melior et prætexto ac sicut naufragus pericula maris expertus, enarro operationes et tempestates quas subij miser in

profundo. Et ut particularius aliquid dicam, iam odi curas et musas nostras, propter unam distractionem quam semel passus sum earum causa in matutinis, ubi solitis remedijs minus mihi uti licuit contra eam. Itaque tam infestam sensi cogitationem et curam pro chartis nostris quadam nocte, ut verè putem absorptum me fuisse vivum, vel proximum peccato lætifero fuisse. Nonquid horruistis ad hoc verbum? Ita non dubito. Sed tamen revera res hæc et cogitatio si sit immensa, potest esse mortalis. Certum est autem quod habeat certos fines nostra distractio quos ultra progredi non potest absque gravi noxa. Quis jam definire poterit, qui sint isti fines, et an non interveniat interpretativus consensus et deliberatio, quæ sane rigida est, et in exacta ratione, adeoque in indivisibili et in puncto consistit. Unde jam sicut piscator ictus, aliquanto magis sapere didici, et resilio ab inquietudine sicut ab igne. ~~Nec ego solus,~~ Et paulo post. Magis autem jam delector et afficior alijs uti miraculis et levioribus hujusmodi exercitijs, quale est illud quod mittitis mihi factum in SCHEVT. quod et hic remitto translatum. Sane sapit et afficit me supra modum, et gaudeo rursus innovari memorabilia in loco isto, Unde et quo non possum corpore mente ~~feror~~ me ad illum converto, nam sensi virtutem quoque ab illo ad me usque pervenisse. Si quæ adhuc sunt alia recenter ibi edita communicate nobis, ut pariter vobiscum gaudeam, nam in his vita et jucundatio mea. Et tandem sic concludit : Numquam negabo me me vobis amicum imo servum esse in Christo, sed quamdiu fuero (Deo annuente) prosequar amicitiam et charitatem initam jam ab olim vobiscum, à primis diebus quibus me admistis ad osculum, licet imparem vobis et indignum. Et sane defero multum virtuti vestræ, natalibus, charitati, denique multis alijs titulis, quibus obnoxium me vobis fecistis, ideo rogo ne me putetis hæc animo aliquo alienore scribere sed potius candido et aperto, tantumque hoc velle ut bene nobis consultum sit et animæ nostræ, quæ quia mihi in manibus ferè tota est, hinc est quod eam hic effundo in chartam hanc et tanquam cum altero me consabulor, ut me ipsum moneam, et si placet, etiam amicum id est animi mei custodem. Excusate igitur prolixam hanc farraginem et ne dubitetis de affectu in vos meo, quicquid vultis in posterum imperate, monete, docete, negate et juxta habebo, accipiamque revera sicut salutare mihi et animæ meæ. Non sunt illi soli centendi amici, qui vitia vel mala palpant, sed qui etiam exulcerant ut saniem educant et sanerit. Hoc occasione dixerim visitationis divinæ, quæ mihi et vobis ex æquo contigit une fere et eodem tempore et tenore, nam et nuper mihi bonus Deus quoque valdè benè lavit caput per os alterius, qui mihi dexterrimè objecit omnia vitia quæ habebam in corde meo, Et benedictus Deus, qui vel sic sanavit me.

Utque ad patiendum majore persisteret constantia, amaras Christi passiones in cordis amaritudine jugiter relegebat, et intra ejus vulnera se abscondens dulce in mœrore solatium querebat et inveniebat. Quod et ipse in alia epistola indicat. Gaudeo, inquit, et ad gratulor vobis, quod materiam et thesim illam de passione suscipiatis hoc præsertim sacro tempore tractandam : cupio participationem vobiscum habere, et sanè puto me sentire aliquam quotidie statâ horâ exercitiorum meorum dum passionem meditor, aut asceticus opus meum aggredior. Det vobis et mihi Deus vires ad progressus et conatus adhuc majores in spiritu : nam revera hæc sola vita est et vigor cordis, vita spiritualis quæ hauritur ex fontibus Salvatoris, quicquid aliud tractamus palea est, et ut verbo absolvam, litteræ, chartæ velitationes et curæ nostræ primæ, secundæ posterioresque nihil sunt nisi pulvis, quem projicit ventus unius tentationis à facie terræ, passionis autem meditatio diurna et nocturna arbor est, lignum est quod plantatum est secus decursus scripturarum, quod nec secum videbit nec ignem.

Ecclesiast. 7.

Ultimum quoque vitæ diem memorabatur assiduè, ne libitina offenderet imparatum. Sciebat enim perseverantiam boni et honesti, illius meditatione commodissimè conservari. Juxta illud : In omnibus operibus tuis memorare novissima tua et in æternum non peccabis. Dicat ipse quam ferio mortem ineditatus sit. Quod ad me attiret, inquit, Ego jam ferio cogito cogitationes mortis, et inter tot et tam recentia, quæ me sanè terrent funera familiarium quondam meorum, non possum pangere ex animo, sed potius plangere et lugere mortes eorum qui se putabant firma radice seque stare, nec tam subito evellendos de terra viventium, et jam in momento sublatis sunt, et (utinam) translatis in Dei lumen et regnum. Unde cogor pro mea morte et sorte futura sæpius esse sollicitus, et æstus curarum et volumina... cogitationum nostrarum et affectuum ad hoc sæculum et amorem vitæ præsentis extinguo quantum possum quotidie et mortifico corpus hoc quod etiam aggravat animam meam usque ad terram, et dicam audacter aliquid etiam amplius facio quam Pharisæus ille, nam ter et aliquando quater jejuno in sabbatho, et decimas do carnis meæ, et quod mihi cum omnibus vobis commune est in perpetuo carniprivio vivo, et tamen non sum sicut cæteri hominum pius, prudens, humilis, quietus, se quod non obliquè mihi nuper et quidam alteri revelatum est, ego sum inquietus, quia non habeo pacem pectoris, ~~quam dominus discedens ex hoc mundo~~ sed turbam curarum et cogitationum, modo ut unum placem, modo ut alteri placeam, modo ut extingam avaritiam, modo ut aliud non intempestive agam, atque ita inter hæc

amitto pacem pectoris, quam dominus discedens ex hoc mundo tanquam summum bonum fatetur dare se nobis. Ego frequenter illam non habeo, sed impedio me ipsum et profectum meum, interim mors appropinquat, quæ si me ita affectum et ita turbato pectore invenerit, vereor ne cogar illud ferio cantillare : Peccantem me quotidie et non ~~me~~ pænitentem timor mortis conturbat me, quia in inferno nulla est redemptio. Junge his, quæ superius dicit se eructare ex abundantia memoriæ mortis.

Præclaris his virtutibus accessit summa in Dei matrem pietas, quâ claruisse vel ex varijs epistolis ~~???~~ eius colligere lice. Cum rursus, inquit, in Scheut vel in Laken, laudes vel preces D. Virgini offeretis, facite me participem officij, dignumque qui mercar vobiscum censer. Ego interim quo non possum corpore, corde ferar, vel si usque adeò gravi corde subinde fuero, ut nec me levare possim et ad vos usque volare, hac saltem habebō solatij, quod hic in cubiculo et in lare meo habeam imaginem imaginis miraculosæ B. Virginis de Horst, quæ in territorio hoc Antverpiensi sicut vestra in vestro multa hodieque facit miracula, Estque facile bicubitalis et miræ elegantia et speciei incomparabilis. Hæc ergo solatium meum. Illi me vosque commendo, reciprocè commendate me vestræ. Et in alia : Quod de B. Virgine in Scheut intelligo partim ex vobis partim ex alijs, confirmat meam quam ad locum semper habeo venerationem. Et alibi Exhilaristis me non minimum quod subindicastis mihi, nos sodalitati B. Virginis Lacensis recenter adscriptos esse, cuperemque scire quid à nobis exigit consuetudo sodalitatis istius, nam et ego pro modulo meo conarer obligationi, si quæ sit, satisfacere, meque fidelem illi probare, tantoque propensius id facerem, quanto propensior mihi fuit ab olim cum iremus illuc per dies munitionum ad locum illum et divam devotio.

~~Præclaris his omnibus virtutum margaritis corruscus ?????? ????? sollicitus de æterna salute ????? cum tenore et tremore perabatur et cum ????? peccatoribus comparabat, ?????? Confessionem ejus ???????????,~~

Alienas res sic curabat, ut sui non immemor viveret. Quid enim, ut ait, horribilius, quid magis insensatum, quam tui ipsius curâ relictâ cures aliena? Quare intra quindenam uno die saltem specialius studebat compunctioni. Unam inventam ejus manuscriptam (haud affirmans de ipsius persona intelligendam) non multum absimilem à psalmis pænentialibus Francisci Petrarchæ, lectori exhibeo.

Videor mihi, inquit, cauteriatam habere conscientiam, id est magnam cordis insensibilitatem et stuporem, adeò ut sensu virtutis sim destitutus, nec inspirationes nec admonitiones recipiam spiritus Sancti, nec Dei flagella percutientis ita sentiam ut par esset, et velut pudorem exui, ita ut nec

confitendo erubescam de peccatis et vitijs meis : Nec quæro remedia efficacia, quibus  
 converti possum ad saniolem sensum et si converti velim sæpè non possum, quia cum  
 possem, frequenter, nolui, ideo justo Dei iudiciodifficultatem maximam in eo patior,  
 ut cum maximè velim non possim. Et vero permisit me Deus cadere in hunc  
 stuporem cordis, quo fit, ut nec videam, nec agnoscam meam miseriam, nec veram  
 Dei iustitiam. Et sæpè tantum censeo spiritum siccum, aridum et ab omni pietatis  
 sensu alienum. Exinde quoque facile intelligo, iram Dei adversum me completam, quia  
 ira Dei est non intelligere delicta ne sequatur pænitentia dicit S. Cijprianem Hujus  
 indurationis licet Deus non sit author, est tamen permissor, quam scriptura velut  
 ingens crimen exprobrat, ubi dicit : dura ceruice et incircumcisis cordibus semper  
 spiritui Sancto resistitis, et tamen non apprehendo. Lego quidem quod secundum  
 duritiam meam et impænitens cor thesaurisem mihi iram et huic duritiæ, nisi deus  
 adsit, frustra laboro, teste S. Augustino. Cæcitas mentis est qua Laboro, et est  
 peccatum, quo in Deum vindicem et retributorem non credo. Et cum sciam Deum  
 solum hanc remove posse, non eum oro humiliter et instanter ut dignetur remove.  
 Et quamvis sæpè superbum cor meum animadversione occulta puniatur, cum mali  
 aliquid cæci cordis errore committo, tamen obiter tantum adverto, et statim ut  
 remorsus et pæna peccati transijt, redeo ad pristinam consuetudinem meam. Etiam  
 videor mihi interdum rebellis fuisse lumini et avertisse me à compunctione, quam mihi  
 deus infundere volebat. Aliquando manifestè sensi minacem Dei iram interius, et  
 tamen istam comminationem parvi feci, nec postea deum placare studui, nec vitam  
 correxi nec aliquam pænitentiam feci : sed potius consolationibus divinis inhiavi, quasi  
 dignus essem similibus. Alias quoque reprehensiones et compunctiones valdè diutinas  
 percæpi, sed illas ex animo non multo post ita passus sum effuere, ut redeunte  
 postmodum minima occasione peccandi, quasi nihil istorum percepissem, ita me habui,  
 Unde valde vercor, ut Deus ab eo tempore me projeceret à facie sua, quia reliqui  
 rectitudinem intentionum et lætatis cum malè facerem et exultavi in adinventionibus  
 meis et dimissus sum secundum desideria cordis mei. Ex inde sic à deo repulsus feci,  
 dixi et cogitavi sine ullo ferè scrupulo multa, quæ debuissim merito ponderare et  
 præsius examinare. Et inter hæc nihilominus securus ad altare accessi, nulla præmissa  
 contritione aut confessione, idque millies et millies confiteor me fecisse. Tam

securus ad altare et ad alia administranda sacramenta quasi justitias omnes fecissem, quas sancti fecerunt.

Psalm.

O verè contriti cordis suspiria! Ponens mimam suam in manibus suis, minimos suos errores supramodum exaggerat ; Quis enim credat adeò fuisse induratum cor ejus? Quis dicere audeat in tantum sui ac Dei oblitum, qui in dies scopebat spiritum suum et nisi divina spirabat Quæ bevia cæteri arbitrantur, velut gravissima pij deflere solent. Exiquum forte in se torporem sentiens, animum hac castigatione erigere admitebatur; igitur ??????? Dei ?????? ope invocata, oratione subscripta..

Oratio P. Elisij

Domine Deus audi votum et orationem fervi tui. Si mihi notam feceris viam in qua ambulem, si me direxeris in viam salutis æternæ, et eripueris de periculis damnationis æternæ, si mihi annueris indifferentia petenti à te misericordiam et directionem et dispositionem viarum mearum ; si abstuleris à me voluntatem propriam, et simpliciter sequi feceris voluntatem superiorum et tuam ; Si me dignatus fueris vel adhuc semel attendere in hoc flenu vitæ in quo agitur de salute mea. Si mihi provideris occasionem patientiæ, si conscientiæ meæ testem idoneum, si taciturnitatem vitiosam abstuleris à me, si occasiones proprietatis, si temeritatem consultandi, loquendis, detrahendi, dissimulandi, si curiositatis vitium, si pruritus habendi, audiendi, videndi plura. Si denique foucam peccati coram me obturaveris, tum ego de tuo dono et miseratione propono (ci fas fuerit) me per annum integrum singulis diebus et noctibus officium omne horarum stando non appodiando legere.

Hoc votum ab ipso impletum non dubitatur : quidam enim religiosus, illius promissi ignarus, observavit quod numquam inter canendum se hemijclis fulciebat, licet assidua febris impeditus.

Magna fuit illi cura habendi devotionem internam, ita ut nec noctu nec interdiu libro uteretur pro cantanda psalmodia. Essentiales ritus latinæ, religiosè obibat, et si minus rectè observarentur ab alijs, reprehendebat : velut si ad doxologiam SS. Trinitatis in fine psalmorum non satis profunde inclinarent. Quid ~~quid~~ pridie quam ex hoc mundo migraret, non admisit patres ad colloquium, nisi prius oratione facta genu flexo juxta morem in oratio, quamvis non nisi cum gravi dolore surgeret.

Cum tæderet eum hujus lucis penultimo vitæ suæ mense, ad R.P. Antonium Pecquium litteras dedit, quibus se ei lampadem tradere significabat : Assumeret igitur officium vicariatus Bruxellensis, quasi prophetico spiritu præsagens ipsum sibi successurum.

In vigilia nativitatis Domini cæpit laborare ex assidua et

ardenti febre : non tamen decubuit : sed adhuc cantavit missam mediæ noctis, et quotidie privatim celebravit usque ad diem mortis suæ, quæ accidit die septimâ egritudinis, qua adhuc frequentavit chorum. Prior animadvertens illum pauco tempore ante morbum viribus defuere, præcepit ut modico vino uteretur, atque etiam obtemperavit, vinumque in cella ministrari sibi passus est, maluitque vitam et consuetudinem suam pristinam amittere quam obedientiam. Pridie obitus postquam missam celebraverat, coram V.P. Priore se sistit petijtque summæ missæ interesse conventumque sequi, ut pote nihil agere volens nisi ex illius præscripto, cuius imperio suberat ; sed prior infirmum summa humanitate ad cellam remisit manumque porrexit, ut illuc reduceret : subsidium renuit, sufficientes ei vires esse eo perveniendi perhibens. Et ad mansionem suam reversus et ad Deum conversus, in hæc erupit verba : Intrem in cubile meum et cantem tibi amatoria gemens inenarrabiles gemitus in peregrinatione mea, et recordans Jerusalem extento eam sursum corde Jerusalem patriam meam suspirem. Veniam quoque errorum à confratribus, si quos fortè offenderat, in hunc modum supplicavit et scripturæ mandavit : Diversarum causarum æstibus ac difficultatibus conturbatus, si quem fortè non ut poscebat audivi, si quem tristius quam opus erat aspexi, si in quem verbum durius quam oportebat emisi, si quis in sua conscientia non agnovit quod de illo humanitus suspicatus sum, vos quibus pro his atque huiusmodi offensis esse me fateor debitorem, simul me vestrum credite debitorem : nam pullos quos tovet sæpè in augustijs, sed non toto pedis pondere calcat et mater necideo desinit esse mater..

Doctor qui morbi vim perspectam habebat, summè mirabatur hominis patientiam et fortitudinem, nihilominus monuit V.P. Priorem penultimo die, ut adhiberet illi custodes, fore ut deciperet omnes et subito moriturum : ut accidit. Vigilarunt itaque ista nocte fratres Laici, quos ~~???~~ remittere cum non posset orando remittere, persuasit ut saltem se sopori darent : Ipse pervigil et pernox servabat stationes suas et locum solitudinis in ambulacro suo quærebat. Mane Prior admonitus periculi et appropinquantis mortis, ad ultima, sacramenta eucharistiæ et unctionis præparavit : sed morte præoccupatus, ijs caruit : habuit, tamen præmissa confessione generali omnium totius vitæ delictorum, absolutionem sacramentalem cum ordinis indulgentijs. Obijt sicut sæpè sæpè vivens dixerat : ~~sæpè enim in ???~~ habuerat : Monachum nempe sicut ducem stantem oportere mortem oppetere. Nam vestitus et calceatus inter loquendum in agonem incidit, et supra famulorum lecticam reclinatus, sub verbis antiphonæ quam



Anno 1641.

adstantes patres recitabant Maria mater gratiæ etc. et horâ mortis suscipe, visus est spiritum exhalasse 30 Decembris circa horam septimam feria 2. Anno ætatis 51. religionis 30... Et ~~his verbis~~ ejus memoria in Calendarium relata his verbis: Vir admodum pius, in vigilijs, in disciplinis alijsque Religionis exercitijs sibi multum austerus alijs mitis. Libros quam plurimos in vita composuit, quosdam in latinum transtulit, quorum omnium hic est elenchus.

Vita Justi Goudani in 4.  
De martijribus Carthusiæ Fontis  
B. Mariæ Regni Franciæ, cui præfixit  
doctum dialogum inter Priorem et  
personatam prudentiam carnis et spiritus,  
nec non Ephorum hæreticum. M.S.

Commentarium de fundatione domus  
Sanctæ Sophiæ. M.S.

Origines Carthusiæ Vallis S. Petri et  
de viris illustribus ibidem. M.S.

Historiolam miraculorum Nostræ Dominiæ  
de Gratia M.S.

Vitæ RR. PP. d'Affringes, Marchant,  
Sclutani et aliorum M.S.

Tractatum aggressus de S. Michaeli Archangelo  
in completum reliquit. M.S.

Vitam S. Brunonis à Madriaga Hispanicè  
Scriptam transtulit in latinum et com-  
mentarijs et additionibus illustravit, ~~quæ~~  
à viris doctis ~~commendatur, inter quos~~  
sub nomine G. Suriani in 8  
Bruxellis editam tijpis Schovartij 1639.  
Valde commendatur Præsertim ab  
Auberto Miræos decano Antverp. Qui  
ideo illum expresse adivit, multisque  
exhortatus est ut totam historiam ordinis  
prosequeretur.

Compendium vitæ S. Anthelmi  
Episcopi Bellicensis

Methodus assistendi moribundis M.S.  
Transtulit exercitia Molinæ in 8. Leodij.  
Doctum quoque carmen præfixit monumentis  
sepulchralibus F. Swertij.

Plura alia scripsit et tijpis mandavit  
sed suppresso ~~vel supposita alio~~ nomine  
ut vitam S. Gertrudis Gallicè.

Quædam etiam ab ipso prodire opuscula  
Quibus (minimè inanis sumi cupidus)  
non egrè passus est præfigi aliena nomina,  
Ut verè dixerim, disertissimam ejus  
Musam alieno ore fuisse locutam.

Deinde plura transcript et in mundum redegit pro alijs religiosis.

Fortasse requiret quispiam, quomodo tanta scribere potuerit, quomodo tempus dispartiebatur, quo sine? Ipse illi respondebit oratione quam habuit ad angelum sui custodem

~~quem et fortè tum vidit : vidisse enim et eximie coluisse cum puerulus apud parentes etimum degeret ; constans fama invaluit si fides sororis ejus optima et honesta matronae relationi habenda sit à quo patris animam in aeterna tabernacula receptam sibi revelatum per litteras matri indicavit, quas illius Levandi dolorem causâ juvenis ad eam dederat.~~

Angele Dei hæc coram te concepit N.

1. Describendum sumo ad evitandem torporem et acadiam quæ quandoque potest esse mortale peccatum.
2. Ad hoc adstringo me ratione benignæ et divinissimæ materiæ quæ servire potest ad illuminationem mentis et reverentiam majorem erga venerabile sacramentum.
3. Nulla quæstus habita ratione aut avaritiæ, sed si quid offeratur spontè cedit bibliothecæ.
4. Igitur ab hac die Agnetis 2. vel altera post purificationem ordiar ad Dei honorem et tui intuitu pijssime præsul ad custodiam date pro purgatione peccatorum assumo laborem hunc immensum.
5. Hic modus et mensura servantur. Statim à matutinis duas paginas, nisi sint 12. Lectiones, tunc una satis sit. Et ne somnolentia subrepat ter situm mutabo, vel subinde suam, vel ibo salutatum venerabile sacramentum.
6. Rursus mane paginam unam et à missa unam immediatè à prandio dimidiam et post meditationem aliquam rursus aliam.
7. Post vespertas duas et rursus ante matutina, In universum erunt diurnæ paginæ 7 1/2.

Illud opus non pervenit ad suam perfectionem et erat, ni fallor, de quotidiana communionem, quam approbare multis argumentis et autoritatibus quidam religiosus egerat parabat.

Gravium quæ etant virorum de V.P. Eligio elogiæ, ut perennia sint, referam ac imprimis illud Wallij fidelis ejus Achatis, qui ita inschedis suis habet :

Hic verè (nempe Eligius) fuit sal terræ, quo præcordia nostra, ne sæculi vanescant errore condiuntur. Hic idem Ecclesiæ est lucerna, quæ latè Carthusijs suis de septi formi lijtino pastum oleo læsitæ lumen effundens densas mundicaligines discutit ; Homo cælestis, imago divinitatis, abijssus sapientiæ, in divina meditatione semper assiduus, metu morti

intrepidus, nescius locum dare cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Hic verè columna nubis in qua thronum suum posuit sapientia Dei.

R.P. Vincentius Knibbe sequenti epistola memoriam Vener. viri celebrat : Voluissem aliquid conferre elogio D. Eligij piæ memoriæ, cui hoc et plura debeo, propter plurima ædificationis exempla, quæ in ipso conspexi, et beneficij loco conservo. Sed nescio, dum me voluntariè ad hoc resolvo, videor quid contradictimis in me sentire, qua impediatur ad præstandum quod volo, et ad quod me obligatum puto. Scio venerandum istum Patrem dum viveret, nihil plus coluisse quam humilitatem, sciens illam, ut cæteræ virtutes, virtutes sint efficere, nec sine illa posse subsistere, non plus quam ædificium sine fundamento. Hinc latere semper voluit, in tantum, ut ne quidem unde proximus ædificari poterat, voluisset propalari, ita pertinax sese continebat intra humilitatis limites ; Qua propter eam puto perfectè possidere in cælis etc.

Antonius Sanderus in ~~in~~ cænobiographia Brabantina dicit, quod fuerit vir non minus Ciceroniana eloquentiâ quam Christiana et verè religiosa pietate præditus.

Et Eriycus Puteanus in epistola ad Wallium de vita justi Goudani ab Eligio edita ita habet. Optimi Patris Gerardi Eligij aliquando etiam contubernalis mei pietatem laudo. Illius, qui Beati Justi Martijrium docto sanè et facundo calamo perscripsit. Vide Valerium in Bibliotheca Belgica. Laudatur ~~ab~~ etiam à nobili et docto viro Petro Colins scriptore non incelebri in quadam epistola quam dedit ad Wallium.

De Venerabili Patre  
Joanne de Blitterswijck.

Anno 1605.

Hunc candidissimum moribus Bruxella produxit. Octodecemis, cum litteris apud Patres Augustinianos navaret operam, summo se affectu ordini dicavit 22. Januarij die Sancto Vincentio sacro, quem ut patronum piè semper coluit. Mox illi data custodia Ecclesiæ suppellectilis : quo munere postquam vigilantissimè aliquot annis functus : Brugas, ut Monasterij vestalium ejusdem ordinis temporalium bonorum esset administrator, sequentibus litteras 4. Idus Maias ablegatur.

Anno 1637.

(collé sur la page : document autographe signé par D. Bruno d'Outelair)

F. Bruno D'outelair humilis Prior Cartusiæ Bruxellæ, ac pro tempore visitor provincię Teutoniæ, dilecto nobis in Ch<sup>ro</sup> confratri d. Joanni de Blitterswijck, eusdem Carthusiæ profesto, Salutem.

Eum cura primaria et sollicitudo præcipua, quæ Visitatores huius provinciæ monere debet, ut officij sui memores, et deum solum præ oculis habentes, eam considerationem et circumspectionem adhibent, quæ meritò requiritur in distributione publicorum munerum, nos vel maximò in huius occasionis articulo remordeat, quo domus et Cartusia Stæ Annæ Monialium Brugis in defectu boni Procuratoris este noscitur ; qui non qualicumque præditus sit virtute, sed vel maximè requirat œconomus vitæ laudabilis, modestum et religiosum; et qui se talem præstet in concredita sibi temporalium rerum administratione, qualem este convenit, qui non suum, sed Christi peculium se tractare intelligit : Et cum maximè tenera sit fama domus istius, que tota circa cardines conversationis pudicæ versatur, et in discrimine sexus disparis facillimeque ladatur vrento vento maledicentiæ sæcularis, quæ semper parata est, et intentata monasterijs virginum, nisi abundans adhibeatur cautela ; hunc est, quod nos innixi experientiâ non paucorum canorum, quam cepimus de tua persona ; nec dubitantes de tua sufficientia ad tantum onus et officium; consultum putavimus tibi committere, id quidquid est publici muneris ; sperantes fore, ut pro en quâ nunc polles ætatis maturitate, dexteritate, iudicio, professionis pondere, ita te geras, ut si non omnium ; nostræ saltem respondeas expectationi, quam de te non vulgarem concepimus. Nec falles (sat certus sum) si in teipsum descendas, et expendas apud animum tuum, quantum tibi deus taletus contuleris, eoque utaris in utilitatem domus magis quam in solatium et oblectationem tuam, aptando te laudabilibus consuetudinibus tam venerabilis conventus.

Sub hac igitur spe, et expectatione, confidentiaque quam mihi de te dictat præsens rerum articulus, auctoritate Capituli nostri generalis visitoribus super anum concerta, instituimus te procuratorem dictæ domus Monialium Brug. In nomine Patris et filij et Spiritus Sancti. Amen. Mandantes, et quatenus necerte est Excipientes ut primâ datâ opportunitas, nihil a regia via deflectendo, te illuc conferas ad eundem finem et effectum. Commendantes te insuper v. p. vicario et d. priorissæ, quatenus te, cum omni significatione Charitatis excipiant, et tibi provideant de omnibus necessarij. Ad formam ordinis. Datum in Cartusia nostra Bruxellensis 4<sup>o</sup> Idus Maias 1637. Signatum

F. Bruno d'Outelair  
humilis prior.

Verum istam domicilij ac ~~????????~~ officij mutatione, nihil in moribus ejus transfiguratum, ~~????????~~ nec stylum vivendi vertisse visus sed ; pristinum pietatis zelum tum factis tum scriptis ~~expressim~~ et exprimens impigenimè librorum translationi incubuit, in piarum animarum salubre solatium. Tot autem traduxit tam ex latino et Gallico quam Hispanico idiomate, ut cuius, eorum vel indiculum subjectum dumtaxat legenti, admirationi esse possit

1. R.P. fratris didaci Strella de contemnendijs mundi vanitatibus libri tres apud Joannem Rijns, Bruxellæ in 12 Anno 1614.
2. R.P. f. Bartholomei Saluthij Minoritæ lux animæ in 12 Antverpiæ apud Cornelium Verchurium A° 1619
3. Robertus Bellarminus S. R. E. Cardinalis de septem Verbis a Ch<sup>ro</sup> in cruce prolatis, apud eundem in 12 A° 1619. ex latino.
4. R.P. Bartholomæi Saluthij lucis animæ part 4, in 12 apud Gerardum Wolschatium Antverpiæ anno 1621 ex latino. opusculum hoc in tres dividitur partes, prima pars prænotatur speculum animæ, secunda hortus orationis; tertia testamentum Animæ.
5. Vita S. Augustini Ecclesiæ Doctoris, per R.P. f. Cornelium Lancelottum Augustinianum in 12, apud Cornelium Veyschurium Antverpiæ 1621. ex latino idiomate, hæc vita in tres libros distincta est.
6. Societas divini Amoris fundate à R. P. f<sup>ce</sup> Bartholomeo Saluthio in 12 Bruxellis apud Joannem Mommartium A° 1621. ex latino idiomate.
7. Convivium Spirituale Amatoris Jesu eodem Authore in 12 Bruxellæ apud Joannem Pepermanum A° 1622. ex latino idiomate.
8. De laudabili vita Conjugatorum Authore d. Dionijsio Carthusiano in 12 Bruxellæ apud Godefridum Schovartium A° 1624. ex latino idiomate.
9. Laurentij Bernardij S. Theologiæ doctoris ac Collegij Auniacensis(?) prioris methodus facilior, ~~Spiritualia media admittit sanctimonialibus~~, ad exercendas virtutes quas S. P. Benedictus in regula sua docet ~~accomoda~~ Bruxell. apud eundem in 12 in gallico idiomate A° 1624.
10. Contemplationes super crucifixo, et doloribus B. Virginis Matris quo iuxta crucem stando passa est Authore R. P. f<sup>ce</sup> Andrea à Soto Confessario suæ Cels. Bruxellæ apud Joannem Pepermannum in 12 ex hispanico idiomate anno 1625.
11. Septem tubæ excitantes peccatorem ad pœnitentiam Authore R. P. f<sup>ce</sup> Bartholomeo Saluthio, Bruxellæ apud Godefridum Schovartium in 8° anno 1625.
12. Schala religiosorum Author Dyonisio Carthusiano in 8° Bruxellæ apud Hubertum Antonij 1625. ex latino idiomate, hoc opus quatuor in se continet libros, quorum primus est exhortatorium Novitiorum, secundus devotis et professione religiosorum, tertius de mortificatione vivisica, et reformatione interna, quartus de custodia cordis, et profectu spirituali.
13. Precationes et Litanie Selectæ ad Beatam Virginem Mariam in 18 apud Godefridum Schovartium.

14. d. Dionysius de arcta via salutis, cui adjectus est libellus quim d. Dionysius vocavit speculum amatorum Mundi in 8° apud eundem Godefridum Schovartium anno 1626.
15. Vita B. Joannæ de la Croix, authore R. P. f. Anthonio Dacca ordionis Minor. Bruxellæ in 8° apud Joannem Mommartium 1627. ex hispanico.
16. Dionysius Carthusianus de quatuor novissimis, apud Godefridum Schovartium in 8°. ex latino idiomate a° 1627.
17. R. P. ~~Philippi Franchis~~ B. Philippi Franchois Benedictini exercitia Novitiorum ex Regula S. Benedicti ex Gallico Bruxellis apud Godefridum Schovartium in 16. Anno 1630.
18. niodus cognoscendi profectum animæ spiritualem, per R. P. Thomam a Jesu Carmelitam Descalciatum(?), Belgicaram Provincialium Provinciale, ex hispanico, Bruxellis apud Gerardum Schuenartium in ~~????aureo, fero ?????~~, @ 1644. in 12°.
19. Documenta spiritualia pro exercitijs quotidianis per R. P. Anthonium de Molina Cartusianum, Bruxellis. ex hispanico apud Gerardum Schuenartium in ~~????aureo, fero ?????~~, @ 1651 in 12°.
20. Christus crucifixus, sine perpetua cum Christi per R. P. Thomam Leonardi, Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theol. Doctorem, Brugis apud Alexandrum Michiels, ~~platea Breydelea~~, @ 1652 in 12° ex latino.
21. Pharmaca Sacrarum Consolationum ex præscripti S. S. Patrum per Religiosum quendam durenssem Anonimum propinata Ordinis Sti Bernardi, Brugis apud Alexandrum Michiels ~~platea Breydelea~~, @ 1653 in 12°, ex latino.
22. Advocatus sive Patronis animarum existentium in purgatorio, vel media facilia ad eas adiunandas, per R. P. Marcum Bonniers Societatis Jesu, ex gallico, Brugis apud Lucam Kerckhovium ~~platea Breydelea~~ @ 1655 in 8°
23. Tractatus de purgatorio B. Catarinae D'Adornes Genuensis, ex Italico in latinum translatus per venerabiles P. P. Cartusiæ fontis B. Mariæ Vulgo ~~Fontis Beatae Mariæ~~ Bourgh Fontaine, ex gallico, Brugis apud Lucam Kerckhovium, ~~platea Breydelea~~ @ 1656 in 8°

24. ~~R.P. Andrea à Soto, Minorita~~  
Dionysius Carthusianus de enormitate peccati ex latino Bruxellis apud Godefridum Govartium in 12°. 1629.
25. @ 1657 Tractatus de vita et moribus R<sup>di</sup> D<sup>ni</sup> Adrieni Cancellie 39 Abbatis Dunensis, Brugis apud Lucam Kerckhovium ~~plateâ Breydeleâ~~, in 12°
26. @ 1658 Farrago utilissimarum instructionum per R. et pys ? ?um D. Ludovicum Plosium Abbatem Lætiensem, transsumpta putissime ex scriptis py???? Dnu Joanis Rusbroch, ex latino, Bruxellis apud Philippum Vleugartum in 12°.
27. @ Sti Bernardi mellifeni doctoris Ecclesie pulcherima et exemplaris vitæ medulla hic ꝑicibus æners illustrata, ex latino et tamen suppressse ipsius vernaculi interpretis nomine, alteri translationis attributus, ser per abusam id factum ingenue fatetur author medullæ, onius litteræ apud Interpretem delitescunt et servantur. Edita est hæc medullæ Antverpiæ apud viduam et heredes Joannis Cnobbart in magno 8°.
- ~~28. Dionysius Carthusianum de laudibili vita conjugatorum ex latino Bruxellis apud Godefridum Govartium in 12 a° 1624.~~
- ~~28. Solitudo interior f<sup>te</sup> Huberti Gaspert presbijteri Eremitæ apud Malbodium, ex Gallico Brugis~~
28. Farrago utlissimarum instructionum per Ludovicum Blosium Abbatem Lætiensem ex Latino Bruxellis apud Philippum Vleugartium A° 1658 in 12°.
29. ~~Epistola domini nostri~~ Alloquium Jesu Christi ad animam devotam per Justium Lanspergium ex latino in Fland. Bruxellis 1660 in 12. apud Philippum Vleugartium.
30. Epitome orationis tuentalis per Antonium de Molina ex Hispanico. Bruxellis apud Guilielmum Scheijbels in 12 1660.



## Libri nondum editi

1. Vita Domini Nostri Jhesu Christi ex quatuor Evangelistis et Ecclesiæ Doctoribus per R. P. Ludolphum Saxonem Cartusianum olim apud Argentinam, ex latino.
2. Speculum peccatorum Dionisij Cartusiani, ex latino
3. Dionisij Cartusiani de laudabili vita virginum, ex latino
4. Dionisij Cartusiani de laudabili vita viduarum, ex latino
5. ~~Tractatus de interni S???????? per R. P. Antonium de Molina Cartusianum, ex hispanico~~
6. ~~Alloquium Jesu Christo ad ammem fidelem, sibi que devotam per R. P. Joannem Lanspergium Cartusiam ex latino~~
7. R. d<sup>m</sup> fr. Huberto Jaspert Presbijteri, Eremitem apud Malbodium solitudo interior, ex gallico
8. Praxis singularis et perutilis hominem cum magna faciliterte deducendi ad verum perfectionem, informans certa media eruende ex animabus nostris pranes habitus, et virtutes in eis inferendi, per R. P. Alexum de Sale Capuccino, ex gallico
9. Directio spiritualis pro animabus quibus Deus inspiravit desiduerium sese de due in duem reformandi in pietatis ex ??tys per secium cecessum ad aliquot dies, per R. P. Hugonem Quarræ, Presbijterum Congregatienis Oratorij Jesu. ex gallico
10. Dulcianus cogitationes morbis, per D<sup>m</sup> de la Pene, ex gallico in latinum
11. Vita et regnum Dei in animabus Christianis, continens plura pia exercitia ad Christianu sancte qui vivendum et moriendum, ac Jesum formandum, sancte que vivendum et meriedum in animabus nostris, per R. P. ac D<sup>m</sup> Joannem Eudes, Presbijterum Congregatiensis Oratorij Jesu. ex gallico
12. Felix et infelix status animarum in purgatorie existentium et patientium, per R. P. Stephanum Pinet, Presbijterum Societatis Jesu, ex gallico
13. Per meditationes super decarsu vitæ Beatissimæ Virginis Mariæ, per R. P. Stephanum, Presbijterum Societatis Jesu, ex gallico
14. Vita D<sup>ni</sup> Renti, per R. P. Joannem Baptistam S. Jurè Presbijterum societatis Jesu. ex gallico
15. Instructie peccatorum per Eximium D. Claudium Viexmontium Parisiensem Sacræ chere????doctorem ex latino
16. Solatum vivorum et laus mortuerum, per R. P. Andreum à Soto mineritam. ex hispanico

## Induculus librorum ab ipse compositorum

1. @ 1629 Spirituality ad Deum suspicia, sine viginti meditationes super præcipuæ dominicem passionis misteria, Brugis apud Guilielmum Neuman in 12° flandricè
2. @ 1641 Gasphylarium precam ad Beatissimum Virginem Mariam preces itidem et post Confessionem et Communionem utililissimæ, Brugis apud Nicolaum Breyghelium, in 24°
3. Orationes visitantium sacras beatæ Mariæ Virginis imagines in urbi Bruxellensi, publicæ venerationi exposit, Bruxellis apud Gerardum Schuenartium, in ~~???~~platea ~~???~~, in 16°
4. Versus vernaculo de doloribus sextem B. Mariæ Virginis nondum editi. Oratis nem in Laudem sacerdotij, quæ velut cijgnea ejus fuit cautio ~~????~~ ~~????~~ ~~????~~ in Sto Parthenio conventu, quo paucis ante obitum, annis à superioribus fuit revocatus, composuit : ~~Vixit annos~~ ~~????~~ ~~quinquaginta in ordinem~~ ~~????~~ ~~Sesse~~ ~~????~~ ~~dum in æternitatis d~~??~~um~~ ubi et jubileum agere sacerdotij concessit Deus, qui ~~eum~~ immarcessibili laurea pijssimus ejus lucubrationes invocamque vitam coronaturus, ad se æternum jubilaturum ex in mortalitatis egastulo evocavit 28. Julij anno 1661 post merdidiem.

Sed quod nos Epicedium Venerabili extincto patri pro tot in ecclesiam meritis ponemus? Quæ adhuc viventi non tam cumulatè quam verè et sine lenocinis scripsit P. Ægidius Plumæus Carthusiæ Liranæ religiosus orbi universo manifestabimus

O te virum, inquit, secundum cor Dei! O summé laudandam diligentiam bono publico et communi utilissimam. Benedictus Deus, qui R. T. inspiravit ingressum in ordinem nostrum in quo tam diu, in tot tamque proficuis saluti animarum libris vertendis desudasti et plus omnibus laborasti etc. vide fol. 7.

les f° 239 à 240v sont en réalité une lettre

□

Venerab. adm. P.  
Procurat Antverp. eas  
mihi dedit

Vener. admodum in Christo Pater et Confr. m.

Litteræ R.T. heri id est, ipso S. Ioannis Baptistæ Patrem sacri ord. nostru acceptæ, gratissimæ mihi fuerunt ; ex quibus intellexi R.T. unico mense et 7 diebus absolvisse perpiam istam Methodum

O te Virum secundum cor Dei! O summe laudandum diligentiam bono publico et commum utilissimu!

Benedictus deus qui R.T. in spiruvit ingressum in Ordinem nostru, in quo tam diu, in tot tamque præficuis saluti animarum libris vertendis desudasti et plus omnibus laborasti tu solus enim plurium in flandricum conversorum et Auctor, quam integro sæculo omnes huius provinciæ Confratres. Benedictus nullus Dominus Deus qui tantum tibi zelum inspiravit, qui etiam inter magnos zelatores à Damile Propheta descriptos locum mentis fuis congruum dabit crudijsti irum multos ad institiam ideo instar stellæ fulgebus in ijternitabate et in tempore ; quamdiu hoc durabit, erudies, libri enim tui sæpè reludentur atque ita : semper hunus, nomenque tuum laudesque manebunt.

Et in alia Non ego etc.  
viide f. 8

~~Nullum mihi est dubium quin Tijpographus Lovaniæ. Nempeus/ tutim illum suis S??ptibus ??? impressurus Tueque Rtiæ duodecim et plura exemplaria duturus,n casu quo ipsi dedicationepm, cui voluerit, permittas : idque si R.T. fererit statim ad ipsum fervam offeramque ei conditionem : cuius sitis voluntatis, pauco verbo, res??bita : ipse si nollet conditionem istam acceptare, suo quasi pro certo, a pluribus Tijpographiæ Antverpiensi si eis offeratur, obuijd alais acceptandam, eo quod polanè aureus fit libellus, ideoque futilé divendendus / quis enim maiorm ;~~

Pugu ?? s?? Spiritu-  
ali Castaniæ Benedic-  
tum Methodo Alfonsi  
et Alexij casip.

Ex ea profertum hauriendum pauco tempore, quam duplo sub quadruplo longiere ex alio licet multo prolixiori sciens et considerans, non magni ipsam æstimabit comparabitque præfectum facili pretio comparabilem? Inter Neotericus scriptoris A????? istis tribus quoad praxim præstantiores non facilè reperuntur ; ideo omnibus aspirantibus ad viram solidanque prefatem Familiars esse deberent imo benè et optimè facerent si illos meditantur ; idque ut fieret, Rdus Pater noster I. Michael constant Alphonsinam Methodum in formam orationis redegit : quem verò aurem libellum si etiam in Flandricum converteretis (facillima forit ista translatio) ?equod ipse Alphonsi libellus Flandrico extat adiungi deberet hunc Alexiano dataque ad Rdum Patrem epistolâ conarer ei persuadere, ut iuberet utrumque assidue pro Instructorie et meditorio Conversorum, Donatorum et Monalium nostrarum Manuali usurpari, in eaque Epistolâ R.T. tanquam optimè meritæ Missâ proinde de Dominâ magnos vestres labores compensandos esse ostenderem Catalogo libroru a vobis Compositor. et conversorum transmissu : quem eo fine mihi mitti pete et manes

Totus vr ad officiu parafiss(?). Cense ;

Ægid. Plumeus Cartus ; Lijre in doguns

Necdum clartu allepimus exportantes quotidie visitatorem dispositurij de novo Priore adventum : ?? eligendus an ??????????

Postridie S. Ioannis Baptistæ Naturis Vali illustre

Sidus decusque ord. Lijræ nri, optime tua industria, zelo labore de

□

Saluto animarum merite, quibus meritis merces magna minis correspondebit utriam  
vel ad pedes tuos hederet ~~mih~~ post resurrecte mortuorum ~~mih~~ dariter.

Commendo me et? etique etiam ??? vestrorum vestrarumque  
procibus. Penge libabitur ut hactenus felistri quamdiu valetudo  
permittet.

Venerando ad modum in Christo  
Patri ad Dno Ioanni a  
Blitterswijck Procuratori  
Cartusiae Monalium Brugis  
diligentiss. ac pijssimo  
Confr. ??? chariss<sup>mo</sup>  
Tot Brugge in Chartrosinnen  
Clooster

□

Salutationis loco sanctiss. JESV MARIÆ nomina.

Per venerabilis in Christo Pater et Confrater mi.

Non ego soluu sed omnes confratres hic mei magno erga te amore afficiuntur, idque vel hinc colligitur, quod quoties tumque R.T. fit mensio certatim omnes, diligentiam tuam, industriam, zelumque benè et optime de saluto animarum merendi, meritaque tua tot periori librorum versione in Flandricum, compositione item tractatum asceticorum et versuum in laudem Deiparæ parta, summus in Ælum usque empjrium laudibus extollant, te beatum daprædicent, nullum tui similem hactenus hac in provincia fuisse confiteantur, idioque Dnu Deum peculiari beneficio et gratia pro compensatione maximorum tuorum laborum donasse ut et in terris temporaliter jubilaveris, et æterniæditer(?) iubilaturus his(?) in lælis. Utinam vel ad pedes tuos ibi hedere mihi idem conlederet! Sijncere hijs scribo : nimo non nostrorum cuid et externorum libros tuos legentium, te virum Dei, virum veræ pietatis, zelatorem salutis animarum, te Cartusianum egregium, condignum omni laude ob tantam scilicet multitudinem conscriptorum conversorumque librorum spertualium esse affirmat, Utinam, utinam, osite ptareatur, ut sultem, si non delimâ ex parte adeò multos, vel unicum in vernaculan linguam vel ex ea (cum non pauci versione dignissimi extent) in lutinam convertereat! Conatus quidem sum ego licet rudis ingenio et stjlo impolitus diligentium tuam æmulari conscriptis aliquot tractatibus de materia, de qua

□

nulli, quod suam, hactenus scripserunt, deque Novitiatu singulis in S. Ordinis nostri provincijs instituendo iuxta variorum Pontificum id iubentium Bullas : quia tamen mihi diffido, indigeoque ad illos elaborandos Consilio auxilioque me sapientiâ, prudentiâ, doctrinâ, et stjlo præstantiorum virorum; idareo petij à Reverendo Patre emigrationem ex hac domo ad Coloniensem, quæ feri egregie sapientibus hactenus ornata fuit atque etiam nutrosti, cuius etiam insignis bibliotheca me non parum adiuveret. Migrationis istius impetrandæ ergò oxcogitavi Deo illuminante tenebras meas, iconem depictam dedicatamque magnæ Cartusiæ his verbis : Magnæ, primæ primariæque Cartusiæ Cartusiarum omnium genitricis, zertuci(?), perfectionis monasterij speculo et exemplari normæ formeque ac causæ vigoris S. Ordinis : cuius augendi ergò quid non facit? Quotannis generale Capitulum celebrat, ordinat ordinandu, errigit corrigenda, arguit obsecrat, increpat in omni putea et doctrina, exemplis omni genarum virtutum, strictiss. observ. solitud. Scheutij cerem et statutor nec non eleemosijnarum largitate ipsis præluet.

Hic Generalis  
difficilimus est in  
Missis dandos  
reliquiæ SS.  
contento illis  
inestimabiles sunt  
Kokus vulgo dicitur

Protestatus autem suu in litteris meis quod nullo modo officium prætendam vel intendum, (contemplatuique enim vitæ me aptissimum esse ineptissimumque activæ confessus) sed supradictam tantum migrationem vel Missam de S. Vulneribus: sed hactenus desuper nullum responsum accepi, optime tamen compensavit dedicatorem istam, missis duabus theas reliquiarum plenus, constantibus ex argenti artificiosissime fabrifactis, quarum argentum artificiumque æstimatur valere fu??le septem pataconis et duo Rosaria, (quid cum alterum ex odoriferis gummis, alterum ex pretioso digne utrumque crasso nodo argenteo artificiosissime elaborato constat) pariter missa totidem pataconis id est, duob.valere dicuntur. Unde pater prituran istam pergratu



□

fuisse, idque quod repræsentarit S. Ordinis nostri Patronos totamque vitam asceticam, omnia scilicet meditanda, cavenda, perferenda etc. ut ex hac eiusdem explicatione R.T. colligere poterit, quam tamen alienâ manu descriptam etiam atque etiam peto mihi remitti, postquam per legeris, materiam in ea contentam, nam carere ea nequos. Non ultra octiduum retinentis, que elapso, remittenda est

Histe R.T. una cum confratribus præsertim notis  
 mihi PP. Procuratoro et Sacrista valeat in Dno,  
 Cuius providentiæ et græ Vos; neque vobris prioribus  
 et sacrificijs commendo permanens affectuosiss.

Confr. Vi f. Ægidius Plumeus Cartusianus  
 Lijræ indignus 13 Junij 1660.

f° 242v

|                                                                                                                                                                                                                                                                      |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>Per venerabili in Christo<br/>         Patri ac D. Ioanni a<br/>         Blitterswijck confratri<br/>         suo charissimo et<br/>         Cartusiæ Bruxellensis<br/>         Iubilario.<br/>         par anis avec une M.M. S.S.<br/>         Tot Brussel.</p> |
|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

□ Frater Joannes Tourneur  
 Carthusiæ Bruxellensis professus  
 Lirensis verò alumnus.  
 Pio Lectori

Superioribus candide lector annis infirmitate corporis alinquanta correptus quum quendam librum legerem qui enarrationis continebat Carthusiæ propè Bruxellas cujus procuratione tum fungebar, mirum in modum spiritus meus recreabatur. Verum quia iste liber obliteratione ob antiquitatem proximus videbatur, mentem meam formabam in renovationem. Affectus prævalebat infirmitati : quandoquidem non patiebar moram donec mentis meæ hujuscemodi propositum ad effectum perduxissem. Enim verò moras rupi, scripturæ me accinxi atque labori minimè parcens ad finem usque rescriptionem continuavit. Et hoc anno 1558 ut in fine patet intuenti. Posterioribus vero annis quum secundo procuratoris inservirem sollicitudinibus animo meo contrariantibus direxi omnem lapidem movere atque improba quadam sollicitudine defunctionem mihi conciliare. At postquam nullis litteris deprecatorijs potuissem voto istiusmodi potiri, direxi Venerando D. Cornelio Vanden Kerkhove priori pro tunc Carthusæ Lirensis supplicem epistolam intimis præcordijs ipsum obsecrando, quatenus alterius visitoris impetrato consensu dignaretur me admittere suo conventui. Non illi obsurdebat mea postulatio, quandoquidem ob alia negotia, Venerandum Patrem convisitatorem Priorem tunc Hollandiæ Theodoricum Moynoem accedens, eidem quoque mea vota exponens, quæ diu optavi, viva voce illi indulta sunt. Unde pius iste pater domum cum repetisset altera die Sancti Joannis Baptistæ in Junio personaliter Bruxellensem conventum aggrediebatur mihi expositurus quorum ipso sollicitante compos effectus eram. Hinc factum est ut animo exhilaratus, lætus atque gaudens verbis quoque ingratus illi non existens disposui me in instanti ad componendam sarcinam utpotè ipsum ad locum optatum sequuturus, prout altera visitationis Beate semper Virginis Mariæ sequutus sum. Hoc in conventu paucis diebus exactis studui librum prius rescriptum revisere, atque aliquas annotationes marginibus ~~adde~~ apponere. Nec hoc

sufficere mihi visum est nisi et illis aptarem indicem alphabetico, quo completo collegi fundatores et dotatores, fundatrices et dotatrices cellarum. Indeque conscripsi, ceu catalogum unum, alium indicem. Denique post hujus libri finalem enarrationem, coacervavi Priores, Vicarios, Procuratores et Sacristas, qui usque hunc annum 1568 in Septembri monasterio prædicto et inservierunt et serviunt. Hunc ego laborem subij pie lector libens in gratiarum actionem, quod ferè septemdecim annis sustentatus sum in Carthusia præmemorata. In qua primo Sacristæ, tunc procuratoris prima vice, deinde Vicarij, postremo procuratoris secunda vice officijs functus sum. Nunc autem ut prædictum est defunctione impetrata in Carthusia Lirana sedeo in multitudine pacis et requie opulenta fruendo uberibus spensæ, ex qua te plurimum benè valere opto A<sup>o</sup> 1568 Septembris die xvj.

~~Copia Uberioris commissionis pro nova plantatione Turneuri fol. 17.~~

## Caput 9 decimum

Authores qui de Nostra Domina  
de GRATIA vel de Monasterio  
Scripserunt.

Vide Valerium An-  
drem in Bibliothe-  
ca Belgica

Etiam de Virgine benè meriti centendi sunt, qui eius miracula ??? stili officio designarunt. Primitiæ debentur Adriano Dullartio. Is in vuerdensi vico natus Philosophiâ et artibus liberalibus toto quadriennio imbutus Lutetiæ ; Hinc annos aliquot operam jurisprudentiæ dedit Lovanij, ac demum urbi Bruxellensi à Secretis. Quo munere dum fungitur, Diva miraculis claret et nova Carthusia construitur. De cujus origine et Virginis miraculis eodem tempore librum latino sermone in pergameno conscripsit, hactenus ineditum ; In Bruxellensis Carthusiæ latet grammatophylacio. Circa erectionem Monasterij multum fuit occupatus : unde credendum, rerum inibi transactarum certiore alijs eum habuisse notitiam ; Et ipse in præfatione sua dicit, ea quæ habet, scribere ex vera scientia pro majori parte et quædam ex fide dignorum relatione absque alicujus falsitatis aut mendacij insertionem vel veritatis ipsi notæ suppressionem aut dissimulationem.

Joannes Gillemannus Canonicus Regularis Ordinis Sancti Augustini in Rubra Vallæ juxta Bruxellas, summæ pietatis vir, multas Sanctorum vitas ac pias historias in unum collegit, ac codicem Dullartij totum transcripsit. Obijt Anno 1487. Sepultus apud suos.

Joannes Tourneur Sacrista, Procurator et Vicarius Monasterij fusius quam præcedentes de diva et origine domus et alia eam concernentia scripsit semel latinè et semel idiomate patrio. De hujus gestis pauca innotuerunt, calamo ipsius exarata, in præmio scriptis ejus præfixo, in hunc modum sonante □ vide fol. 33.

Marcellus Voet hic quodam Prior, de quo supra egimus, loci historiam concinnavit usque ad obitum suum : sed injuria belli tam pij laboris fructus perierunt.

Duo alij ex eodem ordine sequuntur qui in eruendis Deiparæ miraculis e manuscriptis adeò studiosi diligentesque extiterunt, ut cujus laus prima fit, difficile judicium videatur. De quibus quia supra fusè actum, verbum non amplius addam.

Cornelius Columbanus Vranx Columbinæ simplicitatis; Idiomate Teutonico edidit colloquia de Varijs Miraculis Beatæ Mariæ ~~inter quæ~~ in quibus divæ Scheutanæ plurima recenset. Natus Teneramundæ in Flandria ; Lovanij gradum licentiæ in Theologia adeptus, lectorem in celebri Tongerloensi abbatiâ egit ; Ex Canonico et Pænitentiario Cathedralis Ecclesiæ Sancti Bavonis Gandavi

Lib. 4.

«  
«

ad Sanctum Petrum in Monte Blandinio, Ordinis Sancti Benedicti, Monachus, Prior, et Abbas electus Anno 1597 vigesima Maij, ætatis suæ 63. per resignationem Prædecessoris sui Frederici d'Ijne. Cornelius, inquit Sanderus in suo Gandavo, vir fuit candidus, et talos à verlice juris ad imos,

~~Candidus et simplex, et prudens sensibus, at cui  
Plus aliquid niveæ simplicitatis erat~~

Unde usurpare peo sijmbolo fuit solitus, COLUMBARVM INSTAR SINE FELLE. Decessit anno domini 1615 die 15. Augusti, ætatis 84. Scriptis et pietate notus. Peroravit in ejus exequijs Cornelius à Marra, ejusdem Monasterij Religiosus, qui et tale ei Epitaphium posuit, in ambitu juxta Ecclesiæ ingressum, ubi inhumatus.

Cornelius jacet hoc sub marmore Vranxius, annis  
obsitus, ingenio floridus et meritis  
Candidus et simplex, et prudens sensibus, at cui  
Plus aliquid niveæ, simplicitatis erat.  
Desine, qui miseris turbas hæc busta querelis  
Si vis inferias condere, da violas.

Joannes Baptista Grammaij Antverpiensis Jurisconsultus, Præpositus Arnhemensis in Geldria, Episcopus Upsalensis in Suecia designatus, Jurium et eloquentiæ in Academia Lovaniensi professor, ac Belgarum Principum historiographus, in Brabantia stijlo subsultario descripta, de Virginis Imaginæ et origine Carthusiæ Scheutanæ meminit. Habes reliquorum ejus optrum indiculum in Bibliotheca Belgica Valerij.

Guilielmus Gazæus Atrebas, Canonicus Aëriensis, ad Sanctam Mariam Magdalenam in Patria Pastor, in Belgicis historijs quam plurimum versatus : in libro quem populari sermone de Sanctis, cænobijs et Episcopis vulgavit, ~~FLORIS hujus sacratissimi tempus quo florere cepit annotavit~~ quo FLOS hic sacratissimus florere cepit, tempus annotavit. Obijt ætatis suæ anno 58. et domini 1602. Conditus in Ecclesia, cujus multis annis, laudabilem curam gessit.

Guilielmum excipiat Dionijsius Mutzaerts Canonicus Regularis Ordinis Sancti Noberti in Tongerloo, ejusdem ordinis Monialium apud Bredanos Moderator, in Chronico Ecclesiastico Belgico, quod vernaculè edidit Scheutanæ Virginis ~~nemø~~ mirabilia edere incipientis, memoriam celebrat.

parte 1.

Dionijsio Augustinum Wichmannum ejusdem instituti et Monasterij prælatum dignissimum sugjungo, virum verè Marianum, ~~???? lectionibus et scriptionis,~~ stremmum in vinea domini operatorem, qui multum pro Republica desudavit ; In pijssima et anæma sua Brabantia Mariana Epitomem historiæ nostræ exhibet. Extat in Bibliotheca Mariana Hippolijtu mariacci insigne ejus elogium, quod est tale. Augustinus Wichmans benigno et comi vir ingenio, multæque lectionis, nec minoris aut inferioris doctrinæ, Uti opera quæ hactenus in lucem edidit, testatum faciunt : Marianæ Bibliothecæ lucem splendoremque addidit scribendo sabbatissimum Marianum Brabantiam Marianam, opus verè pium, eruditumque ac pro inde dignissimum quod à pijs atque eruditis omnibus per legatur. Vivit adhuc B. Virginis amator eximius ejusque cultui immrstabiliter addictus.

Arnoldus Raissius in auctario suo ad Molanum ad diem ANNUNCIATIONIS Beatae Mariae, qui speciali cultu in SCHEVT quotamus colitur : refert miracula ibidem primus annis edita.

Aubertus Miræus Bruxellensis quem Simon Starovolscus in Elogijs illustrium scriptorum Poloniae doctissimum vocat, Decanus Antverpiensis, in Originibus Carthusianorum Monasteriorum de hoc Parthenio ita loquitur : « Domus Nostrae dominæ de GRATIA olim extra Bruxellam, Brabantiae urbem regiam, loco peramæno sita, sed bellis istis civilibus funditus eversa. Nostra autem memoria est intra muros vobis magnificè ædificata, magisque indes assurgit studio et industriâ R. Patris domini Herculis Winckelij, loci istius vigilantissimi Prioris, totiusque provinciae visitoris integerrimi. Porrò monasterio sacellum adhæret D. Virginis cultu celebre, quod ingenti sæcularium hominum frequentia visitur. »

Hept. V.  
Dist. 1.

Erijcius Puteanus in Bruxella Septenaria, venustè ad septenarium numerum alludens, paucis multa de Virginis icône et monasterio commemorat : « Res, inquit, memoratu digna est, et ad septenarium peculiari ratione spectat. Non procul ab urbe, occidentem versus, in loco qui à teli jacti SCHEVT appellantur, Ædícula erat, et in ea statua D. Virginis, Miraculis celebrata. Hunc locum, hanc ædiculam, hanc Statuam, Senatus populusque Bruxellensis, in gratiam Philippi Boni, ducis sui Ordini Carthusiano assignavit Anno 1459 9 Kal. Aprilis. Structum mox monasterium, additque cersus, quo Septem Sacerdotes (ipsum hic putet numerum religiosum esse) et tres quatuorrré, ut appellant, Conversi, commodè alerentur. Templum postea Caroli V. Imperatoris pia liberalitate perfectum. Sed quid ? gliscente postea belli, quod adhuc sævit, tumultu, et templum, et ipsum quoque monasterium impio furore eversum. Boni igitur patres sedè sua pulsi, toto septennio (mira vis numeri) extorses, variaque jactati fortuna, ad ruinas reliquiasque monasterij postimini rediere. De instauratione actum : sed melius consilium placuit, relicto agro, in urbem, Regi et Religioni jam redditam, sacra, et bona transferre.

Transferunt, novum monasterium templumque struunt : quod cum statuat illam reciperet, in ipsa videbantur urbe agri pietatem collocare. De celeberrimo hoc viro vide Valerium in Bibliot. Belgica. Vivere desijt Lovanii, sepulchrum nactus apud S. Petrum in Sacello Divo Carolo Borromæo dedicoato, quem in vita summoperè coluit.» Tumulus est ~~???~~ sine cænotaphio ; famam ejus per orbem scripta ejus ferent : Nos quia calamo suo Virginis laudes celebravit, quod ~~interim~~ scrinijs ejus, post obitum, ab ipso compositum repertum epi ferunt epitaphium publicum facere ~~sepulchro effigere~~ non gravabimur.

vide Bibliothecam  
Valerij

Novissime omnium Antonius Sanderus Iprensis ad sanctum Martinum Canonicus et Pænitentiarius, ~~in cænobiographia Brabantia, cui adhuc insudat, de suburbano domo Scheutano et Virgine ibidem, præside~~ dissevit nonnulla ~~expro~~mit de Suburbano SCHEVTANO et Virgine ibidem præside ~~expro~~mit in cænobiographia Brabantia, cui adhuc insudat ; ~~Totus est in illustrando utinam et absolvat deum pre????.~~

Est et alius Antiquus, cujus quidam de ~~Vir~~ Nostra domina de gratia ; nulla extant encomia. Sed cum in Chronico Carthusiensi de ~~ejus~~ Scheutano asceterio mentionem faciat, et acta aliquorum illius inquilinorum referat, vitam boni patris à quodam ejus discipulo scriptam, consentaneum putavi hic subijcere maximè cum usque in hunc diem, non fit in publicum data. # vide fol. 38.

Neque Belgarum tantum calamo hujus Virginis mirabilia divulgata : sed et extraneorum ~~celebratur~~ Joannes Enselius Nierenbergius societatis JESV natione Hispanus Patriâ Madritensis, Vir in omni scientiarum palæstra versatissimus, de quo verè dici potest, quod olim de Magno Alano ~~fuit prædicatum~~, quid totum scibile scivit : sui erga Beatam Virginem affectus sincera monumenta publicavit, inter quæ, egregium illud opus quod Trophæa Mariana inscribitur, in quo lib. 6. Cap. 15. stupenda prodigia ad imaginem Divæ Scheutanae edita enarrat. Obijt 7. Aprilis Anno 1658. Vitæ quotitatem ~~post quam~~ varijs litterarum monumentis ad posterum transmissis admodum illustris. Vitam ejus hispanicè edidit P. Alonso de Andrada.

## Caput Octavum.

Series Priorum Scheutanorum  
 et Bruxellensium ~~vicariorum, procuratorum,  
 Sacristarum et Religiosorum in utroque loco professorum~~  
 ac religiosorum in utroque loco professorum.  
~~utroque loco professorate~~

Lib. 2. histor. natur.  
 Cap. 3.

Cælum inquit Plinius, ex quo conditum est æterno et irrequieto ambitu nunquam volui desijt, cui dicitur intelligentia sive Angelus assistere et illud movere, non tamen informare sicut anima regit et infotmat corpus, sed sicut nauta navem ; Idem dici potest de hac domo Mariana ; Nam ex quo fundata est numquam sine assistentibus Rectoribus aut prioribus fuit, qui semper eam rexerunt et Dei munere gubernarunt, quos merito dixerim intelligentias quasdam ab intelligendo, quod omnes quotquot dati sunt huic domui rectores aut superiores, viri sanè prudentes et intelligentes fuerint.

I.  
 Henticus Loën.  
 1456

Quorum primus Henricus Loën Lovaniensis, fuit institutus à Capitulo generali Anno Domini 1456. Præfuit ferè viginti annis. Vide quæ suopra L. 1. cap. 21. dicta sunt.

II.  
 Marcelius Voet.  
 1475

Habuit Venerfabilis ~~Petrus~~ Henricus successorem Marcelium Voets Anno 1475. Quæ de virtutibus ejus dicenda erant, præcedentis libri capite vigesimo secundo exhausti.

III.  
 Matthias  
 Middelborgh.  
 1487

Post Marcelium præficitur domui Matthias t'Sergoosens alias Middelborgh Anno 1487. Multa ædificia ejus tempore erecta sunt, inter cætera rectorium, opus egregium : ambitus quoque major ipsius curâ completus Anno 1515. adeat lector ea quæ cap. 24. L. 1 narrantur.

IV.  
 Joannes  
 Meerhout.  
 1517.

Anno 1517. electus est Joannes Meerhout à natali pago in Campinia Brabantia ita vocatus. Ægit aliquo tempore pedotribam Bruxellis in scholis fratrum de Nazareth. Accepit habitum in festo Sancti Valantini A° 1507. Ante prioratum functus est officijs Sacristæ et Procuratoris. Vir exemplaris, zelosus, maturus, probus, laudabilis vitæ et (quæ anima operum ejus fuit) instructæ charitatis. Visitor factus, laudabiliter se in eo munere gessit. In sine vitæ calculo plurimum laboravit, qui et causa mortis ei fuit. Anno 1550. 10. Octobris, Bruxellis in diversorio conventus, ~~ma~~ Lovanio reversus hic propter invalescentem morbum compulsus subsistere.



Plurimum hic bonus pater conventum, cui annis triginta quatuor præfuit, promovit et magnum religiosorum templum perfecit.

## V.

Petrus Martini.  
1550.

Huic suffectus est postquam aliquot annis pruratore egerat Petrus Martini Anno 1550. Beijsbergâ oriundus. In utroque officio valdè diligens extitit. Multa regaravit tam in Ecclesia quam in capitulo. Ornatum quoad picturas summi altaris procuravit. Visitur in nova domo effigies ejus, quam propria manu depinxit, ex cujus delineamentis, illius artis gnari non contemnendum pictorem fuisse ~~agnoscunt~~ conijciunt. Obijt 16. Decembris A° 1560.

## VI.

Franciscus  
Cavenere.  
1560.

Franciscus de Cavenere successit Petro Anno 1560. Natus Neijghemij. Ante professionem custo Ecclesiæ Abbatia Ninivensis, fuit valdè industrius et egregiæ staturæ. Decessit in domo urbana plenus dierum Anno 1611. 28. mensis Maij.

## VII.

Christianus  
Nouts.  
1565.

Superiorem secutus est Christianus Nouts Anno 1565. Sub hoc instaurari cæpta est domus nintra civitatem, vir initis ingenij sustinuit infelicissimum et ferreum sæculum (ut ipse ait) toto administrationis suæ tempore. Fuit etiam visitor, obijt prior domus Lijranæ suæ professionis, ibidemque humatus anno 1599. Hic fuit X. et W. utriusque domus. Pax et requies sit cineribus ejus et eorum omnium qui vitæ suæ incommodo ~~exisam~~ excisam domum erexerunt et illius alumnos instituerunt in Domino: quorum aliquorum præclara facta et senta dolendum excidisse, vel ad nos non pervenisse : Nec enim dubium est quin tanti viri præclarum aliquid in vita sua gesserint, sed sicut quosdam maligna relatio, ita hoc cæpit ingrata oblivio. Sed benè habet quod numquam moritur inclijta virtus, tametsi enim eorum memoria gratitudinis debitæ mercedem hic non habeat, habent illam apud Deum, cui se non hominibus commendarunt.

## VIII.

Petrus Leon.  
1596.  
~~Natione Hispanus~~

Videamus modo qui et quales novam domum rexerint, et si quæ sit materia laudis, tota consumatur. Post Christianum Petrus Leon monasterij gubernationem obtinuit ~~P. Petrus Leon~~. In qua stremuum se gessit ut leonem. ~~Professus fuisse in domus de Miraflores~~ non mediocri doctrinâ præditus ~~????~~ natus et educatus in Salmantica Academia ; singulari humanitate omnes prosequabatur, modestèque se ubique gerens memor simplicitatis et perfectionis ordinis sui, Cunctos in sui amorem et venerationem ~~????~~ ~~ejus sedulitate in restauranda domo superio~~ ~~????~~ allicibat. Vide Cap. 1. et 2. hujus lib.

~~Diximus sedulus admodum~~ Occupatus in nova domo erigenda, curis Prioratus eximi postulavit, ut operi quod moliebatur studiosius vacaret vel quod gravi sarcinæ ferendæ, se imparem ex humilitate existimaret. Magnæ Carthusiæ Patres ejus præcibus annuentes, hunc in modum rescripserunt. Priori domus Bruxellæ d. Petro de Leon fit misericordia, tum ad maximam suam instantiam, tum etiam quia in officio procuratoris generalis, cui illum restituimus erit utilior ad promonendam Ecclesiæ et monasterij fabricam, quam sicut benè cæpit, sic hactenus ut studiosè perficiat facturus rem deo gratam et ordini utilem.

f° 247v

(page blanche)

## IX.

Hercules  
Winckelius.  
?? 1597.

Leone rude donato, ~~regimini contra~~ suscepit translatum fuit domus imperium ad P. Herculem Winckelium Virum et nomine roborem et bonorum memorâ dignum, omnis gravitatis et eruditionis, vel ut quoddam simulachrum per ipsos 35 annos, quibus varias Carthusias rexit et Provinciam citeriorem Belgicam visitor administravit duodecim illos labores Herculis prognatus ordini adscriptus est in Bruxellensi domo. Rexit aliquo tempore vestales Brugenses. Prioras duæ cellæ ~~ab ipso~~ curavit ædificari. Naturæ concessit in domo Diestensi frequenter illud in ore habuit : Visitantes esse fures temporum. Miræus in dedicatoria præfixa originibus Carthusianorum Monasteriorum, eum Antistitem pietate, doctrinâ et modestiâ eminentem vocat.

X.  
 Arnoldus  
 Havensius  
 1599

Post Herculem onus regiminis suscepit Arnoldus Havensius. Hic Sijlvæducis in Brabantia natus Anno 1540. Sanctissimum Societatis JESV. Institutum amplexus est Anno 1558. 10. Aprilis : in quo sic pro fecit ut dignus habitus sit qui decennio post doctorali laureâ insigniretur, ac Coloniensi patrum collegio non multo post rector præficeretur. In quo innuere cum egregiam navasset operam, totusque in eo fuisset ut in orthodoxa fide confirmaret civium animos, qua voce qua scripto ac omni genere officiorum, jamque totos septem et viginti annos in laudatissima ea functione consumpsisset tactus tandem ab eo qui convertit Petram in stagna aquarum et rupem in fontes aquarum, decrevit aliquando sibi soli Deoque secretius vacare, fixum habens semper illud in animo, quod à sapiente alio dictum est : nihil rectè agimus, si dum alijs indiscreta sollicitudine nimium servire volumus, nos ipsos post habeamus et negligamus. Et quod alius : Si ambulandi cautela negligitur incassum credendo rectum iter tenetur. Cum igitur assiduè et attentè ruminaret arcum Domini tensum, in quo vasa præparat mortis, et in quo sagittas suas effectibiles facit, dum in eos, quos per terrorem corrigit, accensas verborum sententias emittit, salubriter compunctus et quasi irrevocabili vadimonio vadatus ad tribunal illud, in quo de omni verbo otioso reddenda est ratio, statuit ad silentiarum sedentiarumque vitam Mariæ transire. Nec aptior ulla quam Carthusiana visa est, præcipuoque Lovaniensis illa Piscina vastissimas porticus habens, mæroris amicas et jucundi horroris plenas, ubi multi viri virtutum et magni nominis orbe pererrato conquerissent et fælici catastrophe vitam terminassent. Quorum incitatus exmplo, veleres exuvias novis pannis paupertatis religiosioris commutavit. Ibi ipse, cui ætas ad hunc integra, rerum experientia et rerum civilium usus contigisset, cæpit in silentio secum et cum libris otium pium dividere, nesciri velle et nescire uni necessario evangelico vacare, virtute juvenem, maturitate senem exhibere, arcanum cæleste profundius rimari, perpetuo assensu mentis in Deum et jugi meditatione se vegetare, et quidquid homines laborem vocant, suam naturam existimare. Ita vivebat secumque degebat in abscondito facieri Domini et bene illi erat cum levaret pedes suos pulvere prædicationis olim obsitos, butijro, et lampas illuminans oculos cordis luceret splendidissimè in ejus tabernaculo. Remittebat alijs nomen Patres

contentus nudo nomine fratris, ut qui sciret se ex uno eodemque religionis humilioris utero natum, communemque aërem haurire cum fratribus suis, nihil præ illis sibi sumebat, nec doctoris, nec docti quidem viri quo tantopere gloriantur homines, vel apicem unum : sed nec confessarij, quod tamen nomen multi, ut honoris insigne venditare solent, et si multis aurem totam præbeant tum verò, ut olim Romani de subditarum gentium vocabulis adoptivum insignem sumebant, ita plurinam speciem ab illis trahunt. Quem fastum cum detestaretur naturaliter, multo magis illustratus ex alto despuebat ; Nec castigare mores juniorum (ut est apud Horatium) amabat, nec erat laudator temporis acti se puero sciens multos sub alieno nomine suos increpasse morbos nec sanasse : veram autem illam censebat esse medelam, quæ non indignationem sed compassionem comitem haberet : religionem quoque mundam eam apud Deum esse dictitabat quæ prima ac præcipua sui significatione cultum Dei internum sui que curam potissimum notat, non quæ strepitu æterno metitur omnia, in quo sæpè major est apparatus verborum quam operum.

Intimam porro conversationem cum Deo ambiebat, in qua super omnes delicias lachrymis nectareis anima delectatur Christum ferens in pectore, Christum gerens in mente, et omni tempore habitatori suo studens consona jubilatione laudes resonare, et gratiarum mustei primi novitiatus et proximè sequentes anni solent bene purgatis pectoribus ingenerare ; Abundantius autem in hujus viri capacissimo corde. Quam memoriam abundantia suavitatis condiebat beneficium perpetua confessione ; non ignorans verè à Cassiodoro in psal. 25. dictum : Jugiter tibi subvenire facit Deum, qui præstitum beneficium ante oculos semper reducit. Et meliora meretur suscipere, qui collata dona non probatur amittere. Beneficium igitur beneficiorum interpretabatur vocationem suam ad tranquillum portum religionis juxta illud psalmistæ : Non fecit taliter omni nationi : Sed verè non est in homine via ejus, quod in hoc viro videre est, siquidem hic tantus, qui se sponte nudaverat omnium favoribus mortalium ut unum Christum lucrifaceret dum se quiete sua frui posse putat in omnem vitæ suæ reliquam ætatem, numquam ita potuit abscondi, quin conspicua fieret virtus ejus, et extraheretur in lucem. Parendi necessitatem sibi voto solemniter indixerat

ideo coactus est obsequi maiorum imperijs, qui per varia virtutem ejus distraxerunt officia, Vicarij, æconomi Prioris in varijs Provinciæ Carthusijs Sijlvæducis, Lovanij, Leodij, Bruxellis et Gandavi, et per Provinciam Visitoris ac denique diffinitoris. Aquibus tamen omnibus vacationem quandoque accepit, tumque quasi sibi redditus ad consueta pietatis et eruditionis exercitia revertebatur. Commentari cæpit de rebus ad decorem domus domini spectantibus, de erectione novorum in Belgio episcopatum : de martijrio Carthusianorum Ruremundensium, de crudelitate veterum et recentium hæreticorum. Scripsit præterea de solitaria vitæ præstantia simul ac utilitate : evulgavit et meditationes Guilielmi Lindani in psalmos pænitentiales, librum item ejusdem de fugienda mpænitentia. In sacram quoque scripturam quædam commentatus est, quæ lucem non aspexerunt. Huic elogium tale dedit Miræus in originibus Carthusiarum. Arnoldus Havensius, modernus Carthusiæ Gandensis Prior, vir nimirum de quo dubites doctiorne sit an humilior, morum gravitate præstantior, an animi tranquillitate hilarior, certat enim singularis illius prudentia cum admiranda simplicitate, fervor orationis cum operibus charitatis, adeo ut et bene faciendi studio et scriptionis laude exteris etiam non suis tantum amori sit. De eodem et Theodorus Petreus ita in epistola dedicatoria ad tractatum Martini Laudensis : De Justo Lipsio quid dicam nostri ævi eruditionis principe, cujus memoria ob reconditam maximarum rerum scientiam semper apud posteros est futura celebris, qui et ipse quoque non parum dum Coloniae studijs pervigil insisteret tua instructione ac domestica conversatione profecit ? Et vero talis fuit Havensius ut ab ore ejus penderent quandoque viri non contemnendæ doctrinæ : sed ille posthabita scientiæ politioris opinione, scientiam sanctorum potius adamavit. Decessit ex hac ærumnosa vita vigilia assumptionis Beatæ Mariæ Virginis, qui in extremis constitutus dum visitaretur à quibusdam Abbatibus et illi pro sua ad eum fiducia et familiaritate sciscitarentur ex eo an mori paratus esset, respondit se vel ideo religionem arctiorem intrasse ut in hanc horam paratus inveniretur. Cæterum addidit se libenter vitâ defungi ne mala videre cogereetur quæ superventura præmidebat orbi Belgico. Præsagiebat enim fortasse quæ jam videmus et dolemus ejus urbi natali supervenisse. Obijt autem licet septuagenario maior esset adhuc validus et vegetus ad labores qui ipsi ex officio incumbabant. Et si fas dicere laboribus ipsis pro ordine assumptis

Anno 1610.

sine sanguine martijr incruentus obijt. Cum enim inaudisset quaedam vicinas domos Ordinationibus Capituli generalis difficulter acquiescere, eo profectus est ut vel precibus vel imperio cogeret obedire ex quo labore febres letales ac mortem ipsam sibi conscivit : fælix qui tali clausulâ hujus vitæ ærummas terminavit. Ipse sui memoriam his versibus virtutis æmulis testatam reliquit.

Qui sim, qui fuerim, quæ me dedit aurea tellus  
 Testatum faciet carmine musa brevi.  
 Carthusianus ego, docui divina Colonos  
 Agrippinenses : patria sijlvaducis.  
 Sijlva paterna domus : domus Agrippina paterna  
 Dulcis eremicolum cella paterna domus.  
 Prima est naturæ : sedes solidæ altera laudis :  
 Cæli et cellaris tertia delitij.  
 Sijlva dedit corpus : dedit alma Colonia mentem  
 Relligio affectum Carthusiana Dei.  
 Sijlvæ me genuere : Ubijis aluere Camænæ  
 Musarum in Thalamo ludere cella jubet.  
 Germine Sijlva viret : Germana Colonia flore :  
 Fructus servati Carthusiæ tenori  
 Sijlvæ lucem hausit : me sole Colonia luxit  
 Occido, ut è cella clarius exoriar.  
 Sijlva tulit puerum : Morum Agrippina magistrum  
 Dant vota emeritum Carthusiana Deo.  
 Indole sijlva parens, virtute Colonia sedes  
 Virtutis voto Carthusiana quies.  
 Census Sijlva meos : mea sensa Colonia laudat  
 Cedere utrique docet Carthusiana schola.  
 Sijlvæ vidi homines : Ubijis conspectus ab ipsis  
 Ex oculis oculos cella meos rapuit.  
 Egressum sijlva, hospitio Agrippina recepit :  
 Municipem æternum cella beata tenet.  
 Patria Sijlva vale : tu vive Colonia sospes :  
 Vivens infadior Carthusiæ tumulo.  
 Ecqua sepultus agam? mundo patro amor, ungo  
 Naturam populis : cordis amara mei.  
 Sic naturæ alijs : sibi nasci vivere cordi  
 Arnoldum a Christo gloria multa manet.  
 Sede quiesco bona, sancto me infundo sopore ;  
 Surgentem hoc tumulo trina corona beat.

Civica naturæ, doctoris laurea Sancto  
 Aurea possesso mente coroina Deo.  
 Non vixisse piget, non pænitet, haud pudet : actis  
 Munia non defunt, utilitas et honor.  
 Cuncta mihi ex voto natura, industria, finis.  
 Tendat in exemplum sedulla posteritas.  
 Vivere perpetuum studui, docui, placuitque,  
 Curate ævigenæ vivere perpetuum.  
 Vivere perpetuum qui vultis, pendite grates.  
 Pænitet ingratos vivere perpetuum.  
 Vivere perpetuum dat Justi iudicis ira  
 Gratia dat charis vivere perpetuum.  
 Torrius Arnolde cecinit spirantia lætus  
 Æterni affectus hæc monumenta sui.

Non subtrahatur memoriæ quod Provincialis Prior Cælestinorum Antonius à Sancto  
 homine Havensium delegerit et illi vices suas commiserit ut Heverlanum cænobium in  
 quo disciplina regularis penè corruerat visitaret, litteræ Provincialis ita sonant :  
 Frater Antonius Saincthomme humilis Prior Provincialis Cælestinorum Provinciæ  
 Franciæ ac partium eidem unitarum Ordinis Sancti Benedicti secundum statuta B.  
 Petri confessoris viventium ad Romanam ecclesiam nullo medio pertinentium, R<sup>do</sup> in  
 Christo Patri F. Arnolde Havensio Visitatori Carthusianorum meritissimo in Belgio  
 Sacerdoti ac Monacho expressè professo dicti ordinis, salutem in domino et sinceram  
 charitatem. De vestra religiositate, scientia et sufficientia, fama laudabili comperta  
 Reverendam paternitatem vestram visitorem monasterij nostri Cælestinorum B.  
 Mariæ de Heverlis prope Lovanium instituimus, vicesque nostras in spiritualibus et  
 temporalibus in dicto monasterio tenore præsentium plenariè committimus ad  
 visitandum et reformandum ad evellendum et plantandum et faciendum quæ ad  
 observantiam disciplinæ regularis videritis expedire : humiliter reverendam  
 paternitatem vestram deprecantes dictum Vicariatus officium suscipere et exequi  
 dignemini, quoadusque Deus ipse donaverit nobis aut successoribus nostris dictum  
 monasterium nostrum personaliter visitare ac in eodem visitationem peragere,  
 Mandantes V. P. Priori ac fratribus omnibus dicti monasterij, ut vobis omniobus justis,  
 licitis ac honestis obediant, quæ dictum officium concernere dignoscuntur. Datum in  
 monasterio nostro B. Mariæ Parisiensi sub sigillo officij nostri Anno 1597· die 2· Junij.



fuerat hæc eadem cura demandata duobus doctoriibus Lovaniensibus, duobus item Abbatibus Gemblacensi et Nizelensi, nec non et Venerabili Patri Christiano Nutio alijsque qui parum admodum cum proficerent, abdicarunt sese officio : sed ubi Havensius accesit, ejus aura et diligentia demum obtinuit, ut Antonius Cumeronius Prior reciperetur. Itaque litteris Cumeronium exposcunt : verum ad Maiora Deus Cumeronium reservabat. Non destitit interim Havensius Cælestinis, donec et quandousque Provincialis aliter disponderet providere et se totum illis ex animo impendere.

## XI.

~~Gisbertus Bauhusius~~  
 Petrus de Leon iterum.  
 1601.

~~Havensio sabbato è vivis, usum est Patribus subrogareunt Petrum de Leon.~~

Remotæ Havensio à regimine, iterum illi admotus Petrus de Leon, in eoque mansit usque ad annum 1605· quo extinctus est. Referam hic quæ de ejus intentu scripsit in collectaneis suis Petrus Wallius : Venerabilis P. de Leon non diu adepta dignitate ganisus est et parum in ea commoratus protinus exire coactus est illudque Davidis ad Æthai, moribundis qui in Xenodochio sub ejus cura degebant usurpare licuit : Heri venisti et hodie compelleris, nobiscum egredi ; Nam eo die quo discessit à monasterio dum æstu fernet diebus canicularibus magnum haustum vini hispanici haurit et protinus ferventes febres acquisit, quæ brevi hominem absumpserunt. Dum pius pater in sæcularium domo sibi relictus decumbit prohibet famulis sollicité ne quid illi ministrent non permissum ab ordine, maiorque cura illi inerat mori ut bonus Carthusianus, quam vitam longis producere. Illum tum subinde visitavit venerabilis P. Rector hujus domus D. Gisbertus sed maximè D. Wenceslaus coadjutor quique adfuit morienti cum aliquot Patribus minoritis. Migrat igitur ad dominum 3· Augusti anno à Christi nativitate 1605. Venerabilis admodum Pater D. Petrus de Leon professus primo domus de Miraflores, secundo hujus domus Bruxellensis, administrator hospitalis regij, procurator generalis ordinis in Curia Bruxellensi, alias bis Prior hujus domus habuitque plenum cum psalterijs monachatum per totum ordinem. Visitaverat eum in morbo medicus suæ Celsitudinis qui indicavit febres esse pestilentiales et contagiosas, irridebatque suspensum pileum ex herbis supra caput illius pro refrigerio, et cum vita defunctus esset, mandatum fuit P. Rectori Gisberto ex parte Archiducis ut fumus ejus silenter curaretur, quare corpus ejus summo mane à famulis ad domum delatum telluri mandavit in Capitulo contiguo Sacelli B. Mariæ Virginis præsentem uno atque altero religioso non sine apprehensione, et missa à conventualibus pro animæ ejus refrigerio celebrata, tumulus quoque per aliquot septimanas nigro panno substratus fuit. Ipse vitæ suæ seriem schedulis commendavit sed vereor eas deperijsse. Non tamen possim hoc silentio præterire quod à fratre Judoco converso de ipsius pietate intellexi, voluisse videlicet operarios, ut moris est apud domesticos ordinis nostri, elevationi hostiæ in missa conventuali interesse, alioquin eos pertinabat cercuisia quæ per diem ex gratia solet ipsis propinari, imaginesque sanctorum dum otio vocabat, pingere et illuminare solitus erat.

XII·  
 Gisbertus  
 Bauhusius  
 1605.

Petro in Monasterij curas successit P. Gisbertus Bauhusius Antverpiensis, Professione Lovaniensis ~~Gisbertus autem~~ transtulit Belgico idiomate opusculum R. P. Lucae Pinelli de perfectione religiosa quod Antverpiæ anno 1605 prodijt in octavo. Suppresso proprio nomine, permisit P. Herculem epistolam dedicatorem inscribere devotæ Virgini Antverpiensi cognomine Smeijer quæ se deo dicabat in monasterio S. Elizabethæ in Bruxellensi oppido. Latino vero editio ~~prodiit~~ Coloniae est impressa in duodecimo apud Balthasarum Clijpeum anno 1602. Tempore regiminis sui procuravit fenestrarum vitra in minori ambitu, cellasque nonnullas in majori extuixit. Ab Alberto pio pro novo monasterio Brugensi ædificando, ~~hæ~~ cuius postmodum fuit rector, locum obtinuit. fuit Provinciæ convisitator ~~fuit~~ pietate et humanitate suspiciendus, pro ut verè testatur de eo Miræus. fratrem habuit Bernardum Societatis JESV Sacerdotem qui epigrammata selecta insigni acumine composita tjpis edidit in quibus protheus Parthenius sine versus de Virgine Deipara conceptus, sensu integro ac salvo Prothei instar tot formas induit quot in cælo stellas Mathematici munerant nimirum MXXII· in quem Thaumata scripsit Erijcius Puteanus.

Tot tibi sunt dotes Virgo quot sidera cælo.

XIII.  
Hercules  
Winckelius  
iterum.  
1608

Prudenter sanè à majoribus institutum, quod et hodie observatur, ut consula dignitas, penes electum suffragijs uno aut altero tantum anno resideat. Hinc eternim consulatum gerentibus, benè gerendi indicta necessitas, si ad id munus iterum adscisci, et eligentium studium sibi conciliatum cupiant. In sacris quoque religiosorum cætibus, ubi munus claustrii primarium non est perpetuum : qui semel eo functus, si non cum laude ex eo decesserit, rursus ad id assumni contigit numquam. Venerabilem Patrem Herculem Prioris sunt regiminis tempus laudabiliter absolvisse, illud ornamento est abundè innotescit, quod dignus sit habitus gubernaculis Partheniæ domus iterum admoveri, Non spæ secundæ promotionis probus, sed innatæ sibi virtutis amore : de qua quædam de illa superius de illa diximus : annectam hic ~~Tantum annectam~~, quæ Wallius de eo ad annum 1611, in suis collectaneis scripta reliquit : Non multo post, inquit, quinta Julij obiit D. Hercules Winckelius. Alias bis Prior hujus domus Bruxellæ, nec non domorum Brugis, Lovanij et Sijlvæ S. Martini, Visitor Provincie Teutonicæ, hospes in domo Diesthensi. Hic venerabilis Pater ex honestis parentibus utpotè patricijs hujus civitatis prognatus, liberalibus disciplinis excultas fuit ; Hinc facilè in ordine locum et post vota professionis emissa promotionem obtinuit, statim sacrista, et postquam quartum annum exegisset in cella, procurator institutus fuit. deinde anno 1574. ad Prioratum Sijlvæ S. Martini enectus est. Post aliquos annos Brugensi Carthusiæ præficitur, quæ domos hac luctuosa tempestate textit et cum penuria et alijs difficultatibus collectans, vix quidquam notatu dignum præstare potuit. Deinde anno 1597. D. Petrus de Leon curavit sibi subrogari in prioratum hujus domus suæ professionis. Post biennium vere majoris intuitu translatus est ad domum Lovaniensem, et post unum atque alterum annum Visitoris Principalis apicem assecutus est, Plures ibidem juvenes spatio circiter nonem annorum recepit et religiosè instruxit, erat enim vir doctus et prudens nec non conversatione devotus. Plures ex his qui in sæculo abundabant fratrum necessitati et domus paupertati subvenerunt et de paterna hæreditate quam plurima contulerunt. Pronectiores etiam idoneos ad officia quos plures ibidem invenit in alijs domibus promovit, inde sibi famam nominis acquisivit et apud suos amorem et reverentiam. Vir erat gravis, domi foritque spectatus. Et cum jam esset pronectæ ætatis ac multis infirmitatibus obnoxius magnus et obæsus, ut etiam mole corporis se Herculem præberet hijdropisium incurrit et postulans ardentem sacramenta Ecclesiæ sibi ministrari placidè in sede spiritum reddidit Deo creatori suo.

gubernaculis Parthe-  
niæ iterum ad??ucri

XIV.  
 Joannes ab  
 Emmehoven.  
 1610.

Post Herculem domus moderatio delata est Joanni Emmichovio, ex territorio Bommelensi oriundo, sanguine nobili. In sæculo castra secutus militavit non sine gloria, vulneribus potius quam venustate faciei decorus. Cahorti præfectus ac Vicarius Gubernatoris Werdensis constitutus, baltheum è summa ara suspendit. In ordine supremum officium totius Provinciæ, Visitoris scilicet, adeptus est et ex duce equestrum copiarum Dux et Pater monachorum effectus. Initio suæ conversionis verebatur ad statum clericalem ascendere, quia non erat in litteris valdè eruditus, ~~contentus humili statu conversorum~~ Magni et acris erat judicij. Errores in Psalmidia etiam minimos ægrè ferebat et ærantes benevolè ac cum charitate corripbat. Plura de hoc litteris consignata non inveni, præter exitum ejus ex hac vita, qui contigit Lovanij cujus nobis reliquit memoriam P. Joannes Francisci in una epistolarum ad Wallium : Confrater noster ait P. Emmichoven, cujus in epistola sua paternitas tua mentionem facit, pro pio desiderio suo quo flagravit dissolui et esse cum JESV domino suo, non est diu de fraudatus aspectu ejus cujus amore relicta militia Regis terseni suscripsit baltheum militiae regis cælestis commutans donativum terrestris cum cælesti, præferens improprium crucis thesauris Ægijptiorum, malens affligi cum populo dei quam temporalis habere jucunditatem. Pervenit itaque à malis ad bona, ab incertis ad fidelia et plena veritatis à morte ad vitam. Nam post decubitus hebdomadarum ut minus quatuor capit præter ordinariam infirmitatem fluxa quodam ventris mixto sanguine acrius lacestari et molestius infirmari ut nec noctu aut die quies accidaret decumbenti, et sic tandem totus exhaustus corporis viribus, integritatem retinens mentis et sensuum mortis amplexatus est bonum Et paulo infra : Et hic finis viri de ordine nostro optimè meriti, qui ex mera humilitate et sui ipsius abnegatione de omni officio exteriori defungi curavit.

XV.  
 Gisbertus  
 Bauhusius  
 iterum 1614.

Successorem habuit Joannes Gisbertum de cujus vita est moribus quædam præli animus alias eius : ~~alias~~ laudes, et æncomia et merita nob is incognita Deus cælo recondet. Obijt in æde Lovaniensi dum ibidem ageret vicarium. De ejus decessu legi sequentia in epistola familiari R.P. Joannis Francisci data ad Wallium : Vicarius noster D. Gijsbertus proximè satis secutus P. Emmichoven modestissimè obijt usque ad vetirnum vitæ plenus intellectu, nec in infirmitate sua (ut putabatur dijsenteriaë seu fluxus sanguinis) inservientibus sibi molestus fuit, sponte sua surrexerat circa medium horæ quartæ post nocturnum officium, et surgens de secessu, more suo, requiescens parum in sede ibidem parvulam faciens moram, modestissimè sic sedens defunctus est, præsens adhuc, vocatus tamen post alios. Reliquit nobis pietatis et probitatis exempla.

~~In Cædarium Carthusiaë Bruxellensis sequens de ipso extat elogium~~

Meminit quoque optimi hujus viri Cædarium Bruxellensis Carthusiaë, in quo sequens extat elogium. Gisbertus Bauhusius Prior hujus domus secundo, quam ambitu cohonestavit, et fenestris, aliquot cellas obtinnit, aliaque prestilit laude digna. In frequentatione chori assiduus et laboriosus tam hic quam Brugis in utraque domo tam monialium cui sex annis præfuit quam virorum.

XVI.  
Bruno d'Outelaer.  
1621.

~~R.~~ Subsequitur scutus est superiorem P. Bruno d'Outelaer ~~ex P. in ejus hic~~  
~~libentes?????????celebr?~~ Odenrodius ex Campinia Brabantiae in tractu illo qui  
Pæbanadia vocatur. Professus domus Gosnaciensis Vallis S<sup>ti</sup> Spiritus propè Gosnacijum  
de quo hæc in domestica monumenta relata reperio : Erat staturâ procenis, membris  
benè compactis et norvosis absque abdomine. Defectum doctrinæ supplebat acri  
judicio prudentia et experientia, sique sibi sufficiens, et ad alios regendos idoneus, ut  
ad officium convisitatoris non tantum promotus fuerit, sed et ?? principalis visitatoris  
munere functus sit 13· annis et in Capitulo primus definator, characteres optimè  
pingebat, ut plurimum in epistolis conscribendis occupatus, domuna anteriorem  
ædificavit. Obijt anno ætatis 81· ex quibus 34· in ordine exegit, venit ad ordinem  
annos natus 47· celebs; fuerat œconomus et superintendens domus Baronis de  
Maldeghem, cujus filia senior nupserat Comiti de Croij postea Marchioni de  
Lisbontque. Fuit vir prudens, probus et industrius, optimæ famæ apud sæculares,  
factus est Carthusianus in domo Gosnacij, statim susceptis ordinibus factus est  
procurator, tertio Anno post professionem 1620. ad Prioratum domus suæ promotus.  
Distichon in ejus laudem compositum ad nominis anagramma alludens, ?? litteris æ  
~~signatum~~ in hunc modum sonat.

Venerabilis Pater Bruno d'Outelaer Convisitator.

Anagramma:

Altor si nocuit per vota benè abluo,  
risi inter dura.

Non opus est longa verborum ambaga, quid ista  
Significent, notum cuilibet esse potest.  
Quam pulchrè tibi conveniunt Pater optime, voces  
Convenit illa tibi, convenit ista tibi.  
Altera munditiæ, patientis et altera signum est.  
Parvula si lateat nebula vota lavant.  
Degeneres hæc dura gravant, te dura perornant  
Unde germunt alij, lætior inde micas.  
Gosnacum quondam feliciter ipse regebas  
At nunc Teuthoniam dirigit atque rigas.

Vide sijllabum Visitorum Provinciæ Flandro-Belgicæ in originibus Carthusianum  
Belgij, quas publicavit Arnoldus Raissius.

·  
XVII  
Agathangelus le Clercq.  
1640.

Relinque in blanco median pagellam.

X·VIII·  
Vincentius Knibbe  
1651·

Rexit deinde Partheniam hanc Carthusiam P. Vincentius Knibbe in sæculo Erasmus dictus, Bruxellensis nativitate. Annum agens vigesimum secundum juvenis ingeniosus et comis, postquam Lovanij aliquantulum philosophiæ operam dedisset, ex turbulentus mundi fluctibus ad Carthusianæ religionis portum appulsus est anno 1613. 22· Januarij. factus sacerdos anno 1615.



XIX·  
Joannes Pipenpij  
1653·

Relinque mediam pag. in blanco.

## Annotationes ad Cap. 9.

In Scholis fratrum de Nazareth) seu Annunciationis B. Mariæ Virginis, Ordinis S. Hieronijmi fundati sunt Bruxellis circa annum 1460. Primò habuerunt domicilium in vico qui dicitur de Putterije : ut colligere est ex instrumento contractus cujusdam initi inter Patres Carthusianos de Scheut et Capitulum Anderlacense, in quo sequens clausula reperitur : Acta sunt hæc in Capella domus dei de Nazareth, sita Bruxellæ, dictæ Cameracensis diœcesis, propè locum dictum vulgariter de Putterije. ~~Minorum~~ Postea verò ??? commigrarunt, ~~non procul ad paro prope parochiam~~ propè templum Parochiale Sancti Gaugerici ad Sennam fluvium, juxta portam antiquæ civitatis, nunc excisam de hac transmigracione loquitur Turneurus in ~~suis~~ suis scriptis. ~~Pater~~ ubi agit de Patre Joanne de Colonia Carthusiano in Sheut. Is, inquit, frater fuit in domo Nazareth in Bruxella. Dictæ domus fratres jam commigrabunt ibunt marosum juxta portam dictam Priems poorte in eodem oppido. Scripsit quartum volumen legendarum et missale, fuit benè litteratus. Ædes istæ Calvinianis Belgium turbantibus circa annum 1580. defierunt à fratribus excoli. Itaque autoritate Joannis Hauchini Archiepiscopi Mechliniensis traditæ sunt Anno 1585 Clarissis Monialibus, quas Urbanianas seu divites nuncupant. Vide Miræum in constitutionibus Clericorum.